TOMI II.

PARS I.

CAROLI STENGELII,

Ord. S. BENEDICTI

ABBATIS ANHUSANI.

MONASTERIOLOGIÆ

BENEDICTINÆ.

PARS ALTERA.

COLLECTIO
SCRIPTORUM

RERUM

HISTORICO-MONASTICO-ECCLESIASTICARUM

VARIORUM RELIGIOSORUM ORDINUM

TOMUS II

IN QUO CONTINENTUR

I. Reverendiſſimi Abbatis CAROLI STENGELII Monaſteriologiæ Pars altera

II. Donationes & Hiſtoria extincti Monaſterii Reichenbacenſis Ord. S. Benedicti

III. Supplementum BRUSCHIANUM

IV. JOANNIS BIRCK Tractatus de Monaſterio Campidonenſi ejusque multiplicibus Privilegiis

V. ANDREÆ Presbyteri Ratisbonenſis Can. Regul. S. Auguſtini Hiſtoriæ Fundationum nonnullorum Monaſteriorum per Partes Bajoariæ

VI. AUBERTI MYRÆI Origines Carthuſianorum Monaſteriorum per Orbem Univerſum

CURANTE

MICHAELE III

ad Exemptas Inſulas Wengenſes Cann. Regg. Ulmæ Suevorum Prælato Sacræ Cæſareæ ac Cathol. Majeſtatis Conſiliario ac Sacellano Perpetuo



PERMISSU SUPERIORUM

ULMÆ

Sumptibus GAUMIANIS 1756

ANTONIO
ILLUSTRISSIMO S. R. I. PRINCIPI, REVERENDISSIMO EPISCOPO VIENNENSI, AMPLISSIMO ABBATI CHREMIPHANENSI, DOMINO IN BERNSTAIN, SHERENSTAIN, ET KREMSEGG, S. C. M. CONSILIARIO INTIMO, &c.

REVERENDISSIME PRÆSUL, ILLUSTRISSIME PRINCEPS.



RATIANIMI hominem, nullus omnino dolor acerbius urit, quam beneficiorum magnitudini, pro voto respondere non posse. Quamquam in hac (quam dico) molestia, illud tamen occurrit solatium; quod nominum tot e beneficiis contractorum, tam lenta erasio, non mea, sed temporum iniquitate contingat. Nempe ut singulari quodam splendore ILLUSTRISSIMAM TUAM CELSITUDINEM *colam, amor ac observantia monent, sed imbecillitas & inopia vetant. Mihi quidem certe, incomparabile beneficium istud etiamnum sedet alta mente repostum, quo per integram ferme trieteridem, exilii mei ærumnas, munificentia Tua benigna sustentatione levavit. Quare irem nunc ego buccinator in laudes tuas, nisi modestiam potius tuam, quam debitum meum intueri deceret. Id enim præclustrium, hoc est, Tui similium animorum ingenium est, ut quem modum in laudabilibus rebus gerendis longe transcendunt, eum in suis tamen laudibus celebrandis requirant. Taceo igitur diversa* COENOBIA *pristino a Te niteri restituta, ut eorum alter omnino* CONDITOR *dici merearis. Dissimulo regalem* ASCETERII TUI BASILICAM, *quam Tu ex* LATERITIA *plane reddidisti* MARMOREAM. *Prætereo supremam* CAMERÆ CÆSAREÆ *(cui sedulitate Tua, ad pristinos reditus, annuam* DECIES CENTENUM MILLIUM *accessionem dedisti) præfecturam, a Te magnificentissime, imo sanctissime gestam: solent enim viri* DEO *dicati, etiam profanissima quæque negotia, virtutis suæ, (ut sic loquar) contactu cœlestia quodammodo, Divinaque efficere. Sileo ad maximos Imperii Principes atque Comitia, adeo præclare obitas* LEGATIONES, *ut ad hoc officii genus, non tam ab* AUGUSTISSIMO *inter homines* CAPITE *quam ab ipso* SACRATISSIMO NUMINE *videreris delectus. Omitto Episcopatum* VIENNENSEM *miris a Te proventibus auctum &* PALATIO *quoque Majestate plenissimo exornatum: Episcopatum, inquam cujus Tu commodis amplificandis, noctes diesque incumbis: non enim hæc Tibi parasti, qui Magnitudinem Tuam non ædibus metiris, aut auro, sed rebus, nobilissime juxta ac generosissime gestis. Transeo pulcherrimarum Virtutum Tuarum lumina, quibus Tu aliis ad excellentem*

recte vivendi normam, veluti facem prætulisti. Inter summos namque negotiorum gravissimorum (ut ita dicam) conflictus & turbas, tanquam in otio profundissimo, quotidianam DEO hostiam ferre: jejunia Ecclesiæ legibus instituta, adeo rigide colere, velut inter assiduos & plane catenatos labores, laborem nullum sentires; Templis quoque frequentandis indefessum semper existere, ut nempe per hæc cœli vestibula in ipsum tandem cœlum nanciscaris ingressum; pompam denique Eucharisticam magnifico frequenter comitatu deducere, & ipsam Hierothecam manibus propriis deferre; cum utique Principi etiam honorificum accedat, satellitem Numinis fieri: hæc inquam, & alia hoc genus complura (quæ ipsi præsens oculis assidue usurpavi) ejusmodi profecto sunt, ut Epistolis brevi, tanquam ILIAS nuce, comprehendi non queant, sed etiam prolixiorem tractationem requirant. His igitur tantis Virtutibus Tuis: unaque ingenti Tuorum in me beneficiorum cumulo, aliquid saltem honoris redhibiturus (quanquam denuo exul, & omnium rerum egenus) offero ILLUSTRISSIMÆ CELSITUDINI TUÆ, hancce MONASTERIOLOGIAM, præcipua AUSTRIÆ, & nonnulla superioris atque inferioris GERMANIÆ Monasteria Ordinis nostri continentem, gratissimum utique munus tam beneficio Religiosorum omnium Patrono: quanquam quid munus appello, quod debitum plane agnosco? Ingenui namque animi esse, existimavi semper, ut cujus amplissimis in te meritis satisfacere nequeas, ei te plurimum tamen debere testeris. TUÆ autem ILLUSTRISSIMÆ CELSITUDINIS, ea in me beneficia extiterunt hactenus, ut omnem mihi spem pro dignitate respondendi præripiant, quanquam voluntatem non auferant. Hoc igitur, GRATI ANIMI, quasi præludium quoddam, anteire volui; ut tantisper saltem velle me constet, donec aliquando tandem possim, quod volo. Cujus quidem voti compotem me fore, fiducia mihi tanto nunc major oboritur, quod medias inter ærumnarum mearum tenebras, speratus mihi, imo expertus Benignitatis Tuæ radius tanquam nova lux quædam affulget. Ab ILLUSTRISSIMA namque CELSITUDINE TUA clementer adjutus ex hac rerum domesticarum omnium strage, velut redivivus emergam: adeo ut hæc ipsa, GRATUM ANIMUM cumulatius demonstrandi facultas, a beneficio mihi Tuo exspectanda veniat. Me igitur totum in ILLUSTRISSIMÆ CELSITUDINIS ac CLEMENTIÆ TUÆ gremium, velut salutare quoddam Asylum recondo. AUGUSTÆ Vind. Cal. Maji. anni salutiferi partus cIↄ. Iↄ. CXXXVIII.

REVERENDISSIMÆ & ILLUSTRISSIMÆ,

CELSITUDINIS TUÆ.

Humillimus Capellanus

F. Carolus Abbas Anhusanus.

PRÆFATIO.



Tam benignis oculis Viri Historiæ Monastico - Ecclesiasticæ amantes exceperunt Primum Collectionis hujus Tomum, ut nec me susceptæ Curæ, nec Bibliopolam factorum sumptuum pæniteat. Summa itaque alacritate animi ad Præfationem Tomi Secundi accedo, publicasque grates D. Joannis Friderici Gaumii nomine Illis Viris Litteratis admetior, qui transmissis novis subsidiis pro ingenua liberalitate sua propositum suum juvare dignati sunt; Benevolis autem Lectoribus gratulor quòd Musis faventibus communicare possim primò

Reverendissimi Abbatis CAROLI STENGELII, Ord. S. Benedicti Monasteriologiæ Partem alteram.

De Authore Nobilissimi hujus Operis jam egimus in Præfatione Tomi primi, & brevem vitæ ejus epitomen ex Hierarchia Augustana P. Corbiniani Ckammii dedimus: Tanta utriusque Partis hujus Monasteriologiæ in Officinis Librariorum publicis est raritas, ut Litterarii Orbis delitiæ, & decus ingens, Eminentissimus S. R. E. Cardinalis DOMINICUS PASSIONEUS, dum adhuc Lucernæ Apostolici Legati fungebatur munere, ad Clarissimum P. BERNARDUM PEZIUM Mellicensem Bibliothecarium hisce verbis scripserit: *Omnia à te habebo, si in CAROLI STENGELII Monasteriologiam, & quæ de rebus Augustanis, de Basilica S. Udalrici cum Mantissa separatim edita conscripsit, quoties per otium licuerit, diligentiam tuam adhibueris. Nullum enim fructum ex laboribus, quos apud nonnullos Bibliopolas mihi sumpsi hucusque percepi.* In Præfat. Biblioth. Ascet. Tom. VI. Mox subjuncta fuisset hæc Pars altera Parti primæ, verùm cum in variis Bibliothecis per nullam Amicorum diligentiam detegere potuissem, spem omnem illius potiundæ seposui. Votum proin meum erat, ut aliquis appareat ex Machina Deus, qui illius copiam faceret. Nec irritum fuit hoc votum meum. Pro commodiore typo duo Exempla obtinui, quorum unum celeberrimo Serenissimi Principis & Episcopi Augustani Theologo, Pl. R. D. EUSEBIO AMORT, Can. Reg. Pollingano debeo, alterum Viro itidem Clarissimo Pl. R. D. P. EDMUNDO GUFFEL, Ord. S. Benedicti Prieflingæ Professo ac Bibliothecario meritissimo, & de bonis Litteris optimè merito Bibliopola noster in acceptis refert. Non omittendam hic esse censeo, Anagramma cum brevi Carmine, quod in Laudem tot editis Litterarum monumentis famosissimi Authoris Parti huic alteri præmisit elapso ævo Vir haud incelebris P. ANTONIUS SAUTHER, SS. Theologiæ Doctor, & Subprior Cremifanensis, quod hujus tenoris est.

PRÆFATIO.

CAROLUS STENGELIUS

ANAGRAMMA

UT SOL CLARENS VIGES.

Qui fis STENGELI, ne Te quæfiveris extra,
Nominis ecce Tui fat Metagramma notat.
Nempe VIGES UT SOL CLARENS, & nomina rebus
Confona? quis dignum hoc nomine jactet Epos.
Non ego: ni cupiam tenebras offundere SOLI
Aut dare Thyrfigero Bacchica ferta Deo.
Nam fat habes famæ per tot monumenta Laborum
Queis SOLEM Soli reddis Apollineo.
Tu BENEDICTINÆ fulges decus omne Coronæ,
Quæ viget Eois, Hefperiisque plagis.
Illius Antiquiras Tu noftra in fecla reduxti,
Hiftorias terfo pumice Judicii.
Illius innumeri, Te promo ac Vindice, Sancti
Clarius in terris exeruêre caput.
Arbitra MNEMOSYNE eft: VIVAT STENGELIUS, inquit,
Ipfe fuæ famæ ventilet ufque facem.
Ufque folo SOL hic radiet, dum præmia SOLIS
Æterni capiat non peritura polo.

Cæterum cum minimè me lateat, STENGELIUM quædam in hac Monafteriologia fua inferuiffe, quæ aut in præjudicium Jurium Tertii trahi poffent, omnes Lectores meos memores effe volo Præmonitionis Stengelianæ, quæ ante *MANTISSAM Rerum Auguftanarum* legitur, in qua expreffiffimis verbis proteftatur: „Ut ea, quæ quomodocunque juribus alterius præjudicant, vel præ„judicare poffe videnrur, propter fuam fcriptionem robur accipiant aut habeant „nullum, neque etiam velle ut five extra, five in judicio Authoritas fua produ„catur, fed cuncta ejus fint ponderis, cujus Authores, è quibus fingula collegit, „exiftunt.“ Ad finem Partis hujus fecundæ in defcriptione *Anhufani Monafterii* occurrunt quædam, quibus ipfemet Author aliquas vitæ fuæ circumftanrias plangenti calamo depingit, fuperfluum proin foret illas huc transferre. Monafteriologiæ Stengelianæ immediatè fuccedit

Compendium Hiftoriæ & Donationum Reichenbacenfis Monafterii Ord. S. Benedicti in Confinibus Sylvæ Hercyniæ & moderni Ducatus Würtenbergici ex Chartulario Wiblingano erutæ.

Donationes hafce celeberrimi quondam, at nunc invitis Superis extincti Monafterii Reichenbacenfis, cum alterius Religiofi ac induftrii Sodalis fui opera ex vetufto Chartulario erui curavit Adm. Reverendus & Clariffimus D. P. MARTINUS MACK, Ord. S. Benedicti Celeberrimi Ant. Auft. Monafterii Wiblingenfis profeffus, ac Bibliothecæ Præfectus meritiffimus, amicus & fpirituali fœdere & Litterarum amore conjunctiffimus. Ex erudito & fæcundiffimo ejus calamo fluxit Donationibus præmiffa Reichenbacenfis Monafterii hiftoria, nunquam hucusque edita, quam tamen ad primam petitionem meam omnino nihil tergiverfatus, liberaliffimè mecum communicavit Vir humaniffimus. Judicent æqui Lectores, qua confcientia, quo jure aufus fit P. OLIVERIUS LEGIPONTIUS novus ille, fi Superis placet, COLONIENSIS MABILLONIUS & HISTO-

RIÆ

RIÆ LITTERARIÆ, *Ordinis S. Benedicti*, consarcinator tot doctissimis Monasterii Wiblingensis, & disciplina Regulari, & Litteris à multis jam sæculis florentissimi Inquilinis sub moderno Reverendissimi, Perillustris ac Amplissimi Domini Abbatis MEINRADI solidioribus Musis auspicatissimo Regimine *Scythicam barbariem* objicere. At! erunt, ni fallor, qui & hanc & alias, quibus Crassum hoc Opus scatet, castigabunt calumnias, dabitque Oliverius effrontis audaciæ suæ pœnas, qua non tantum Benedictinis, præsertim Sueviæ nostræ, Abbatibus, sed & Sacri Romani Imperii Principibus ausus est, genuinum infigere, & pessimè imprecari. Cæterùm hic benevolum Lectorem monere liceat, Opusculi hujus eruditissimum Authorem minimè latere ampliorem Priorum Reichenbacensium reperiri in BUCELINI *Germania Sacra* Catalogum, scripsit enim ad me Reichenbacensi Historia jam impressa sequentes

OBSERVATIONES

Ad Catalogum Priorum Monasterii Reichenbacensis, Ord. S. Benedicti.

Cùm nuper brevem Catalogum Priorum Regularium Monasterii Reichenbacensis, ad Murgam siti, ex solis Chartis & vetustis Donationum Monumentis penes me extantibus contexerem, nondum incideram in prolixiorem illum Catalogum, quem P. GABRIEL BUCELINUS jam superiore sæculo. *Germaniæ Sacræ* Parte II. pag. 74. cum orbe literato communicaverat. Illum ergo cum nostro conferens, non modò multò locupletiorem reperi, verùm etiam in aliquibus à nostro discessisse, tum quòd ipsum Sanctum WILHELMUM Hirsaugiæ per plures jam annos Abbatem, cùm Reichenbacum primò conderetur, in fronte Priorum collocaret, tum quòd Ernestum, sive Ernustum ei subjungeret, quem nos veriùs Oeconomum, quàm Priorem Reichenbaci egisse arbitramur. Etsi verò longè ampliorem BUCELINUS nobis protulerit Priorum Syllabum, vereor tamen, ne Historiæ Monasticæ parùm inde commodetur, adeò ut Observationes quasdam ei subnectere necessum sit, ne Lectorem à vera & sincera illorum, quos nos dedimus, epocha aditi officii avertat.

Primùm quidem observo, WILHELMUM Abbatem, & Ernestum Oeconomum perperam in eo Syllabo Priores statui.

Secundò observo, S. THEOTGERUM, cui nos primum inter Priores Reichenbacenses locum dedimus, à BUCELINO prætermitti planè non debuisse, quippe quem ex Trithemii Chronico Hirsaugiensi ad annum 1087. *Priorem Cellæ S. Georgii* (lege Gregorii) *in Reichenbach constitutum* à WILHELMO Abbate Hirsaugiensi fuisse constat; Id quod ex Mabillonio itidem in Annalibus Benedictinis discimus.

Tertiò observo, in iis Prioribus, quorum nos seu Familiæ, seu Originis cognomina dedimus, aut quorum Prælationis epocham assignavimus, plus utique nostro Syllabo, quàm illi prolixiori GABRIELIS BUCELINI esse deferendum, quòd nostra ex vetustis Donationum Chartis desumpta sint, quarum subinde plures uni illorum Priorum suffragantur, cùm contrà Catalogus ille BUCELINI non modò Documentis nullis roboretur, sed indubiè falsus sit, & ferè secum ipse pugnet. Itaque in iis, in quibus à nostro Syllabo dissidet, fidem mereri haud videtur, in cæteris fortè utilis erit, ut hiatus & lacunas, quas ipsi observavimus ex eo liceat supplere, quem laborem ut paulò reddamus faciliorem, illos Priores huc adnotabimus, quos prolixior ille Catalogus sedibus suis perperam movit, postliminiò restituendos.

Quem ex litera initiali C. CONRADUM diximus, non anno 1282. sed anno 1280. in Chartis nostris & Donationibus jam occurrit. Est ille apud BUCELINUM ordine vigesimus.

MARQUARDUS ab EHINGEN, quem fextum fupra vigefimum effe Bucelinus juffit, non primùm anno 1343. ùt ille vult, Prioratum adiit, fed in Chartis quinquenniô citiùs ad annum 1338. legitur, ex quibus etiam difcimus, ei anno 1339. fucceffiffe REUBOTUM, five REUBOTONEM, qui *Bucelino* REIMBOTTO Comes de Rottenfels dicitur. Quin imò ad annum 1343. diferte legimus Priorem VOLMARUM, quem ipfiffimum annum VOLMARO II. Bucelinus affignat. Nutat ergo fides Catalogi prolixioris, qui primô locô Reimbottonem, tum Volmarum II. denique Marquardum ab Ehingen ponit, cùm ex Chartis & Donationibus noftris liquidò conftet, primô locô reponendum effe MARQUARDUM ab EHINGEN, fecundô REUBOTUM, tertiô denique VOLMARUM.

GODEFRIDUS de Stammheim, qui deinceps annô 1380. ad clavum Hirfaugienfis Monafterii promotus eft, Reichenbaci præfecturam ex Chartis non primùm annô 1379. fed jam annô 1360. adiit.

Pro NICOLAO VOGELIN, cui notas Chronologicas Prioratûs non adjecit Bucelinus, eas fupplere licebit ex noftro Catalogo, cùm ejus nomen in Donationibus ad annum 1414. occurrat.

Idem eft de WOLFRAMMO (fic enim legendum, non, ùt perperam Bucelini Catalogus habet, WOLFGANGO MAYSER) cui annos 1424. & 1427. adjicere licet. Is ipfe eft, qui tefte TRITHEMIO ad annum 1428. in Chronico Hirfaugienfi, Abbas Hirfaugiæ anno hoc eodem 1428. renuntiatus fuit. Error itaque eft, cùm WOLFRAMMUS ifte NICOLAO Comiti de Sulz (quem Chartæ noftræ adhuc anno 1436. Priorem Reichenbaci ftatuunt) in hujus ipfius Reichenbacenfis Monafterii præfectura poftponitur, cùm, ùt dictum eft, jam octo abhinc annis ad Hirfaugiæ regimen fuerit affumptus.

Ex dictis habemus, eum, quem Bucelini Catalogus NICOLAUM Comitem de SULZ abfque epocha Præfecturæ refert, in Chartis noftris autem NICOLAUS GREFF, fortè GRAFF, dicitur, cum notis Chronologicis ad annum 1436. effe reponendum.

JOANNI de MüNCHINGEN, qui Bucelino trigefimus nonus eft, annos 1457. & 1470. per Chartas Donationum &c. affignare licet, cui denuò perperam prolixior Catalogus JOANNEM de MALMSHEIM præponit; Ut enim nota Chronologicæ Chartarum noftrarum fidem faciunt,

JOANNES MALLINSHEIMER, five de MALINSHEIM anno 1471. atque adeò poft JOANNEM de MüNCHINGEN in Prioratu Reichenbacenfi egit.

JOANNES de WANGEN illigandus erit per Chartas noftras annis 1477. 1479. 1480. & 1482.

NICOLAUM ERCHINGER (fic enim legimus) five EHINGER Catalogus prolixior Nobilem de Erfingen creat contra fidem Chartarum noftrarum, in quibus ERCHINGER appellatur, in quibus ad annum 1484. & 1485. recurrit.

JOANNIS WIDEL (quem Chartæ noftræ *de Gernfpach* appellant) Chronologia ex Codice Donationum explorata eft, & in Bucelino reftituenda ad annos 1488. & 1491.

JOANNEM de ROTH Chartæ noftræ JOANNEM REITT, & RöTT dicunt, at non primùm anno 1503. ùt habet Bucelinus, fed jam annô 1495. Prioris officiô in Reichenbach functum fuiffe volunt. Ejus memoria adhuc habetur ad annum 1504. Similiter

HENRICI de STAMMHEIM memoria non duntaxat annô 1524. ùt habet prolixior Catalogus, fed annis 1512. & 1515. in Chartis noftris comparet. Cubat autem eò certiùs hoc loco mendum in Bucelino, quòd HENRICUS ifte per Chartas noftras jam annô 1522. fucceſſorem in Prioratu nactus fuerit Joannem Schultheifs, cui ipfi tamen poft HENRICUM Bucelinus adhuc alium JOANNEM cognomento TUBINGER intercalavit ad annum 1524. Itaque per Buceli-

celinum Henricus de Stammheim anno 1524. JOANNES TUBINGER eodem anno 1524. & demum Joannes Schultheiſs Priorem Reichenbaci egit. At Chartæ noſtræ JOANNEM TUBINGER quidem ignorant, HEINRICUM de STAMMHEIM, autem annis 1512. & 1515. JOANNEM SCHULTHEISS autem anno 1522. alligant. Nihil ſanè magis mihi exploratum eſt, quàm ſub hæc ipſa tempora Catalogo prolixiori nihil poſſe deferri. Ut enim cætera omnia taceam, infra unum ſeptennium ab anno 1524. ſex omnino Priores Reichenbaco imponit, HENRICUM videlicet de STAMMHEIM, 2. JOANNEM TUBINGER, 3. JOANNEM SCHULTHEISS, 4. GEORGIUM FABRI, 5. DIETHERICUM, & 6. JACOBUM ALPERSPACH peſte anno 1531. abſumptum, quos tam brevi temporis intercapedine ſibi mutuò ſucceſſiſſe, adduci non potero, ut mihi perſuadeam.

Quare Catalogus iſte prolixior, ei ſoli fortè uſui eſſe poterit, ut ex eo lacunæ & hiatus in noſtro breviore ſyllabo comparentes impleantur, cætera verò ex noſtro ſyllabo, & his ipſis Obſervationibus reſtituantur, id quod Lectorem in Bucelini Catalogum fortè incurrentem monere voluimus, & bene agere.

Hæc puto æquo Lectori ſufficient, cui unum adhuc in Aures dico, doctiſſimum Hiſtoriæ hujus Authorem jam plures conſumatæ eruditionis Litterarios fœtus ſuis ſervare in Scriniis, quæ fors dudum publicam aſpexiſſent lucem, niſi mallet in decimum annos illos premere, quàm Oliverii præcociter & immaturè parturientis genium imitari. Tertia Tomi hujus Parte exhibetur

Supplementum Bruſchianum ſive Centuria ſecunda Monaſteriorum Germaniæ quam ex Caſpari Bruſchii Manuſcripto edidit DANIEL de NESSEL, J. C. Sac. Cæſ. Majeſt. Conſiliarius & Bibliothecarius Aulicus.

Notiora ſunt CASPARI BRUSCHII Egrani in rem Hiſtorico-Monaſticam merita, quàm ut commendatione mea egeant. Infelicibus tamen Litteratis ille merito accenſendus venit. Cum paupertate perpetua conflictandum illi erat, cujus inſuper Religionem plurimi ſuſpectam habent. Miſerè à quibusdam Nobilibus interemptus eſt anno 1559. Ejusdem Centuria Monaſteriorum prima Obelo notata eſt à Concilio Tridentino, in Centuria hac ſecunda nihil hactenus invenêre Cenſores Romani, quod damnarent fidei Catholicæ adverſum. Hæc ab annis jam ſat multis rariſſimè comparet in Librariorum tabernis, jure proin locum eidem dandum cenſui in Collectione hac noſtra. Primus qui illam ex MS. Bruſchiano quod in Bibliotheca Cæſarea Vindobonæ latuit, ad Inſtantiam plurium Prælatorum publici juris fecit, fuit DANIEL de NESSEL MARTINI NESSELII, Viri inter Litteratos elapſi ſæculi Viros haud incelebrio, major natu filius. Muſis Litaverat Luneburgi, Roſtochii, aliisque Germaniæ noſtræ Litterarum Emporiis. In Jurisprudentia civili & politica egregiè verſatur, maximis in Hiſtoria profectibus, & multigena linguarum Orientalium peritia claruit. Cum Parente Martino anno 1667. Viennam delatus, abjurata Proteſtantium Religione divina illuſtratus gratia ad Sacra Catholicorum tranſiit, quibus uſque ad finem vitæ fideliter adhæſit. In variis legationibus à ſecretioribus conſiliis fuit. Tandem anno Domini 1680. quo magnus ille LAMBECIUS Menſe Aprili morbo hydropico Pugente Orbe Litterario obiit, NESSELIUS ob luem peſtiferam Viennâ abſens Pragæque commorans adjutus gratioſo patrocinio D. D. JOANNIS MAXIMILIANI S. R. I. Comitis de Lamberg, nec non ſuffultus peculiari benevolentia R. P. CHRISTOPHORI STETTINGERI, S. J. & Sacræ Cæſareæ Majeſtati à Sacris Confeſſionibus & Conſcientiæ arbitri (quod grati animi & honoris ergo ipſemet fatetur in Catalogi, de quo mox, Præfatione) Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Præfectura admotus fuit. In Auguſtiſſimo Imperatore Leopoldo non tantùm Clementiſſimum, & Liberaliſſimum Mecænatem expertus eſt,

 ſed

ſed inſuper ab Eo in Conſiliariorum ſuorum numerum adlectus Nobilitatis Diploma obtinuit. Ad Labores Litterarios natus, factúsque præter SUPPLEMENTUM hoc BRUSCHIANUM anno 1692. editum ſcripſit: *Breviarium & Supplementum Commentariorum Lambecianorum, ſive Catalogum Codicum Manuſcriptorum Græcorum, nec non Linguarum Orientalium Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Octo conſtantem partibus.* In Folio. Vindobonæ *1690. cum figuris.* Item: *Prodromum hiſtoriæ Pacificatoriæ ſeu Indicem Chronologicum in Corpus Pacificatorium.* Ibidem, anno eodem. *Sciagraphiam Magni Corporis Hiſtorici. Vindobonæ 1692.* Ad finem Præfationis ſupra memorati Catalogi promiſit: *Syntagmata Hiſtorica Variarum Rerum Antiquitatum, Actorum, Documentorum hactenus ineditorum ex Bibliotheca Cæſarea,* quæ aliam & illuſtriorem præfecturæ ſuæ tempore induit faciem, dum vaſtis illis antiquis loculamentis & inconditis Repoſitoriis (quæ in obſcura ambulacra diſtincta vicem alicujus Labyrinthi repræſentabant, omnem lucem commoditatémque perluſtrandi Libros curioſis hoſpitibus adimebant) dejectis, deſtructisque, nova, altiora, & juxta formam Librorum conventiora ex Mandato Cæſareo ſubſtituta ſunt, ut omnia Bibliothecæ cubicula liberrimo proſpectu abundante Luce, conſpicua, & concinna Librorum collocatione, plurimis menſis, quæ vicem tamen armariorum ad recondendos inferius Libros præbent, jam gaudeant, nec quidquam ibidem tenebroſi, obſcuri, conſtipati, malè collocati, aut ſinuoſi appareat. Obiit Vir de re Litteraria optimè meritus anno 1700. vel ùt recentior habet Lexici Jöcheriani Editio ad annum 1699.

Joannis Birckii Campidonenſis Scholæ S. Hildegardis Latinæ Magiſtri Tractatus de Monaſterio Campidonenſi & ejus Multiplicibus Privilegiis.

Campidonenſis Archi-Monaſterii, in Germania noſtra facilè principis Fundationem & Hiſtoriam STENGELIUS in Collectioni hujus Tomo I. pag. 32. recenſet. Adeſt modò JOANNES BIRCKIUS & eandem telam tenit, minori quidem elegantia, ſed prolixiori filo, & eo Rhythmorum genere, quo vix quidquam reperies inficetius. Nihilominus hanc Hiſtoriam, utut barbaris vocibus conceptam inter ſæculi decimi quinti (quod merito Ignorantiæ Sæculum audit) reliquias ceu pretioſum Cimelion conſiderandam exiſtimo, poſtquam facorum iniquitas vetuſtioribus documentis quàm plurimis Illuſtriſſimum hoc Cœnobium privavit: Nunquam, quod ſcio, publicam lucem aſpexit hic BIRCKII Labor, quem ex MS. Codice inſtructiſſimæ Pollinganæ Bibliothecæ per Adm. Reverendum Dominum ALDOBRANDUM GEBHARD Celeberrimæ hujus Canoniæ Regularem Canonicum, maximæ ſpei & perſpicacis ingenii virum ſumma, qua fieri potuit, fidelitate & induſtria erutum, gratioſè mecum communicavit Reverendiſſimus, Perilluſtris ac Ampliſſimus Dominus FRANCISCUS, Abbas Lateranenſis, laudatæ Canoniæ Antiſtes Vigilantiſſimus, quem ut Muſarum commodo quam diutiſſimè ſuperſtitem Deus, vitæ neciſque arbiter conſervet, animitus precor. Haud equidem prædictus Codex Authoris præfert nomen, tanto autem fidentiori animo Joannem Birckium Operis Authorem pronuntio, quòd ſciam, ex illius calamo profluxiſſe *Rebellionis Ruſticæ Hiſtoriam* in hunc ipſum Rhythmicæ & Barbariæ latinitatis modulum fuſam, quæ in Pollingano Codice præſenti Tractatui ſubjungitur. Poſſidet hanc ipſam ruſtici furoris hiſtoriam Perilluſtris ac Conſultiſſimus D. JOANNES FRIDERICUS de BALLBACII de GASTEL, Celſiſſimi ac Reverendiſſimi DD. Epiſcopi Conſtantienſis, ac S. R. I. Principis Conſiliarius, ad cujus MS. calcem nomen Authoris, JOANNIS BIRCKII proditur. Sanè ex Campidonenſi Divæ Hilde-

Hildegardi Schola hosce Rhythmos prodiisse, Capitis 57. verba satis manifestè probant:

Anno milleno quadringenteno simul & Octodeno
In Hiltegardis Scholis data, nunc grandi vigore proclamata.

Hoc ipso tempore JOANNEM BIRCKIUM præfecturam Ludi hujus Litterarii gessisse constat pariter ex cap. 76. ubi leguntur sequentia:

Inceptio est facta de Hiltegardis Schola
Hæc habuit ducenta, & suppoſita triginta
JOANNE BIRCK sub Magistro, qui tot habuit in Registro
In Purificationis die Beatissimæ Virginis Mariæ
Anno milleno Domini quadringentesimo
His jam junge octuaginta quinque.

Addit sub finem hujus Capitis:

Scholasticus præfatus cognomine BIRCK vocatus
Tali in oppositione adhuc est in regimine,
Faciendo paucis Scholaribus ut multis,
Viginti annos rexit, & dictam Scholam tenuit
Grandi in honore, cum suppositorum multitudine
Cui Deus gratiam dat, ut diutius illam regat.

Scrupulum quidem hæc movere lectoribus possent, dum Author loqui videtur de tertio; verùm hic facile animo est eximendus, si quis pensaverit, illo ævo plures Authores, utut latere voluerint, hujusmodi indirecta manifestatione proprii Nominis fuisse usos. De reliquis vitæ suæ circumstantiis id solum ex capite 63. eruitur, quòd *Rectorem se vocet in Universalibus approbatum, quòd Heydelbergæ fuerit & Wermæ* (fors legendum *Wiennæ*) *steterit*. Post BIRCKIUM sequuntur

Historiæ Fundationum nonnullorum Monasteriorum insignium per Partes Bajoariæ AUTHORE ANDREA Presbytero Ratisbonensi.

ANDREAS PRESBYTER RATISBONENSIS Apostolicum Cann. Regg. Institutum amplexus est in celeberrima Canonia S. Magni Confessoris in Pede pontis Ratisbonensis: Claruit ab anno 1418. usque ad annum 1440. scriptor fuit ætate sua haud incelebris, ab ipsomet Imperatore Sigismundo multùm æstimatus. Ejusdem scripta, satis probant, illum neutiquam fuisse in Domo Dei olivam sterilem, sed Osorem otii, hominem industrium, verè Religiosum, & ab humilitatis ac avitæ Religionis defendend. studio summopere commendandum. De illo sequentia habet GERARDUS JOANNES VOSSIUS Lib. 3. de Historicis Latinis c. 5. pag. 550. *Itidem Sigismundi Imperatoribus temporibus clarescebat Andreas Presbyter Ratisbonensis, qui Chronicon composuit de DUCIBUS BAVARIÆ, quod in lucem prodiit Ambergæ. Meminit quoque Joannes Aventinus Libro VII. HISTORIÆ BOJORUM, ubi dum retulisset, quanta fuerit industria Ratisbonensium sive Reginoburgensium in Bello Bohemico, continuo subjungit: Hæc diligenter & accurate Andreas Reginoburgensis, Mysta Aurelianus, Litteris & memoriæ commendavit, idcirco eum Cives sui Titum Livium censerit.* Inter Opera Veterum, quæ edita sunt curis & studio Marquardi Freheri filii, comparet quoque *Andreæ Presbyteri Chronicon de Ducibus Bavariæ*, in quo testatur, quòd interfuerit colloquio Ratisbonæ coram SIGISMUNDO Imperatore cum Regni Bohemiæ & Concilii Basileensis Oratoribus anno 1434. habito. Huic Chronico, admodum raro, annexæ sunt, quas hic exhibemus HISTORIÆ FUNDATIONUM, in quibus multa benevoli Lectores invenient, quæ alibi frustra quærent. De variis Chronici memorati Editionibus consulatur OUDINUS *in Comment. de Scriptoribus Secul. XV.* ad annum 1440. Præter hoc Chronicon speciale scripsit *Chronicon*

Generale, quod ex coævo, ac vasto chartaceo Codice celeberrimi Monasterii Lunælacensis, seu Monseensis erutum, edidit Clarissimus Pater Bernardus Pezius, Mellicensis Asceterii gloria, Tomo Anecdot. IV. Part. III. Col. 273. & seq. In Chronici hujus Prologo de seipso ita præfatur Author : *Ego Frater Andreas, Litteratorum humiliumque minimus, professus Monasterii Sancti Magni Confessoris in præurbio Ratisbonæ, Ordinis Beati Augustini Canonicorum Regularium, considerans & mente revolvens, quia memoria digna Litteris sunt mandanda, præsertim quia nos materiales homines aliorum vita magistramur & dirigimur - - - Ideo ea, quæ temporibus meis & præcipue in Concilio Constantiensi acta sunt, scilicet ab Anno Domini MCCCCV. quo in hebdomada Pentecostes in Eystavia Ordinatus sum Presbyter, ut ad majorem notitiam perveniant, & ad meam potissimè utilitatem, quamvis ignoranter, tamen affectanter conscribere curavi.* In eodem Monseensi Codice, qui hoc Andreæ Chronicon Generale complectitur, etiam extat, monente PEZIO, ingens *collectio monumentorum ad historiam Concilii Constantiensis pertinentium*, quam ANDREAS noster non sine incredibili labore concinnavit, quæ utinam! aliquando Luci publicæ donaretur, haud dubie palmam ereptura Historiæ hujus Concilii quam non sine laude ***Harduinus*** adornavit, quod facile mihi concedent, qui vel solam Oeconomiam Operis inspexerint, in Dissertatione prævia Tomi IV. Anecdotorum PEZII pag. XXV. exhibitam. Qui Monumenta singula ANDREÆ inedita scire desiderat, Zachariæ ab Uffenbach Bibliothecam adeat, qui Parte IV. à Col. 46. illa diligenter ac minutè enumerat. Tandem ut mole sua Tomus Collectionis hujus secundus par sit Tomo primo, præli beneficio denuo publicam in Lucem prodeunt

Origines Carthusianorum Monasteriorum per Orbem Universum, quas AUBERTUS MIRÆUS publicaverat Anno MDCIX.

Hoc Opusculo, admodum raro, etiam de celeberrimo Carthusianorum Ordine bene mereri voluit MIRÆUS, cujus vitæ seriem in Compendio jam dedimus in Præfatione Tomi primi. Litterarii Labores Excellentissimi hujus Scriptoris, quibus Ordines Religiosos sibi immortali beneficio devinxit, in hac Collectione frequentius occurrent. Juvabit proin honoris & debitæ gratitudinis ergo, huc prolixius transferre MIRÆI elogium, quod ***Auctario de Scriptoribus Ecclesiasticis*** in ***Bibliotheca*** Ejusdem ***Ecclesiastica***, à JOANNE ALBERTO FABRICIO edita subjunctum legitur. Ex ANTONIO SANDERO, VALERIO ANDREA, & aliis, qui Posteritati Litteratæ ejus memoriam commendârunt, concinnatum sic habet: AUBERTUS MIRÆUS, vernaculè LE MIRE Anno 1573. prid. Cal. Decemb. Bruxellæ nascitur, Patre GUILIELMO, qui à recepta reductáque ad legitimi sui Principis obsequium per ALEXANDRUM FARNESIUM Parmæ Ducem, civitate patria, satagente faventéque FARNESIO, primus è Catholicis civibus Quæsturæ ejusdem urbis præfectus fuit. Patruum habuit JOANNEM MIRÆUM, Antverpiensium laudatissimæ memoriæ antistitem. Litteris politioribus egregiè Duaci delibutus, Philosophiam ibidem discere cæpit, Professorem nactus GEORGIUM COLVENERIUM; absolvit verò Lovanii: ubi & humaniores ipse Litteras, magno cum Auditorum suorum fructu, peritè professus est, Auditor ipse J. LIPSII ferè continuus, atque interioris admissionis discipulus, & amicus. Studiis sacris dans Operam, in Collegium Theologicum migravit, cui tum præerat vir eximius JOANNES CLARIUS, Sacræ Theologiæ Doctor, à quo rei Oeconomicæ administrationem sibi imponi passus est, quoque agente Canonicatum in Ecclesia Cathedrali Antverpiensi ex indulto Nominationis Academicæ ann. 1598. obtinuit. Itaque decurso studii Theologici curriculo, absolutisque pro Licentia, ùt vocant, Disputationibus, Autverpiam venit; ubi inter honestissimos, optimósque viros, & fiorem in ea civitate Belgarum, mox eminere cœpit, variásque functiones obivit, Scholarchæ, Sigilliferi, Bibliothecarii; quæ licèt totum hominem occupare potuissent, tanto ardebat amore Musarum, ut obtemperare sibi non posset, quin, ubi-

ubicumque locorum, ſemper legeret; diſquireret, obſervaret, notaret, excerperet, aut ſcriberet, & apes imitatus, è floribus aptioribus Auctorum probatorum mellilegium copularet. Adeoque *Miræo* nobis adaptare licebit, quod *Plinius ſecundus* ſcripſit de ſeniore patruo ſuo *lib.* 3. *ep.* 5. lucubrare eum ſolitum, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi à multa nocte: ſomni fuiſſe parciſſimi: nihil legiſſe, quod non annotaret, excerperétque. Addens, ſe correptum ab eo, cur ambularet, dixiſséque: *Poteras has horas non perdere*. Nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. *Nonne videtur tibi*, inquit, *recordanti*, *quantum ſcripſerit*, *nec in officiis ullis, nec in amicitia Principum fuiſſe? Rurſus, cùm audis, quid ſtudiis laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis, nec legiſſe? Hujus rei in Miræo fidem* (inquit Andreas) *ipſe facere poſſim, quem ille aliquanto tempore domeſticum menſæ ſuæ adhibuit*, & *deinceps*, *quoad vixit*, *amicum*, & *in ferventi gratia habuit.* Anno 1610, à patruo Epiſcopo Antverpienſi miſſus fuit, primo in Bataviam, ac deinde in Galliam, ut impiis hæreticorum conatibus tempeſtive occurreretur, qui Religionem orthodoxam contra pacta Induciarum, per Diœceſim Antverpienſem turbare ſatagebant. A morte ejusdem ſui patrui, anno 1611. Duacum profectus, ut Fundationem, quam ille ibidem inſtitui. ſupremis tabulis mandàrat, promoveret, S. Theologiæ Laurea IV. Nonas Maji ab eximio viro *Guilielmo Eſtio* donatus eſt. Nec diu poſt à ſacris Oratorii Sereniſſ. Principum, *Alberti*, & *Iſabellæ*, Paſtor, ac Bibliothecarius Aulæ, Protonotarius Apoſtolicus, & poſtremo à morte *Joannis Delrio* anno 1624. Decanus nominatus eſt Antverpienſis, atque Epiſcopatus ejusdem Vicarius Generalis. Vir fuit de Eccleſiaſticis, in Belgio præſertim, antiquitatibus optime meritus: qui hoc unum agebat maxime, ut ἀνέκδοτα hactenus, & cum blattis, tineisque luctantia in lucem, aſpectumque publicum proferret; ut Eccleſiæ ſtatum, ac regimen ob oculos poneret; ut ſacrorum Ordinum initia, progreſſúsque erueret; ut Principatuum Belgii origines, hactenus obſcuras, illuſtraret, ac pleráque alia Belgicæ Antiquitatis arcana, hactenus abdita, recluderet; idque non ex conjecturis, ac Chronographis; quinimo ex ipſio Principum Diplomatibus, quæ in eam rem ex publicis, privatiſque Bibliothecis, atque archivis plurima ingenti labore, ac ſumptu collegit, & publici juris fecit: quo fere ſpectant *Elogia Illuſtrium Belgii Scriptorum*, iterum ea auctius edita, Antverp. 1609. in 4. Typis Davidis Martinii. *Elogia Illuſtrium gentis Spinolæ*. Ibid. apud Verduſſium 1608. 4. & Coloniæ 1611. 4. apud Joan. Kinchium. *Vita Viri Clar. Juſti Lipſii*, Doctoris ſui, ex ipſius potiſſimum ſcriptis concinnata Antverp. 1609. 8. & in Elogiis Belgicis, ac fama poſthuma ejusdem Lipſii, apud Moretum. ORIGINES *Monaſteriorum Benedictinorum per Belgium*, Antverp. typis Verduſſii 1608. 8. *Carthuſianorum per orbem univerſum*, Coloniæ 1609. 8. apud Hieratum. *Ordinum Equeſtrium, ſive Militarium* Libris II. Antverp. 1609. 4. & Coloniæ apud Kinchium 1638. *Virginum Ord. D. Virginis Annuntiatæ* Antverp. 1618. 4. *Ordinis Carmelitani*, ab *Elia* Propheta inchoati, ab Alberto Patriarcha vitæ regula temperati, à *S. Thereſa* ad primævam diſciplinam revocati, Ibid. 1610. 8. *Ordinum Auguſtinianorum*, ſub Regula Divi *Auguſtini militantium*, Gallice, Ibid. 1611. 8. *Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini* Coloniæ typis Bernardi Gualteri 1614. 8. *Originum Monaſticarum* Libri V. & *Laudatio S. Thomæ Aquinatis*, ejusque doctrinæ, edicta Bruxellis, Ibid. 1620. 8. CHRONICON *Ordinis Præmonſtratenſis*, in quo initia ejus, progreſsúsque, ac Viri celebres Cœnobiáque commemorantur. Ibid. 1613. 8. *Ciſtercienſe*, in quo ejus quoque Ordinis, à *S. Roberto*, Abbate Moliſmenſi primum inchoati, à *S. Bernardo* mirifice aucti, & propagati, initia, & incrementa. Ibid. 1613. *Benedictinum*, ſive Benedictinorum Cœnobiorum origines &c. Ibid. 1614. 8. *De Congregationibus Clericorum in communi viventium.* Ibid. 1632. 8. *De Collegiis Canonicorum* liber ſingularis. Ibid. 1615. 8. *Notitia Epiſcoporum orbis univerſi* typis Plantin. 1613. 8. *Politia Eccleſiaſtica*, ſive *De ſtatu Religionis Chriſtianæ per totum orbem*, Lib. IV. Coloniæ 1609. 8. & Lugd. 1620. 12. *Geographia Eccleſiaſtica*, in qua Provinciæ, Metropoles, Urbesque titulo Epiſcopali illuſtres. Ibid. in 12. *Oratio in Exequiis Rudolphi II. Imp.* Antverp. habita, typis Plantinianis 1612. 4. *Commentarius de Bello Belgico Ferdinandi II. auſpiciis Bruxellæ* & Coloniæ 1622.

 8. *Elo-*

8. *Elogium, & Funus Sereniss. Alberti Pii*, Principis &c. Bruxellæ 1622. *Commentarius de Vita Alberti Pii*, Principis &c. typis Plantinianis 1622. 4. *Laudatio Funebris Sereniss. Isabellæ Claræ Eugeniæ &c.* Ibid. 1634. 4. *Chronicon Rerum, toto orbe gestarum*, à Christo nato ad hæc usque tempora, auctoribus *Eusebio* Episc. Cæsariensi, *B. Hieronymo* Presbytero, *Sigeberto* Gemblacensi Monacho, *Anselmo* Gemblacensi Abbate, aliisque, cum Auctario *Miræi* ab anno 1200. ad annum 1608. 4. apud Verdus. Petri Divæi Historia Brabantica, à *Miræo* eruta, & illustrata cum *Auctariolo*. Ibid. 1610. 4. *Disquisitio de SS. Virginibus Coloniensibus* 1608. 4. *Fasti SS. Belgici, ac Burgundici.* Bruxellæ apud Joan. Pepermannum 1622. 8. *Rerum Belgicarum Annales.* Ibid. 1624. 8. *Stemmata Principum Belgii*, ex Diplomatibus, ac Tabb. publicis potissimum concinnata. Ibid. 1626. typis Meerbecii. *Codex Donationum piarum*, præsertim Belgicarum. Ibid. 1624. 4. *Diplomata Belgica.* Ibid. apud. Joan. Peperman. 1628. 4. *Donationes Belgicæ*, *Antverpiæ* apud Joan. Cnobbarum 1629. 4. *Notitia Ecclesiarum Belgii.* Ibid. 1630. 4. Omnia cum *notis*. *Rerum Belgicarum Chronicon*, à Jul. Cæsaris in Galliam adventu usque ad an. 1636. Ibid. apud Guil. Lesteenum. *Codex Regularum, & Constitutionum Clericalium*, cum *Notis*, typis Trognæsii 1638. fol. *Bibliotheca Ecclesiastica*, sive VII. veteres, *S. Hieronymus*, Presbyter, & Doctor Ecclesiæ, *Gennadius* Massiliensis, *S. Isidorus* Hispalensis, *S. Ildefonsus* Toletanus, Honorius Augustodunensis, *Sigebertus* Gemblacensis, *Henricus* Gandavensis, cum *Miræi Auctariis, & Scholiis.* Ibid. apud. Jac. Mesium. 1639. fol. Præter hoc opus posthumum, cui cum insudaret, obiit. Amicis, & familiaribus utebatur omnibus fere ævi sui doctissimis Viris; undequaque ad illum vel concurrentibus, vel per literas cum eo communicantibus, inter quos familiarissime cum eodem conversati sunt *Andreas Schottus*, *Heribertus Rosweydus*, *Ægidius Bucherius*, *Christophorus Butkens*, *Godefridus Wendelinus*, *Nicolaus Rochozius* Vir Consularis, *Petrus Paulus Rubenius*, Ævi sui Apelles, ambo *Lancelloti* fratres, ac præ cæteris *Gaspar Gevartius*, Urbis Antverpiensis Archigrammateus. Inscriptiones, quibus *Joannes Carolus Franchemius Miræus* Sepulchrale Magni sui Avunculi monumentum exornavit, jam dedimus in Præfatione Tomi primi. Precor animitus, ut præclarissimi hujus scriptoris animæ æternum bene sit in cœlis, quem æternum laudabunt opera manuum suarum in terris. Pro coronide Benevole Lectori denuo commendare liceat Bibliopolæ nostri ardens augendæ hujus collectionis desiderium, qui Omnes Monasteriorum aut Bibliothecarum Præsides, aliósque viros Litteratos impensissimè iterum iterúmque rogatos vult, ut favore suo hoc institutum suum juvare velint & si quæ forte nova subsidia suis in Armariis sive nondum edita sive rarius occurrentia servent, benignè communicare nobiscum velint. Præsertim jucundum illi accideret, si Origenes Ordinis *Carmelitani*, & Ordinum *Augustinianorum* (reliqua enim MIRÆI opuscula jam possidet) aliquis Fautor pro parabili pretio transmitteret. Cæteros tandem Collectionis hujus Patronos, Quorum communicata Opuscula aut Manuscripta duobus hisce tomis inseri nondum poterant, certiores reddo - illa locum habitura in sequentibus Tomis secuturis, quorum tertius faventibus Superis elapso semestri prælum deferet. Hæc præmonenda duximus, ne quid maligne aut temere à Bibliopola quis suspicetur. Vale, Benevole Lector, & Collectione hac ad Majorem Dei gloriam & Religiosorum Ordinum honorem utere.



TOMI

MONASTERIUM CHREMIPHANIUM.

Vulgo CHREMS-MüNSTER dictum, præcipuum omnium *Austriæ* Superioris, seu Provinciæ fupra *Anassum* dictæ, Monafterium, fitum in territorio *Trungoviensi* (im Traunviertel) a præfluente *Chremsa* nomen traxit. Ei condendo occafionem præbuit lugubris cafus, qui Principalem Bojorum domum funeftavit.

Major filiorum THASSILONIS GUNTHERUS, *Laureaco* fub brumam venatum egreffus, in raræ magnitudinis aprum forte incidit prope fontem & pifcinam, (quam hinc nomen traxiffe ajunt, & jam egregie exornatam fontano opere, & fiftulis plumbatis aquam copiofam occulte emittentibus artificiofe decoratam afpicimus) Comitibus per filvam dilapfis, animum folitudine non defpondens, venabulo objecto, feram ftrenue excipit, & luculento vulnere excipit: ipfe viciffim a dolore & furore percita confauciatur, ambo in eodem veftigio corruunt. Ibi canis latrantis indicio repertus, magnæ indolis adolefcens, miferandum fuis in tam trifti exitu præbuit fpectaculum. Pater quantum maximum potuit fepulturæ honorem habuit, Templo cum Monafterio magnificentiffime excitato, & ampliffimis reditibus inftructo. A. C. Iↄ. CCLXXVII. UDALRICUS Archiepifcopus *Laureacensis*, VIRGILIUS, *Salisburgensis*, & SIMPERTUS *Ratisbonensis* Epifcopi dedicarunt, A. C. Iↄ. CCLXXVIII. HADRIANUS Pontifex, AGAPITI *Prænestini* Martyria corpus, *Roma* honoris cauffa dono mifit. Veteres tabulæ dedicationem in annum THASSILONIS tricefimum, THEODONIS primum, indictione prima conferunt. Quo cum plerique Annales refelluntur, de fuperiori anno confentientes; tum apparet, THEODONEM fratris morte non dubium heredem, mox a patre collegam, in partem dominatus afcitum effe. Sunt vero in antiquitatis memoriam injurii, qui levi fufpicione nixi, quod diploma de Monafterii conftitutione (iftis orationem appellare placuit) GUNTHERI nomen non habet, id ex omni narratione expungendum contendunt.

Primus hujus Monafterii Abbas inftitutus eft FATERICUS, ex ALTACHIO inferiore cum aliis Monachis a Fundatore huc accitus. CAROLUS M. Rex *Francorum*, poftmodum etiam Imperator creatus, cum fundationem jam pridem ratam habuiffet, eandem rurfum confirmavit A. C. Iↄ. CC. LXXXIX.

Floruit in hoc Monafterio plurimum Ordo Monafticus & facra difciplina, usque ad annum circiter CCIↄ. poft quem maximi tumultus bellici in his provinciis extitere, præfertim *Hungaris Bavariam*, immo univerfam fere *Germaniam* aliquoties populantibus, Ecclefias, Monafteria, ipfasque civitates funditus evertentibus. Tum enim accidit, quod Seniores hujus loci tradidere, ut *Quinquaginta* ejusdem Monafterii perfonæ ab eisdem *Hungaris* trucidarentur, & CHREMIPHANENSE Afceterium fere folo æquaretur, certe rebus omnibus fpoliaretur.

Caruit itaque Præfule, qui Abbatis nomine præeffet integro pene feculo, vel amplius, donec regnante S. HENRICO Imp. reftitueretur, eidemque S. GOTHARDUS, *Altahensis*, *Hersfeldensis & Tegerseensis* (qui poftea *Hildesheimensis* Epifcopua extitit) Abbas præficeretur. Emerfit tum aliquantulum, donec iterum perturbata effent tempora, & difciplina monaftica cum rei domefticæ adminiftratione vacillaret, ipfumque Monafterium incendio deformaretur. Cum igitur opus effet paftore fedulo, qui muros pariter & mores reformaret, DIETRICUS Monachus de *Geize*, (*al. Goezz.* vel *Gortz.*) a B. ALTMANNO Epifcopo huic præfectus eft loco, A. C. cIↄ. LXXX. Qui confuetudines *Cluniacenses* introduxit, Ecclefiam & cætera loca regularia inftauravit, & rem domefticam infigniter auxit, Templumque (quæ eft jam tertia Dedicatio) in honore SALVATORIS, & SS. AGAPITI & BLASII MM. confecrari fecit. Circa A. C. cIↄ. CLIII. fub ALBERTO Abbate iterum ignis Monafterium devaftavit. ALRAMUS II. Capellam S. Ægidii conftruxit A. C. cIↄ. CLXXX. Sub cujus fucceffore UDALRICO III. Ecclefia tota penitus igne abfumta eft. A. C. cIↄ. CCIX. RUDOLPHUS Abbas conftruxit Capellam S. MARIÆ V. quam EBERHARDUS Archiepifcopus confecravit: item Dormitorium, & duo latera ambitus.

Sub HENRICO II. Abbate circa A. C. cIↄ. CCC. LXV. Quintum extitit incendium, ita ut præter Ecclesiam, duo dormitoria cum capella B. MARIÆ V. & ambitu fuerit concremata. Circa A. C. cIↄ. CCC. XC. MARTINUS II. condidit Sacellum S. SIGISMUNDI, & usum *Mitræ* impetravit. Præclaris ædificiis Monasterium decorarunt, ERHARDUS *Voit*, JOANNES *Spindler*, ALEXANDER *a Lacu:* qui præterea magno Zelo cunctos suæ jurisdictioni subjectos populos statim sub initio regiminis sui ad ovile Catholicæ Ecclesiæ reduxit, & nomine summorum Principum gravissimis legationibus dextre perfunctus est.

Ceterum (citra invidiam cujusquam dicam) In iis quæ vel pertinent ad spiritualem gubernationem, vel ad temporalium rerum administrationem, omnes antecessores suos (quorum aliqui in alterutro tantum genere claruerunt) multis parasangis superavit ANTONIUS *Wolffradt*, qui, ut cum sapiente loquar, *dedit in celebrationibus decus, & suffulsit domum DEI.* Nam conventum ipsum religiosis doctisque personis triplo auctiorem reddidit, quam invenit, ordinatissimam divinorum officiorum celebrandorum normam instituit, ac Templum ipsum (uti AUGUSTUS de *Roma* dicere solebat) ex *lateritio marmoreum* fecit, tredecim insignibus novis aris exornando. Novum *cœnaculum*, ac insuper duo *Dormitoria*, *infirmorum domum*, cum *Bibliotheca*, maxima librorum novorum supellectile instructissima, & aliis officinis a fundamentis construxit, *Sacrarium* ipsum pretiosissimis (sive sacras vestes, aut vasa, seu SS. Reliquiarum hierothecas spectes) ornamentis affluenter locupletavit. Ipsum Monasterium variorum *redituum* accessione, & integrarum ditionum coëmptione insigniter auxit, inter quas præcipuæ sunt; BERENSTAINIUM, SCHÆRENSTAINIUM, ac CHREMSEGGIUM. Ita jure optimo pro altero Fundatore a posteris haberi poterit.

Cum præterea CLUNICENSE & SCHLIERPACENSE Monasteria, ære alieno nimium quantum gravata & ad institas fere redacta, per suoa aliquamdiu administrasset, ære alieno soluto, posteriore etiam a fundamentis novo, una cum Ecclesia constructo, in integrum restituit, iisdemque Abbates denuo præfecit. WELSII insuper pro Patribus *Capucinis* Monasterium sub nomine S. BONAVENTURÆ fundavit & ipsemet consecravit. A. C. cIↄ. Iↄc. XXXI.

Idem a FERDINANDO II. Imp. P. F. *Viennam* evocatus, ipsius Cameræ Aulicæ Præsidem integro sexennio egit, donec vacante per obitum Eminentissimi Card. CLESELII *Viennensi* Episcopatu; ipse omnium bonorum gratulatione, eidem suffectus, & S. R. I. *Princeps* declaratus est.

Porro inter beatos & SS. hujus loci recensetur: S. WISINTO Presbyter IV. Non. Decembr. ERCHENBERTUS, RAINBOTO, GERARDUS, DIETRICUS, ALRAMUS, & alii quam plures. Nec prætereundi illi QUINQUAGINTA, qui irruentibus in *Germaniam Hungaris* ab iisdem trucidati sunt, ut diximus.

Episcopi extitere.

S. GODEHARDUS ex VI. Abbate creatus est Episcopus *Hildesimensis*, A. C. MXXII. MANEGOLDUS ex XXIII. Abbate creatus Episcopus *Passaviensis*, A. C. cIↄ. CC. VI.

ANTONIUS, ex Abbate LIIII. *Viennensis* Pontifex & S. R. I. Princeps factus. A. C. cIↄ. Iↄ. C. XXXI.

Abbates ex eodem postulati.

CONRADUS VI. Abbas in *Seittenstetten*. A. C. cIↄ. CC. IV.

DIETMARUS XXI. Abbas ibidem. A. C. cIↄ. CCC. XLVIII.

CHRISTOPHORVS Held XLII. Ab. ibid. A. C. cIↄ. Iↄ. LXXII.

PLACIDUS Bernhardt XLV. Abbas ibid. A. C. cIↄ. Iↄc. XXVII.

BENEDICTUS Schroffnagel Abbas *Gluniceus.* A. C. cIↄ. Iↄc. XXXI.

PHILIPPUS Nagel Abbas *Lambacensis*. A. C. cIↄ. Iↄc. XXXIV.

CATA-

CATALOGUS
ABBATUM CHREMIPHANENSIUM.

Numerus.	Nomina.	Anni Elect.	Anni regim.	Obitus. Anni.	Obitus. Dies.
1	Fatericus.	777	20	797	
2	Wolframus.	797	30	828	
3	Sighardus.	828	31	859	
4	Burchardus.	860	27	887	
5	Snelpero.	888	22	910	
6	S. Godehardus.	1004	8	1037	5. Maji.
7	Sigmarus.	1012	28	1040	4. Septemb.
8	Gerhardus.	1040	9	1050	27. Jan.
9	Erchenbertus.	1050			24. Junii.
10	Wolframus.				30. Septemb.
11	Pezelinus.				
12	Hoholdus.				27. Julii.
13	Berchtoldus.				14. Jan.
14	Dietericus.	1080	10	1090	9. Decemb.
15	Alramus.	1090	31	1122	11. Martii.
16	Hermannus.	1122	3	1125	31. Decemb.
17	Udalricus. I.	1125	6	1131	
18	Udalricus II.	1132	15	1147	
19	Albertus.	1147	13	1160	29. Martii.
20	Martinus.	1160	5	1165	
21	Alramus II.	1165	8		5. Julii.
22	Udalricus III.	1173	9		
23	Manegoldus.	1183	23	1215	11. Maji.
24	Chunradus.	1206	3	1209	
25	Rudolphus.	1209	8	1217	3. Martii.
26	Bernardus de Ahleiten.	1217	13	1230	
27	Henricus C. de Plain.	1230	17	1247	
28	Ortholphus.	1247	9		28. Maji.
29	Berchtoldus II.	1256	19	1275	19. Nov.
30	Fridericus de Aich.	1273	52	1325	
31	Fridericus Rizendorfer.	1325	20	1346	11. Febr.
32	Christianus Otsdorfer.	1346	3	1349	19. Nov.
33	Erneftus Otsdorfer.	1349	11	1360	
34	Conradus II.	1360	2	1363	6. Junii.
35	Henricus de Gruob.	1363			
36	Henricus de Sulzbach.			1376	17. Julii.
37	Martinus B. de Polhaim.	1376	22	1399	6. Julii.
38	Stephanus.	1399	5	1405	31. Jan.
39	Hermannus.	1405	14	1430	
40	Jacobus Trentlkover.	1419	35	1454	23. Maji.
41	Udalricus Schopperzan.	1454	30	1484	9. Julii.
42	Benedictus Braun.	1484	4	1488	29. Julii.
43	Wolfgangus Widman.	1488	12	1501	
44	Georgius.	1501	4	1505	20. Martii.
45	Joannes I.	1505	19	1524	9. Decemb.
46	Leonardus.	1524	1	1526	6. Junii.
47	Joannes Habenzagl.	1526	17	1543	28. Septemb.
48	Gregorius Lechner.	1543	14	1558	26. Augusti.
49	Marcus Weiner.	1558	6	1565	21. Jan.
50	Jodocus Sedelmayr.	1568	3	1571	17. Junii.
51	Erhardus Voit.	1571	16	1588	31. Martii.
52	Joannes Spindler.	1589	11	1600	31. Maji.
53	Alexander a Lacu.	1600	12	1613	19. Maji.
54	Antonius Wolfardt.	1613			

MONASTERIUM MELLICENSE.

MELLICUM inter omnia Inferioris *Austriæ* Monasteria jam ab antiquis temporibus primatum tenet cum auctoritate, tum religione. Ejus primordia referuntur ad LEOPOLDUM I. qui A. C. C. clↄ. XXVIII. Marchionatum *Austriæ* ab HENRICO Cæsare consequutus *Mellicensem* arcem HEMONI cognomento *Stilla* ereptam in templum mutavit, cui HENRICUS filius S. COLOMANNI corpus intulit. Porro ipse COLOMANNUS *Hiberniæ* Regum sanguis avitam propriamque gentis suæ pietatem æmulatus purpuram centone mutaverat, ut Deo, ad cujus cunas properabat, similior iret, ejusque paupertatis vestigia confidentius adoraret. Ea gratia cum per *Boicam* & *Austriam* iter fecisset, & *Stokeraviam* non procul a *Vienna* si tam appulisset, ignoti habitus vultusque argumento pro exploratore captus quæstionique subjectus est. Cumque omni tormentorum diritate laceratus nullam aliam vocem mitteret, quam exulem esse se neque præter CHRISTUM toto orbe quidquam vel amare vel quærere, fidem non fecit furentibus, actusque in arborem hoc quoque CHRISTI consequutus est, ut innocens moreretur & pendulus. Sed tristi fato subsecuta prodigia infamiam detraxerunt. Infelix & jam olim arida arbor subito reflorescens læta fronte sacrum caput inumbravit. Corpus solis cælique injuriis expositum nec tabo fluxit, nec ulla mortem macula prodidit; sanguis quinimo recens ex incisi vulnere manans, & fruticans etiamnum pilus, protrusique ungues speciem spirantis viventisque præbuere; quibus argumentis convicti etiam illi innocentem cælitemque pronunciaruut, qui eum ad restim damnaverant. Neque dubitavit HENRICUS, quem diximus, detractas ex arbore immortales exuvias *Mellicensi* cœnobio inferre, & ut Divum colere. Facta sunt hæc A. C. clↄ. XII. Insederant tum temporis hunc locum *Canonici* quos *Regulares* vocant: ii tamen cum non satis Regulariter viverent, loco cedere jussi sunt, ac pro iis introducti sunt *Monachi* qui Regulam S. BENEDICTI examussim observarent sub Abbate primo SIGIBOLDO A. C. clↄ. LXXXIX.

De quo versus isti leguntur:

Sedibus bis primus SIGIBOLDUS *procreor Abbas,*
Adducens fratres o BENEDICTE tuos.
Salvifico partu *castæ cum* Virginis *anni*
Mille octoginta *præteriere* novem.
Hæc loca Canonicos *habitantes cedere adegi,*
Nostri substituens ordinis *acre genus.*
Annos viginti septem *data munera gessi,*
Hinc se anima extincto corpore ad astra tulit.
Nunc successores doctos precor ipse piosque
Qui juste peragant debita vota DEO.

Habuit hoc Archimonasterium complures insignes Præsules, qui illud variis & præclaris operibus insigniter exornarunt & illustrarunt; at inter illos præcipue enituit NICOLAUS *Austriacus* Reformator & Instructor Regularis observantiæ *Mellicensis* dictæ, & in complura *Austriæ*, *Bavariæ & Sueviæ* Monasteria propagatæ, & ad hæc turbulenta nostra tempora fere continuo observatæ. Institutus fuit is Abbas anctoritate Apostolica per Visitatores A. C. clↄ. C. Iↄ. XVIII. JOANNES quoque a *Schönburg* J. U. D. & XLIV. Abbas, Episcopus *Gurcensis* creatus est A. C. clↄ. Iↄ. LI. CASPARUS *Hoffmannus* etiam ex Professo *Mellicensi* Abbas *Cellæ Marianæ* A. C. clↄ. Iↄ. LXX. Inde translatus *Altenburgum* A. C. clↄ. Iↄ. LXXXIII. Tandem *Mellicum* revocatus & ibidem Abbas institutus est A. C. clↄ. Iↄ. LXXXVII. Vir ob eximias animi dotes tribus Imp. RUDOLPHO II. MATTHIÆ I. FERDINANDO II. a consiliis, & Ecclesiastici Senatus Præses perpetuus. Obiit plenus meritis ætatis anno LXXII.

Eidem unanimi Conventualium electione, S. P. confirmante, & Imp. probante suffectus est REINERUS a *Landau* SS. Theologiæ Doctor, ejusque loci Prior, vir tali munere & dignitate dignissimus. Qui rerum potitus præclarissimum munus sibi a Numine delegatum constanter statim administravit tam curace vigilantia, tamque fideli prudentia, ut reapse contestari videretur, singulari se Superum favore ad publicam felicitatem, & commune *Mellicensium* bonum augurato auspicatoque translatum esse. Mox enim Monasterium universum ad reditum sublimitatis antiquæ revocare cæpit, non solum sarta tecta solatæ domus exquisita industria, parsimoniaque restaurando; verum etiam succedanea solicitudine ac frugalitate eadem in splendorem redigendo, structibus novis exaugendo, exquisita supellectile cum sacra, tum profana splendidissime exornando.

Qui

Qui tametsi de hoc Cœnobio suo, hactenus optime sit meritus, quod idem inter varias alternantis fortunæ vices sapienter gubernarit; tamen etiam erga monasticam disciplinam, cujus observantissimus est, miro affectu rapitur, nihil æque in votis habens, quam ut Cœnobium suum pietate ac doctrina florentissimum habeat, & antiqua ejus decora quo possit modo, restauret: optime conscius adeo *Mellici* jam olim Regularis vitæ viguisse disciplinam, ut inde varia Prælatorum examina etiam ad alias Ecclesias regendas processerint. Hinc factum, ut non solum avitum disciplinæ monasticæ decus revexerit, sed etiam eandem prævio exemplo, & cælestibus operibus modum præmonstrando, in robustiorem gradum in dies redire faciat.

Plura dicenda essent de ipsius insigni vigilantia & constantia, in Privilegiis & Juribus sui Monasterii defendendis; quin etiam de ejusdem singulari modestia, rara mansuetudine (qua *Nobis* alter *Moses*, aut sine felle Columba visus fuit) comitate, facilitate, affabilitateque. Quanta ille Nos ipsos affectione, humanitateque amplexabatur? a quo quantum mihi benevolentiæ & beneficentiæ in exilio constituto sit admensum, non est hujus loci sigillatim provulgare: sat est insinuasse me, qui harum usu fructu gavisus sum, eas ventis non mandavisse. Faxit Dominus Deus, ut Successor ejus, R. D. Valentinus multos annos cum divinæ gloriæ incremento suis præsit, & prosit. Ita voveo, sic precor.

Ex eodem Prælati creati.

JOANNES a Schönburg J. U. D. XLIV. Abbas, creatus Episcopus *Gurcensis*. A. C. clↃ. IↃ. LI.
DIETRICUS Abbas XI. *Seittenstettensis*. clↃ. CXL.
MELCHIOR *de Stambaim* Abbas XL. S. UDALRICI *Aug*. clↃ. CDLIX.
DOMITIANUS XL. Abbas *Seitenstettensis*. clↃ. IↃ. LXVIII.
BERNARDUS *Schilling* XLIII. Abbas *ibidem*. clↃ. IↃ. CII.
MICHAEL *Herlich* XLIII. Abbas *Gottwicensis*. clↃ. IↃ. LXIV.
MICHAEL *Guegfelder* Abbas *Glunicensis*. clↃ. IↃ. LXIV.
CASPARUS *Hoffman* Abbas MARIÆ *Cellæ*. clↃ. IↃ. LXX.
IDEM Abbas *Altenburgi*. clↃ. IↃ. LXXXIII.
ANTONIUS *Spindler* XLIII. Abbas *Garstensis*. clↃ. IↃ. CXV.

Plures alii ad meam notitiam non pervenerunt.

CATALOGUS
ABBATUM MELLICENSIUM.

Numerus.	Nomina.	Anni Elect.	Anni regim.	Anni.	Obitus Dies.
1	Sigiboldus.	1089	27	1116	
2	Engilschalcus.	1116	6		
3	Ernechefridus.	1122	41	1163	
4	Sigenhardus.	1163	14	1177	
5	Conradus I.	1177	26	1203	
6	Conradus II.	1203		1204	
7	Reginoldus.	1204	7	1212	
8	Hademarus.	1212	5	1217	
9	Udalricus I.	1217		1217	
10	Conradus III.	1217	7	1224	
11	Udalricus II.	1224	23	1247	
12	Dietricus.	1247		1247	
13	Otto.	1247	6		
14	Ortolphus.	1253	20	1273	13. August.
15	Gerungus.	1273	8	1281	
16	Fridericus I.	1281	14	1295	
17	Conradus IV.	1295	10	1306	
18	Udalricus III.	1306	18	1324	
19	Ottacarus.	1324	5	1329	
20	Henricus I.	1329	5	1334	
21	Conradus V.	1334			
22	Henricus II.	1340	1	1341	
23	Fridericus II.	1341	2	1343	

Numerus.	Nomina.	Anni Elect	Anni regim.	Obitus Anni.	Dies.
24	Ludovicus I.	1343	16	1360	
25	Joannes Radenprunner.	1360	11	1371	
26	Fridericus III. Schazenbrucker.	1371	6	1378	
27	Seifridus Hagenauer.	1378	4	1382	
28	Gottfcalcus Hinderholtzer.	1382	5	1387	
29	Ludovicus II.	1387	23	1410	
30	Joannes II. Mellerprunner.	1410	2	1412	
31	Joannes III. Flaininus.	1412	6	1418	
32	Nicolaus Auftriacus.	1418	7	1425	
33	Leonardus Straubinger.	1425	8	1433	
34	Chriftianus Aibenftainer.	1433	18		
35	Stephanus de Spanberg.	1451	2	1453	
36	Joannes IV. Haushaimer.	1453	21	1474	
37	Ludovicus III. Schanzt.	1474	6	1480	8. Septemb.
38	Auguftinus.	1480	3	1483	
39	Wolffgangus Schaffenrat.	1483	14	1497	
40	Joannes V. Cifterdorff.	1497	7	1504	
41	Sigismundus Grueber.	1504	25	1529	17. Novemb.
42	Wolffgangus II. Lintzer.	1529	16		
43	Placidus.	1547	1	1548	
44	Joannes VI. a Schönburg.	1549	2		fit Epifc. Gurcenf.
45	Innocentius Wunfamb.	1551	2	1554	15. Novemb.
46	Michael Grüen.	1554	10	1564	
47	Urbanus Perndatz.	1564	23	1587	
48	Cafparus Hoffman.	1587	36	1623	2. Martii.
49	Reinerus a Landau.	1623	14	1637	
50	Valentinus.	1638			

MONASTERIUM GOTTWICENSE vulgo GöTTWEIN.

SITUM in *Auftria* inferiore fuper editiffimo & pene inacceffo monte, unde a longe defcendentibus in Danubio, vel transflumen ipfum ambulantibus clariffime fpectari poteft, ad confines trium civitatum *Mauttarn*, *Staina* & *Chremfa*, quæ itidem perfpicue inde cernuntur clara die; nam nebulæ verno præfertim & autumnali tempore profpectum omnem eripiunt. Unde & fontibus omnino caret, & cifternis pluviales tantum excipiuntur aquæ. Cætera amæniffimum, & plane afpectu jucundiffimum habet fitum. Eft cœnobium inter illuftres Provinciæ Status loci non mediocris, Jurisdictionis peramplæ, maxime Ecclefiafticæ, cum hodieque viginti & duas ipfius Ecclefias Parochiales numerare liceat, quæ omnes (ficut & ipfum Monafterium) ab Epifcopi Diœcefani obedientia exemptæ, immediate fummo Pontifici funt fubjectæ. Habet duo infignia Dominia, *Rhana* inferius, & *Wolfftain* dicta; oppida quatuor; pagos quam plurimos; fubditos univerfim fupra mille. Privilegia tam a Pontificibus quam ab Imp. & Regibus conceffa, non pauca aut exigua.

Ædificari cœpit A. C. clↄ. LXXII. confecratum vero eft A. C. clↄ. LXXXIII. poftridie Nativitatis B. MARIÆ Virginis, cujus titulum etiam gerit.

Fundator ejus fuit B. ALTMANNUS Epifcopus *Paffavienfis*, quem etiam fe futurum jam olim adolefcens ipfe mirabili quodam vaticinio præfagiebat. Perpetuæ *Virginis Matris* bonori ea occafione dicatum eft, quod Patronum loco quærenti ALTMANNO, forte fortuna ejusdem Divæicon *Græci* operis oblata fuerat, Ducum *Boiobæmi* donum. ALTMANNUS. A. MXCI. in Zeislmurana villa febre extinctus VI. Id Aug. THIEMO illum Salisburgenfis inundatum lacrymis in *Gottwicenfi* Monafterio fepelivit. Ejus feftivitas etiamnum eft folemniffima *Gottwicenfibus*. Corpus ejus ex crypta in ipfam Ecclefiæ *Gottwicenfis*, ut vocant, Navem translatum eft die XVI. Junii, ut patet ex pervetuftis MSS. *Anno Domini millefimo trecentefimo in die S. QUIRINI Martyris tempore D. ULRICI Abbatis* Gottwicenfis *Sereniffimus Princeps D. RUDOLPHUS Dux* Auftriæ *venit* Gottwicum *quærens corpus Domini ALTMANNI, inventumque per D. ULRICUM Abbatem prædicti Monafterii fub ara S. CRUCIS depofuit, ubi usque hodie in pace requiefcit, Amen.*

EPI-

EPITAPHIUM EJUSDEM.

VENERARE. VIATOR. SACRA. OSSA. B. ALTMANNI. EPISCOPI. PASSAV. HUJUSCE. MONASTERII. FUNDATORIS. QUÆ RUDOLPHUS. AUSTRIÆ. DUX. HUC. TRANSTULIT. ANNO. SALUTIS. MCCC. OBIIT. B. VIR. AN. XPI. MXCI. FUNDAVIT. MONASTERIUM. AN. MLXXIII. LAPIDEM. HUNC. MEMORIÆ. ET PIETATIS. ERGO. POSUIT. GEORGIUS. FALBIUS. ABBAS.

Ubi obiter notandum, videri manifeste erratum in annorum numero cum ante annum cIↄ. CCCLX. nullus ULRICUS Abbas præfuerit: addendi ergo erunt aliquot anni. Posthæc ULRICUS Pirchfeldt Abbas obtinuit primus ab URBANO VI. usum Mitræ. JOANNES IV. impetravit exemptionem Monasterii a BONIFACIO PAPA IX. Quam confirmarunt NICOLAUS V. & ALEXANDER VI.

Cæterum GOTTWICENSE asceterium institutis, ad normam *Canonicorum* (quos *Regulares* vocant) primitus formatum paulo post, ALTMANNO de cœlo hortante, in D. BENEDICTI leges juravit. Juvat rei seriem pauculis edisserere. *Gottwicensium* Collegarum virtus sub duobus Præpositis, quorum prior OTTHO; posterior CONRADUS dictus est; quamdiu ALTMANNUS morum censuram gessit, eximia fuit; ignavo aut remisso, superstite illo, nemini esse licuit. Enimvero quod fere iis usuvenit, quos non sua indoles, sed alienus oculus bonos facit, postquam severus arbiter morte extinctus est, suo obsecuti ingenio, habenas ab illo abductas noxio pii rigoris temperamento laxarunt, quique paulo ante etiam aliis disciplinæ fuerant, nunc sibimet noxæ suam locique gloriam obscurarunt: peregrini mores bonisque contagione nocituri familiariter recepti: ita brevi alia loco facies inducta, ad quam ALTMANNUS invitus respiceret. Atque is denique *Joannem* virum insigni probitate *Scotum* gente, quem vivens, olim tuguriolo ad Sacram Ædem affixo receperat, ore voceque quibus agnosci posset, monuit, purgaret in fame stabulum & pristinum monti suo redderet nitorem. Neque fefellit hominem minime rudem talium arcanorum, quo illæ verborum ambagas tenderent; retulitque ex templo ad Cœnobitas de abstergenda rubigine animorum, quæ D. ALTMANNI oculos omni oleto pejus offendisset. Positum in eo nonnihil operæ; sed mergente industriam magnitudine mali, illicò de successu desperatum, optimumque factu visum, quando mores suos exscindere stirpitus non possent, sponte in exilium sese ejicerent & darent melioribus locum. Id consilium ut deploratum & præceps *Joannes* damnavit, illata invicem mentione permutandarum legum & vitæ ex præscripto D. BENEDICTI instituendæ. Divino instinctum spiritu ita suasisse felicitas eventus docuit. HARTMANNUS e S. BLASII Cœnobio accitus novum jus novosque mores in montem invexit. Placatum eo se studio ALTMANNUS luculente prodidit multo deinceps præsentior tumulum suum venerantibus.

HARTMANNUS igitur, de Ducibus *Carinthiæ* ex Priore S. BLASII, fit primus Abbas auctoritate URBANI II. & assensu UDALRICI *Passaviensis* Episcopi A. C. cIↄ. XCIII.

Circa A. C. cIↄ. C. XIV. Sanctimonialis vivebat in *Gottwico*, clausura a Monachis disjuncta, ab HARTMANNO Abbate, ut creditur, constructa, WILWIRGA (al. HELTOPIRGIS) LEOPOLDI sancti Marchionis *Austriæ* soror, BORIVOII *Bohemorum* Ducis quondam uxor, ubi & sepulta in Domino quiescit.

Post A. C. cIↄ. D. XX. & sequentes gravissima damna perpessum est hoc Cœnobium, multis etiam bonis omnino abalienatis tempore belli Turcici. Ipsos tamen Turcas, qui Monasterium jamjam deprædaturi ascenderant, fertur MATTHIAS Abbas cum V. *Eucharistiæ* Sacramento obviam egressus, mirabiliter fugasse, locumque per hoc securum & salvum reddidisse. Porro LEOPOLDO Abbate A. C. cIↄ. DLVI. e vivis sublato, BARTHOLOMÆUS a *Catanais* Præpositus *Herzogburgensis* Abbatiam administravit septem annis. Hic ipse anno cIↄ. Iↄ. LVII. septem Moniales adhuc superstites (quod ali amplius in *Gottwico* non possent ob gravitatem alieni æris contracti) dimisit in *Penuskreich*, Monasterium Monialium; eoqne mortuo, illico defecit cœnobium *Gottwicense*, ut ad adventum MICHAELIS sequentis Abbatis de Conventu nullus plane fratrum superesset. Is igitur non sine prodigio in Abbatem assumptus est A. C. cIↄ. Iↄ. LXIV. Nam, cum non invenisset, quo domui consuleret; seu unde viveret, ad Parochiam, quam prius curaverat, redire disposuit. Itaque montem jamjam descensurus, agricolam quendam obvium habuit: qui rogatus de negotio, propter quod ascenderet, se debitum aliquot florenorum solutum venire afferebat. Quo lætanter recepto MICHAEL regere orsus, Monasterium sua industria ita relevavit, & locupletavit, ut ejus secundus Fundator dici a Necrologio *Gottwicensi* mereatur. Resignavit Jubilæus.

Magnificum ædificium Dormitorii, totiusque Conventus cæpit GEORGIUS *Falbius* SS. Theologiæ Doctor, magnus tum Ordinis, tum Religionis Catholicæ instaurator, summis Principibus maximopere charus: id nunc summo studio perficere conatur ejus successor meritissimus DAVID GREGORIUS *Cornerus*, itidem SS. Theologiæ Doctor, & in reformatione *Austriæ* Superioris commissarius & Concionator egregius, vir vere Apostolicus, humanitate, demissione animi, ceterisque virtutibus religioso viro dignis, nulli secundus, aliquot libris doctissimis in publicum editis clarus; cui proinde Dominus Deus gratiam suam multis annis adaugeat.

Ex *Gottwico* accitus fuit primum WIRNT, qui cum aliquot Monachis institutum *Benedictinum* in *Garstense* Cœnobium introduxit, eosque Prioris titulo per septennium circiter rexit. Inde *Formbacensis* Abbas effectus locum reliquit S. BERTOLDO, qui Prioris officio pariter & armarii in S. BLASII perfunctus, tunc etiam sub HARTMANNO primo *Gottwicensi* Abbate Prior fuerat, & A. C. clↄ. CX. primus *Garstensium* Abbas ordinatus est.

Item LEOPOLDUS I. Abbas *Seidenstettensis*, A. C. clↄ. CXVI.
GEORGIUS Schedler Abbas in *Mariæ Cella* A. C. clↄ. Iↄ. C.

CATALOGUS
ABBATUM GOTTWICENSIUM.

Numerus.	Nomina.	Anni Elect.	Anni regim.	Obitus Anni.	Obitus Dies.
1	Hartmannus.	1093	21	1114	
2	Nanzo.	1114	11	1125	
3	Chadelhohus.	1125	16	1141	
4	Gerhohus al. Bertoldus.	1141	9	1150	
5	Wernherus.	1150	5	1155	
6	Fridericus I.	1155	1	1156	
7	Joannes I.	1156	18	1174	
8	Rudmarus.	1174	26	1200	
9	Conradus.	1200	11	1211	
10	Wezelinus.	1211	20	1231	
11	Henricus I.	1231			
12	Henricus II.	1232	5	1237	
13	Hartwicus	1237	8	1245	
14	Henricus III.	1245	11		
15	Helmwicus.	1256	22	1278	
16	Joannes II.	1278	1	1279	
17	Hermannus.	1279	7	1286	
18	Henricus IV.	1286	23	1309	
19	Petrus.	1309	8	1317	
20	Marquardus.	1317	6	1323	
21	Otto.	1323	12	1335	
22	Wulfingus.	1335	20	1355	
23	Dietricus.	1356	4	1359	
24	Joannes III. de Talem.	1359	1	1360	
25	Joan. Ulricus.	1360	11	1371	
26	Ulricus Pirchfeldt.	1371	16	1387	Primus Infulatus.
27	Fridericus Techler.	1387	12		
28	Joannes IV.	1399	4	1403	
29	Petrus II.	1403	29	1432	
30	Lucas de Stockstall.	1432	7	1439	22. Septemb.
31	Thomas.	1439	5	1444	
32	Joannes V.	1444		1444	
33	Wolffgangus de Rötz.	1444	14		
34	Martinus.	1458	3	1461	
35	Laurentius.	1461	21	1482	
36	Erhardus.	1482	7	1489	
37	Matthias Schadner.	1489	18	1507	11. Julii.

38. Seba-

Numerus.	Nomina.	Anni Elect	Anni regim.	Obitus. Anni.	Dies.
38	Sebaſtianus Dräxl.	1507	9	1516	
39	Matthias II.	1516	16	1532	13. Octob.
40	Bartholomæus.	1532	9	1541	
41	Placidus.	1541	2	1543	
42	Leopoldus Rueber.	1543	13	1556	5. Auguſti.
	Bartholomæus Præp. Herzogburg. Adminiſtrator.	1556	7		
43	Michaël Herlich.	1564	40	1609	23. Martii.
44	Georgius Schedler.	1604	6	1610	8. Martii.
	Martinus Serarius Adminiſtrator.	1610	2	1629	12. Martii.
45	Georgius Falbius.	1612	19	1631	22. Maji.
46	David Gregorius Cornerus.	1631			

MONASTERIUM GARSTENSE.

Magnificum ac perelegans noſtræ profeſſionis Monaſterium, in ſuperiore *Auſtria* ad dextram *Anaſi*, paululum ſupra *Styrenſem* civitatem (ubi *Anaſus* & *Styrus* celebria *Auſtriæ* flumina infra ipſam civitatem & arcem *Styrenſem* confluunt) amœniſſimo loco ſitum: fundatum legitur ad honorem D. O. M. ſub patrocinio B. MARIÆ V. & SS. Apoſtolorum Principum PETRI & PAULI. A. C. cIↃ. LXXXII. a nobiliſſimo Duce & Marchione Styrenſi OTACHERO (vocatur is ab antiquo Scriptore *cultor pacis*, *amator juſtitiæ*, *& contra immanitatem perſecutionum turris Eccleſiæ inexpugnabilis*) qui ſacram ædem *Garſtenſem* ab Epiſcopo *Patavienſi* permutatione quadam aut concambio, ut vocant, pro Eccleſia in *Bebamberg* impetravit. Condidit vero primum cœnobiolum pro Clericis, qui ſub Præpoſito EBERHARDO XX. annis eundem locum tenuerunt. Mortuo vero Præpoſito, Clericisque tepeſcentibus, Fundator *Benedictinos* ſubſtituere decrevit. Quare cum ad celebrandum anniverſarium diem D. ELISABETHÆ *Marchioniſſæ* (quæ ad Septentrionalem Chori partem in eleganti & inſigni Mauſolæo cum duobus filiis OTACHERO & LEOPOLDO condita jacet) magna Clericorum multitudo conveniſſet, ex eminenti loco ita eos affari juſſit: *Noſſe vos volo, qui ad hunc anniverſarium Dei & noſtri cauſa veniſtis, quod in hoc loco, quem in ſervitium Domini & Sanctæ genitricis ejus, pro ſalute mea & dilectæ conjugis erigendum ſuſcepi, ſtatum Religionis, divina largiente gratia, in melius transmutare diſpoſui: & per Monachos, quorum beata opinio vitalem circumquaque ſpirat odorem, huic novellæ plantationi deſiderati profectus providere ſuffragium. Quapropter admonitos vos eſſe volo, ut ad hunc anniverſarium diem nequaquam ultra congregari: Debet enim, ſi Domino placuerit, deinceps alio modo celebrari. Prorſus ergo ab hoc concurſu amodo deſiſtite: quia* Monachis, *qui hic habitaturi ſunt, talem novimus conſuetudinem non convenire.*

Itaque GOTTWICUM profectus inde Priorem nomine WIRNT cum aliis Monachis ſecum in GARSTEN perduxit. Poſtmodum WIRNT ad *Formbacenſe* Monaſterium translato, B. BERCHTOLDUS e celebri tunc temporis (utpote quod Præſulibus & Monachis contra Schismaticos tutum perfugium præbere ſolebat) S. BLASII Monaſterio, ubi tunc armarii pariter & Prioris clauſtralis fungebatur officio aſcitus, & Abbas electus eſt A. C. cIↃ. C. X. Fuit vir litteris, pietate, innocentia vitæ admirandus; & annis XXXII. præfuit doctrina & exemplo ita laudabiliter & pie, ut plurimis miraculis ante & poſt mortem clarus Sanctorum albo aſcribi meruerit. Obiit A. C. cIↃ. C. XLII. XXVI. Julii. Ejus vero feſtus dies poſtridie (ob D. ANNÆ ſolennitatem) celeberrimo ritu & ſolenniſſima cæremonia quotannis celebratur. Sepultus olim erat in media Eccleſia in ſublimi tumulo, cujus circuitui inſcripti fuerant hi verſiculi:

Paſtor prædigne, Pater o BERTHOLDE benigne:
Rite concurriſti; multum Domino placuiſti:
Tu promiſſorum debes memor eſſe tuorum:
Protege &c. cætera legi non potuere.

Nunc tumulus ſolo æquatus, eleganti porphyretico lapide inſtratus, columellis inclufus, ara decoratus, ingenti Crucifixi imagine pulcherrimo opere exornatus viſitur.

Cæterum Fundator ad terram ſanctam profectus, cum inde Romam veniſſet, ibi obiit, ac humatus eſt. Habent præterea in hoc cœnobio celebrem ſepulturam Barones (nunc Comites) a *Loſenſtain*; & Nobiles *Scheckii*. Mitram & cætera Pontificalia orna-

menta primus impetravit FRIDERICUS XXIX. Abbas A. C. clɔ. CD. LIX. Elegantibus ſtructuris præcipue Monaſterium exornarunt, BERTHOLDUS VI. ejusque Succesſores BENEDICTUS, UDALRICUS. Quos tamen omnes multis paraſangis ſuperavit modernus D. Abbas ANTONIUS *Spindler*, qui per viginti annorum ſpatium totum Monaſterium ædificiis plurimis renovavit, picturis & emblematibus pulcherrimis illuſtravit; hortis amæniſſimis inſtruxit: imo *Refectorium*, *Dormitorium*, cum illuſtri *Templo* & *Campanili* a fundamentis omnia nova molitur; ut merito *Secundi Fundatoris* nomen apud poſteros meriturus ſit. Et cum tam ſedulus ſit in muris erigendis, mores interim nequaquam neglexit, quos ad *Benedictinam* normam egregie correxit, ipſumque Conventum viris doctrina & pietate præſtantibus inſigniter inſtauravit. Sacram ſupellectilem mirifice auxit; Divina officia ſplendide peragi procuravit; Chorum omnigeno Muſicorum genere laudabiliter inſtruxit; ut proinde omnibus bonis amori & admirationi; diſcolis vero atque degeneribus terrori ſit atque abominationi. Cujus proinde votis Deus annuere, eique Neſtoreos annos addere dignetur. Sic oro, Sic voveo.

Abbates ex eodem poſtulati.

ALRAMUS II. XXI. Abbas *Chremiphanenſis*. A. C. clɔ. C. LXV.
UDALRICUS III. XXII. Abbas *ibidem*. A. C. clɔ. C LXXIII.
ORTOLPHUS XIV. Abbas *Melicenſis*. A. C. clɔ. CC. LIII.
BERCHTOLDUS II. Abbas *Chremiphanenſis*. A. C. clɔ. CC. LVI.
JOANNES SPRANGLER XXXIII. Abbas *Lambacenſ.* A. C. clɔ. D. LIV.
JOANNES SPINDLER LII. Abbas *Chremiphanenſ.* A. C. clɔ. D. LXXXIX.
ALEXANDER a Lacu LIII. Abbas *ibidem*. A. C. clɔ. DC.
JOANNES WILHALM Abbas *Gluniceſis*. A. C. clɔ. DCIII.
CASPARUS PLAUTIUS XLIV. Abbas *Seydenſtettenſis*. A. C. clɔ. DCX.
GEORGIUS FALBIUS XLV. Abbas *Gottvvicenſis*. A. C. clɔ. DC. XII.

CATALOGUS
ABBATUM GARSTENSIUM.

Numerus.	Nomina.	Anni Elect	Anni regim.	Obitus. Anni.	Dies.
1	B. Bertholdus.	1110	32	1142	26. Julii.
2	Bertholdus II. al. Arnſalus.	1142	36	1178	
3	Conradus I.	1178	12	1190	
4	Syrus.	1190	10	1200	
5	Bertholdus III.	1200	3	1203	
6	Conradus II.	1203	2	1205	
7	Hadamarus.	1205	8	1213	
8	Arnhalmus.	1213	4	1217	
9	Renigbertus.	1217	12	1229	
10	Bertholdus IV.	1229	5	1234	
11	Udalricus.	1234	6	1240	
12	Bertholdus V.	1240	7	1247	
13	Oytolphus.	1247	7	1254	
14	Gerungus.	1254	4	1258	
15	Udalricus II.	1258	3	1261	
16	Fridericus.	1261	21	1282	
17	Marquardus.	1282	8	1290	
18	Godeſcalcus.	1290	5	1295	
19	Udalricus III.	1295	12	1317	
20	Otto.	1317	16	1333	
21	Henricus.	1333	2	1335	
22	Michaël.	1335	17	1352	
23	Erhardus.	1352	13	1365	
24	Nicolaus Venck.	1365	34	1399	
25	Florianus Tanbeck.	1399	20	1425	
26	Leonardus.	1419	15	1434	
27	Thomas Kantſchius.	1434	8	1442	
28	Albertus.	1442	2	1444	
29	Fridericus II.	1444	17	1461	

Berthol.

Numerus.	Nomina.	Anni Elect.	Anni regim.	Obitus. Anni.	Dies.
30	Bertholdus VI.	1461	12	1473	
31	Benedictus.	1473	15	1488	
32	Leonardus II.	1488	4	1493	12. Novemb.
33	Georgius I.	1493	2	1495	13. Junii.
34	Udalricus III. Praunauer.	1495	29	1524	
35	Pangratius Holzner.	1524	13	1537	28. Augusti.
36	Wolffgangus Gransues.	1537	22	1559	2. Julii.
37	Antonius Brundorfer.	1559			
38	Georgius II.				
39	Joannes Spindler.	1574	14	1600	31. Maji.
40	Martinus Alopitius.	1591	8		
41	Alexander a Lacu.	1600		1613	19. Maji.
42	Joannes Guilelmus.	1601	12	1613	9. Decemb.
43	Antonius Spindler.	1615			

MONASTERIUM SEYDENSTETTEN.

Præclarum *Austriæ* inferioris Monasterium, cujus fundatio in vetustis MSS. ita describitur: *UDALRICUS al. UDISCALCUS ex illustri familia Comitum de* Stillen & Hæffte. *Cum primo in Augia apud S. VITUM cœnobium Canonicorum Regularium construxisset A. C. M. CVII. sed videret eos minime regulariter vivere, iis Monachos nigros S. BENEDICTI substituit, tum maxime religione florentes in castro suo & loco* Sitanstetten *dicto, iisque prædia sua circa* Urlam *fluvium, & apud* Grunenbach *&* Stille *&* Hæffte *potestativa manu omni jure advocatorum sublato, attribuit. A. C. M. C. XVI. Ecclesia dedicata ab ULRICO Episcopo* Pataviensi *uterino fratre fundatoris, in honore B. MARIÆ Virginis. Eandem Ecclesiam idem Episcopus egregie augmentavit. Nam Parochiam* Aspach *cum omnibus suis titularibus Ecclesiis scilicet.* Adihartsperg, *&* Piberbach, *&* Chrenstetten, *& aliis Capellis in ea ædificatis & ædificandis. Et Ecclesiam* in Waidhofen, *& in* Holnstain *cum omni jure sacerdotali & tota in eis decimatione Cœnobio S. MARIÆ* in Sitanstetten *donavit. Postmodum vero germanam memorati fundatoris, scilicet S. UDALSCACI D. HELENAM contigit viduari Nobili viro LANTZONE. Habuerat autem eam XI. Septimanis, nam is apud* S. Hippolytum *occisus absque hærede decessit. Sed tamen primitus prædium suum apud* Zelckinge *&* Lantzendorff *ita conjugi suæ D. HELENÆ tradiderat, ut post mortem amborum* Sitanstettensi Cœnobio proprietas cederet omni jure advocatiæ semoto. Dominam vero *HELENAM post hæc REMBERTUS vir nobilis Comes de* Hagnovve *& de* Hayde *duxit in uxorem, & ex ea liberos, scilicet D. REMBERTUM postea* Pataviensem *Episcopum, & HARTWICUM & S. RICHARDIM procreavit. REMBERTUS vero filius Domini REMBERTI & Dominæ HELENÆ in liberalibus scientiis sufficienter eruditus, factus est Præpositus in S. HIPPOLYTO, & deinde in Episcopum* Pataviensem *est assumtus. Qui Ecclesiam* Sitastetensem *quamplurimum dilexit; tum quia a suo avunculo scilicet S. UDALSCALCO est fundata: tum etiam quia in Religione erat præfulgida & famosa. Ingruente autem quadam necessitate, qua Romam ire proponebat, cum adsumtus itineris pecunia deesset, prædium Ecclesiæ* Sitanstetensis *ad* Pfaffensteten *de consensu Abbatis FRIDERICI & Conventus nobilibus de* Aminsuuach *vendidit, pecunia sibi tamen reservata. Sed pro recompensatione præfati prædii scilicet Ecclesiam in* Wolffspach *cum suis titularibus Ecclesiis & in loco scilicet* Sitanstetensi *& Ecclesiam S. MICHAELIS & decimationes in* Suneluurch *cum ipsa curte Monasterio* Sitanstetensi *tradidit Canonice, & privilegio suo atque Capituli Ecclesiæ* Pataviensis, *confirmavit.*

HELISEA fundatoris Mater cum familiari HERLUCÆ religiosissimæ Virginis usu ad omnem sanctitatem profecisset, congruentem vitæ innocenter actæ clausulam impofuit, cum inter beatos Genios expassis in Crucis formam brachiis orantem mors non oppressit, sed sopivit: eoque habitu repertam familiares diu, non ausæ sunt contingere velut spirantem, raptamque extra se, moxque redituram. Ita PAULUM *Thebæum*, si non vitæ, mortis tamen genere æquavit.

Porro ipse fundator S. UDALSCALCUS attractus bono odore sanctæ religiosorum conversationis, militiæ cingulo deposito cappa humili indutus DEO serviebat in paupertate voluntaria, obedientia prompta, & castitate perfecta. Hoc etiam odore tractus fuit D. REMBERTUS de *Hagenouue* vir illustris Maritus D. HELENA sororis S. UDALSCALCI fundatoris, post multa probitatis & victoriarum de hostibus suis insignia seculo nequam cum uxore scilicet D. HELENA & filia RICHARDE Virgine renunciavit, & Monachatum apud *Sitanstetten* indutus cum eis, quas prædiximus, religiosam deinceps ibi duxit vitam.

Primus Abbas ab UDALRICO *Pataviensi* Episcopo & UDALSCALCO Fundatore, permissu Abbatis NANZONIS institutus est LEOPOLDUS Monachus *Gottwicensis* vita religiosa præclarus, qui gregem sibi creditum XXIV. annis in Religione sollerter enutrivit. Inter ceteros Monasterio bene præfuerunt & profuerunt FRIDERICUS III. in ordine Abbatum, qui vineas & prædia in diversis locis Ecclesiæ comparavit. Item CONRADUS hoc nomine primus, vir tam vitæ merito, quam scientiæ doctrina plurimum commendatus: qui prædiorum coemptionibus possessiones Monasterii non minimum augmentavit. Nam apud *Tulbingen* pro centum libris fere XXX. jugera vinearum comparavit. Apud *Lanzendorff* vero LIII. Libras pro vineis & aliis impendit. Ejus tempore S. WICHMANNUS *Magdeburgensis* Archiepiscopus (frater fundatoris) prædium in *Ibsitz* cum omnibus juribus sibi pertinentibus, utpote venatione, piscatione, mineris ferri, & coctura salis cum omnibus utilitatibus inventis & inveniendis libere sine judicum vexatione cum omni jure parochiali & Decimis Ecclesiæ S. MARIÆ donavit, & totum homagium suum, quod per totam *Austriam* habuit, cum regalium in feudatione in usus Ecclesiæ convertit ob reverentiam Virginis gloriosæ, & hanc donationem in curia Imperat. FRIDERICI celebrata in *Nürnberg*, de consensu Principum cum Privilegiis Imperialibus confirmavit. In quo prædio prædictus Abbas CHUNRADUS pro C. & LXXXIV. libris diversas possessiones comparavit.

RUDOLPHUS Abbas XIV. ædificium Chori inchoavit, quod Successor CONRADUS una cum turri consummavit: insuper partem absidum & parietum Ecclesiæ erexit. Multa obligata redemit, & moriens plusquam mille & quingentas libras Viennensium reliquit in parata pecunia. GUNDACHERUS vero XVIII. prædia juxta *Ibsitz* sita, cum duorum decima prædiorum ab Ecclesiæ Vasallis quibus erant infeudata exemit. DIETRICUS II. prædia in superiori *Prochling* a *Pataviensi* Episcopo Monasterio comparavit. DIETHMARUS itidem II. agros cum areis & pratis juxta Capellam S. Viti in *Auwgen*, titulo feudali olim alienatas, emtionis titulo recuperavit. Item in *Windorff* domum lapideam cum quibusdam juribus civilibus, & omnibus pertinentiis a nobilibus comparavit.

Ejus tempore grave extitit incendium, ita ut tecta Monasterii & turris, ipsæque campanæ, ac cætera claustri ædificia penitus ab igne consumerentur. Quæ postea ENGELSCALCUS Abbas fere omnia instauravit. Cujus etiam temporibus curia *Wasenhof*; & curia in *Grillnperg* emtionis titulo ad Monasterium sunt devolutæ. Domum item in *Wachau* coemit. Item vineas *Judenperg* & *Redra* dictas. JOANNES *Irnfrid* construxit Basilicam super Chorum absque altaribus & pavimento. Ejusdem successor BENEDICTUS construxit duas piscinas circa Monasterium. Item Capellam in monte SALVATORIS. CHRISTIANUS *Kolb* ambitum testudine exornavit. CHILIANUS *Heumader* impetravit Jus Fori in *Sitanstetten* & *Ibsitz*. Idem fabricari fecit Organum, & Ciborium pro asservatione V. S. Item turrim cum nova porta, & murum ab ipso Cæmeterio usque ad infirmariam. Fecit itidem novas in Choro sedes. Construxit Capellam in ambitu in honore SS. Martyrum CHILIANI Episcopi, & MARGARITÆ Virginis. Bibliothecam insuper plurimis libris noviter impressis instruxit. Eidem successit ANDREAS, qui ædificia plura erexit, non pauca instauravit. Itinere Romam suscepto, a S. P. Mitræ usum primus impetravit. Similiter HENRICUS *Suess*, Chorum in altiora sublimavit, & complura ædificia instauravit. BERNARDUS *Schilling* copulam turris Ecclesiæ cum horologio extruxit, Organum renovavit, & atria complura prope Abbatiam ædificavit; proventus Monasterii auxit, & in meliorem ordinem redegit. CASPARUS *Plautius* Capellam SS TRINITATIS in monte Sonntagberg dicto, mirifice exornavit, sacram supellectilem ubique adauxit, disciplinam regularem restituit. Antecessoribus suis nequaquam inferior, sed multum etiam superior videtur PLACIDUS *Bernardt* ex Priore *Cremiphanensis* Archisterii Abbas *Seidenstettensis* institutus Ecclesiam ipsam insigniter reformavit, *Exedram* superiorem in medio fere sitam, quo prospectum Altaris primarii præpediebat, ad posteriorem templi partem commodissime transtulit; duo *Sacella* ex utroque latere Chori, sublimavit, pulchra & orbiculari concameratione ac testudine conclusit, *aris* insignibus, præsertim Primaria (quam magnis sumptibus *Passaviæ* fieri curavit) exornavit. *Capitulum*, *Dormitorium*, *Bibliothecam*, *Refectorium*, nova construxit, omnique necessaria supellectile sufficienter instruxit. Omnia Religiosorum habitacula (quæ a cælando *Cellæ* vocantur) cum ipso *Dormitorio* ac *Bibliotheca* e cocto latere concamerari fecit. *Villam* insuper a fundamentis novam, fornicibus concameratis amplissimis substructam magnifice excitavit; *hortumque* elegantissimum juxta consevit. *Sacristiam* pariter novam sacris ornatibus, reliquaque sacra *supellectile* omnivaria splendide decoravit.

Dominus Deus illi longævam vitam, plurimosque adhuc annos largiatur, ut plura egregia opera addere, & inclyto suo Cœnobio diu præesse, plurimumque prodesse possit.

Abba-

Abbates ex eodem creati.

CHUNRADUS XXIV. Abbas *Chremiphanenſis*. A. C. M.CC. VI.
DIETRICUS XII. Abbas *Melicenſis*. A. C. M.CC. XLVII.
VRBANUS *Berndaz* XLVII. Abbas *Melicenſis*. A. C. M.D.LXIV.
JOANNES *Lüſt* Abbas *Glunicenſis*. A. C. M.D.XL.
MICHAEL *Raab* Abbas *ibidem*. A. C. M.D. LXXXVIII.

CATALOGUS
ABBATUM SEYDENSTETTENSIUM.

Numerus.	Nomina.	Anni Elect.	Anni regim.	Obitus. Anni.	Obitus. Dies.
1	Leopoldus.	1116	24	1140	
2	Sifridus.	1140	2		
3	Fridericus.	1143	27	1170	
4	Grifro.	1170	5	1175	
5	Conradus I.	1175	29	1204	
6	Conradus II.	1204	2	1206	
7	Marquardus.	1206	7	1213	
8	Dietmarus I.	1213	11	1225	
9	Conradus III.	1225	7	1232	
10	Otho I.	1232	8	1240	
11	Dietricus I.	1240	9	1249	
12	Henricus I.	1249	3	1252	
13	Hermannus.	1252	10	1263	
14	Rudolphus I.	1263	29	1292	
15	Conradus IV.	1292	16	1308	
16	Otto II.	1308	4	1312	
17	Henricus II.	1312	7	1319	
18	Gundacherus.	1319	11	1330	
19	Otakcherus Stiller.	1330	10	1340	
20	Dietericus II. Perleitter.	1340	8	1348	
21	Diethmarus II.	1348	12	1360	
22	Erckfridus Schirmer.	1360	1	1361	
23	Rudolphus II.	1361	3		
24	Engelſcalcus.	1364	21	1385	13. Maji.
25	Laurentius Meilensdorfer.	1385	34	1419	1. Septemb.
26	Stephanus.	1419	4	1423	26. Decemb.
27	Thomas Cherſperger.	1424	4	1428	
28	Joannes Irnfrid.	1428	9	1443	13. Martii.
29	Benedictus.	1437	4	1441	21. Septemb.
30	Chriſtianus Kolb.	1441	25	1467	19. Maji.
31	Paulus Pimiſſer.	1467	10	1477	26. Decemb.
32	Chilianus Heumader.	1477	23	1501	17. Aprilis.
33	Andreas.	1501	20	1521	19. Octob.
34	Henricus III. Sueſſ.	1521	11	1532	1. Novemb.
35	Joannes II. Eisbain.	1532	15	1547	
36	Joannes III. Wolſpecker.	1547	1		
37	Gregorius Danhamer.	1548	4	1552	
38	Georgius Rambſaur.	1552	12	1565	
39	Elias.	1565	3		
40	Domitianus.	1568	2	1570	
41	Michaël.	1570	2		
42	Chriſtophorus Held.	1572	30	1602	2. Aprilis.
43	Bernardus Schilling.	1602	8	1610	20. Aprilis.
44	Caſparus Plautius.	1610	16	1627	18. Februarii.
45	Placidus Bernardt.	1627			

MONASTERIUM GLUNICENSE.

Vulgo *Glunick* cœpit conſtrui in honorem B. MARIÆ Virginis A. C. M. C. XXIII. a BRUNONE nobili de *Glunick:* Qui eandem fundationem dedit OTTONI Epiſcopo *Bambergenſi*. De eodem pauca habentur annotata in ſcriptis. Nomina primorum Abbatum omnino deſiderantur; poſteriorum nuda fere extant nomina uti ſequuntur.

1	Udalricus I. Winterholzer.	1210
2	Oſſo.	1284
3	Seichardus.	1314
4	Petrus.	1321
5	Udalricus II.	1397
6	Martinus I.	1447
7	Wolffgangus.	1443
8	Martinus II.	1468
9	Wolffgangus II.	1478
10	Joannes I.	1480
11	Fridericus.	
12	Udalricus III.	1497
13	Benedictus I.	1501
14	Gregorius.	1519
15	Thomas.	1524
16	Joannes II. Lehner.	1536
17	Joannes III. Lüſt.	1540
18	Elias.	1548
19	Gregorius II. Lochner.	1550
20	Michaël Guegfelder.	1564
21	Abraham Hägel.	1569
22	Gregorius III. Andreas.	1577
23	Michaël II. Raab.	1588
24	Joannes IV. Wilhalmb.	1603
25	Caſpar Plautius.	1605
26	Valentinus.	1610
27	Maximilianus.	1612
28	Benedictus ſit Adminiſtrator	1621
	Abbas.	1631

Cui Dominus Deus plurimos annos addat.

Deſcribendum etiam fuerat perilluſtre LAMBACENSE Monaſterium: ſed extat jam in prima parte noſtræ Monaſteriologiæ, ubi illud ſtudioſus Lector inveniet.

Eidem nunc præeſt Reverendiſſimus & Ampliſſimus Dominus, D. PHILIPPUS *Nagel*, SS. Theologiæ Doctor, S. C. M. Conſiliarius *Cremiphanio* huc poſtulatus: cujus ſolenni inaugurationi V. Julii. A. C. M. DC. XXXIV. adſtiti indignus licet cum Reverendiſſimo Domino D. MAURO Abbate *Manſeenſi*.

Cui proinde multos annos, & omnia fauſta ac felicia apprecor. Hactenus de Monaſteriis in *Auſtria* ſitis: ſequuntur nunc alia quædam celebria in Germania utraque hinc inde conſtituta.

MONA-

MONASTERIUM S. PETRI ERPHORDIÆ.

REgale Monasterium SS. PETRI & PAULI Apostolorum situm in *Thuringia* in celeberrima civitate *Erphordensi* mona editus ostendit. Fundatum fuit ducentis fere annis post Ordinis S. BENEDICTI initium; illudque construxit ac fundavit DAGOBERTUS *Francorum* Rex HILDEBERTI Regis filius A. C. Iↄ. CCVII. dum vivente & in *Galliis* regnante parente regnaret in *Thuringia*, *Francia* orientali & *Hassia*. Anno autem Domini M. LIX. SIFFRIDUS Archiepiscopus *Moguntinus*, prius Abbas *Fuldensis* Canonicis, qui aliquandiu locum hunc occupaverant, expulsis; disciplinam Monasticam, quæ antea viguerat, instauravit, & Monasterium hoc Ordini D. BENEDICTI restituit. Dum vero paucis post annis ædificia hujus Monasterii antiqua partim flammia consumpta fuissent, partim ob structuræ vetustatem corruissent, BURCHADUS Abbas A. C. M. CIII. & annis aliquot sequentibus novum ex fundamentis construxit monasterium.

In hoc Monasterio a tempore fundationis plurimi sanctitate & doctrina insignes viri claruerunt; Inter eos fuit RUTHARDUS hujus Ecclesiæ Abbas, postea *Moguntinæ* sedis XXIV. Archiepiscopus, Elector vero VIII. Creatus A. C. M. LXXXVIII. ex hac vita decessit A. C. M. CIX.

Quod ad Monasterii structuram attinet, sciendum exterius exiguam esse apparentiam, ac præter templum, dum mons conscenditur nihil apparere: interius autem ubique esse ornatum & ædificiis & picturis.

Structuræ sunt tales.

A Est major Ecclesia.
B Duæ turres in extremitate Chori.
C Chorus, qui Reliquiis Sanctorum, picturis, & candelabris bene est ornatus.
D Sacellum S. *Annæ* sepulturæ Fratrum deputatum.
E Sacellum *Corporis Christi* in cæmeterio collocatum, censetur primum *Thuringiæ* templum.
F Atrium templi: vulgo das Paradeiß.
G Via quæ ducit ad portam Monasterii.
H Diversa ædificia; vulgo der grüene Hagen.
I Templum *S. Leonardi*, quondam Parochia in descensu montis.
K Domus pro pauperibus consanguineis Fratrum.
L Hospitium Comitum a Schwarzburg.

MONASTERIUM S. PANTALEONIS COLONIÆ.

ECclesia sub Patrocinio S. PANTALEONIS Martyris situ elegantissimo, sicut ampla, ita & magnifica arcis instar, muro circumdata, in colle posita extitit quidem jam sub LUDOVICO I. Imp. & LOTHARIO ejus filio; sed pro Abbatia fundata est A. C. CM. LXIV. a BRUNONE Archiepiscopo *Coloniensi* XXV. OTTONIS Imp. I. cognomento *Magni* germano fratre. Is Fratres in laude divina pervigiles & sollicitos sub Monasticæ Regula disciplinæ Domino servire instituit; quibus Abbatem præposuit CHRISTIANUM nomine, suæ videlicet professionis Phoronomum, & in lege Domini, uti hunc ordinem decuit adprime eruditum. Cui ordinato hoc breve commonitorium de Occidentis partibus scripserit. *Ut sis, quod vocaris cura. Gentilitati ne degeneres, id serio triumpha. Ut non, sicut prius, antiquetur, sed de virtute in virtutem ut eatur, nava.* Obiit vero *Rhemis*, cum annis XII. præfuisset A. C. CMLXV. V. Id. Octobr. Cujus Corpus *Coloniam* delatum, in Cœnobio D. PANTALEONIS, quod ipse inchoaverat, perficiendumque ordinaverat, conditum est.

Dotatum est hoc Cœnobium munifice a THEOPHANIA OTTONIS II. conjuge, quæ S. ALBANI corpus A. C. CMXCI. *Roma Coloniam* transferens, huic loco donavit; cujus caput cum carne & sanguine, ad præsentem usque diem ita integrum conspicitur, ac si non ita pridem carnificis gladio amputatum esset. Ipsa vero THEOPHANIA sepulturæ locum accepit, in sacello dexteri lateris juxta chorum.

In eadem Ecclefia requiefcit corpus S. MAURINI Abbatis & Martyris die IV. Idus Junii A. C. DCLXX. ibidem in atrio paffi, cujus fepulchrum usque ad annum CMLXVI. latitavit.

Ibidem habetur caput S. PANTALEONIS Martyris: item pars capitis S. QUIRINI Tribuni, cujus corpus *Novefii* requiefcit. Item brachium S. BARTHOLOMÆI Apoftoli.

In hoc Monafterio etiam necem paffus eft S. REINOLDUS Martyr, qui cum opificibus & fabris murariis in ftructura hujus templi effet præfectus, & Mechanicos fegniores ad labores urfiffet, offenfas eorum incurrens, ab iisdem infoffam urbis aquarum occulte præcipitatus, miraculofe innotuit. Nam cum cæca quædam ibidem fe cafu laviffet, fubito recuperato vifu, corpus fancti viri aquæ fupernatare vidit. Fuit ex familia CAROLI Magni, miles primo, poft Ordinis S. BENEDICTI Monachus, cujus corpus a S. ANNONE Træmonium translatum fuit.

Ibidem quoque fepulta jacet MATHILDIS OTTONIS I. Mater, humilitatis & patientiæ fpeculum, quæ quotidie integrum Pfalterium ante Matutinas preces legere confuevit. Habuit hoc Cœnobium complures doctrina & pietate illuftres viros, inter quos præcipui extitere.

CHRISTIANUS primus Abbas, qui cum XXXVI. annis præfuiffet, obiit A. C. clↃ. XII. Kal. Aprilis. Extat Epiftola BENEDICTI VII. Rom. Pont. ad eundem, qua Privilegia Monafterio conceffa per D. BRUNONEM corroboravit, & ob amorem Imp. OTTONIS II. ac THEOPHANIÆ Imperatricis petitionem nec non propter GUUARINI Archiepifcopi jucunditatem addidit honorem non ante conceffum, quo videlicet fupradictus Abbas *Dalmatiam & fandalia induat, ficque fua licentia Epifcopalem fervet honorem in fecula feculorum.* Præ ceteris etiam celebris fuit HELIAS V. Abbas, qui fimul etiam Monafterio D. MARTINI *Coloniæ* præfuit annis XXIII. *Vincentius* in Speculo Hiftoriali p. 4. l. 26. c. 14. annumerat eundem inter infignes vita & fcientia Abbates illius temporis. Is infuper D. HERIBERTUM *Agrippinenfis* Ecclefiæ Archiepifcopum *ad extrema deductum oleo facro fecundum Apoftoli JACOBI præceptum perunxit, fimulque corporis & fanguinis Dominici Sacramentis munivit, ac vifionibus clariffimis fuit inftructus quod eadem infirmitate idem facratiffimus Pontifex fine dubio effet e corpore migraturus.* Obiit A. C. clↃ. XLII. pridie Idus Aprilis: fepultus ad S. MARTINUM in facello D. BENEDICTI. Hunc fequutus AARON, cantum nocturnalem de B. GREGORIO Pontifice a D. Apoftolico LEONE compofitum has in partes ipfo tradente ab *Italia* primus attulit. Moritur A. C. clↃ. LII. XIV. Kal. Decembr.

RUDOLPHUS ex Abbate S. TRUDONIS hujus Cœnobii X. Abbas inftitutus eft A. C. clↃ. CXXI. *Turbatis enim jam ante* (ut ipfemet in fermone de Inventione Thebæorum Martyrum refert) *per annos aliquot Ecclefia & Regno fub HENRICO Imp. cujus Pater HENRICUS* Leodii *obiit multi* Epifcoporum & Abbatum, *& de omni ordine & gradu* Clerici & Monachi *expulsi a fuis fedibus hac illacque ferebantur, propter communionem* Imperatoris *quam vitabant, quia excommunicarat eum* D. Papa CALIXTUS II. *fecutus in eum fententias præcefforum fuorum GELASII atque PASCHALIS. Hac tempeftate, eaque de cauffa eoque maxime quia FRIDERICI* Leodienfis Epifcopi *electioni & confecrationi faverent, expulfus fum & ego de Cœnobio B. TRUDONIS Idus Aprilis. Feria IV. Dominicæ Refurrectionis, cum in eo indignus præfediffem annos XII. & duos menfes, & ut puto XIV. dies; fufceptusque fum eodem anno mifericorditer ab Archiepifcopo* Colonienfi FRIDERICO, *ejusdemque Ecclefiæ ftudio & Fratrum electione pofitus fum* Abbas *in Cœnobio B. PANTALEONIS extra muros Civitatis VIII. Idus Septembr. cum jam vacaffet a IV. Kal. Januarii.* Ejusdem meminit Trithemius l. de Ecclef. fcript. *RUDOLPHUS Abbas S. TRUDONIS in Diœcefi* Leodienfi *Ord. D. P. BENEDICTI natione* Theuthonicus *vir in divinis fcripturis jugi exercitatione peritus, & in fæcularibus litteris non infime doctus, carmine valens & profa, &* Muficus *excellens, nec minus opere quam fcientia clarus fcripfit utroque ftylo non fpernenda Opufcula, de quibus feruntur:* Contra *Symoniacos* libros VII. Chronica *quoque lib.* 1. Carmina *multa.* Cantus *etiam in laude Sanctorum plures dulci & regulari melodia compofuit.*

WOLBERO XII. Abbas creatus A. C. clↃ. CXLVII. ingenio & eloquio clarus, utpote vir in divinis fcripturis ftudiofiffimus, & in fæcularibus litteris fuo tempore doctiffimus, fcripfit facris Virginibus *Benedictinæ* inftitutionis in Infula *Rheni* DEO & B. MARIÆ militantibus *Libros IV. in Cantica Canticorum*; quibus nominis fui memoriam pofteris reliquit. Obiit V. Idus Aprilis. A. C. clↃ. CLXVII.

Inter Abbates hujus loci, duo etiam ex illuftribus Comitibus orti extiterunt; quorum primus fuit HERMANNUS Comes *Zutphaniæ* IX. Abbas creatus A. C. clↃ. LXXXII. Hic conftruxit Oratorium S. Crucis, cujus infcriptio eft. ANNO clↃ. XC. IV. INDICTIONE I. IV. NONIS JULII. HOC ORATORIUM AB HUMILI HERMANNO FUNDATUM. DEDICATUM EST. A. VEN. HERMANNO III. AR-

CHIEP.

CHIEP. COLONIENSI. QUI DIVES COGNOMINATUS EST IN HONORE S. CRUCIS. ET DUODECIM APOSTOLORUM.

Hic etiam coronam deauratam ingentis magnitudinis in medio Ecclesiæ adhuc hodie dependentem S. PANTALEONI hoc rythmo teste contulit in ipsa corona exarato.

Has inter gemmas HERMANNUS fulgeat Abbas.
Hoc opus Ecclesiæ qui mira condidit arte.
Nam muros, portas & turres atque plateas,
Quæ dilecta DEO gemmis ornatur & auro,
Hinc lapides vivi pressura, cede politi,
Aptantur merito virtutis ordine certo:
Surgit in excelsis urbs inclyta, visio pacis,
Sorte locis justa CHRISTUS disponit in illa.
Ipsaque pulchra fide, dives spe, fortis amore,
Sicut sponsa viro, cælesti jungitur agno.
Hinc stabiles muri, lapides ejus preciosi,
Structuræ ratio loquitur præsentis & ordo.
Hæc est illa fide, quam fundavere Prophetæ:
Quæ per Apostolicas *pandit sua mœnia gemmas.*
Hierusalem *structam sanctis in montibus urbem;*
Hinc superaptantur vigiles; urbemque tuentur.

Moritur A. C. clɔ. C. XXI. anno regiminis XL.

Alter Comes fuit HERMANNUS de *Kesselle* XX. Abbas effectus A. C. clɔ. CC. XLII. mortuus clɔ. CC. LV.

His viris eruditione ac pietate minime cedit in præsentiarum vivens ac vigens Abbas HENRICUS *Spicbernagell*, ejusdem Monasterii Abbas XLVI. & S. Unionis *Bursfeldensis* per *Germaniam Præsidens* Principalis. Hic inter alia laborum & industriæ suæ monumenta A. C. clɔ. Iɔ. CXX. hoc difficili rerum statu & bellicis tumultibus, postridie D. LAURENTII (qui consecrationis ejusdem erat anniversarius, & adeptæ Abbatialis Infulæ annus XIV.) tectum Ecclesiæ jam ruinæ proximum renovavit, Ecclesiamque ipsam interiorem testudine diu desiderata condecoravit, attestantibus hoc ipsum pro perpetua rei memoria duobus distichis in arcu Chori Ecclesiæ circumquaque scriptis, quorum hic tenor est:

HENRICUS dictus Spichernagelius *Abbas*.
Ex Ubiis *ortus fornicis auctor erat.*
Hic tectum, turremque novam construxit in altum,
Sit merces operis vita beata sui.

MONASTERIUM SELIGENSTADIUM.

SELIGENSTADIENSE Monasterium in Diœcesi *Moguntina* situm, suo ære construxit ac dotavit EINHARDUS, AINARDUS seu EGINHARTUS, CAROLI Magni Imper. Cancellarius, vir scriptis editis clarissimus, qui SS. MARCELLINI & PETRI Martyrum reliquias *Roma Gandavum* transferendas curavit, A. C. Iɔ. CCC. XXVII. quas etiam variis *Belgii* Monasteriis communicavit; uti *Hasnoniensibus*, Monasterio S. SALVII apud *Valentianas*, Canonicis S. SERVATII *Trajecti* ad *Mosam*. Fuit is primus hujus Monasterii Abbas: item XV. Cœnobii S. BAVONIS *Gandensis* & IX. S. PETRI *Blandiniensis*; teste *Auberto Myræo* in Notitia Ecclesiarum *Belgii c.* 27. & obiit A. C. Iɔ. CCC. XLIV.

De hujus Monasterii fundatore ibidem in MSS. historia habetur, quam non neminem fabulosam judicare non sum nescius: at quoniam complures viri docti (inter quos I. *Lipsius Monit. polit. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 12. & *Jacobus Curio l.* 2. *Rer. Chronol.*) eam scriptis suis inseruerunt, eam hic quoque non excludendam esse censui.

Erat EGINHARTUS in aula CAROLO ab Epistolis vir, ut illo ævo, doctus & prudens. At quid non facit cæcus amor? in filiam Domini sui exarsit, & ipsa in eum vicissim, quid facerent? restinguunt (ut solent amantes) furtiva sui copia, & congressu: qui aliquandiu latuit, donec hyemante quadam nocte, cum in secretiore cubiculo EGINHARTUS fuisset, & sub ipsam lucem exire vellet, videt multam nivem cecidisse: hæret, & timet ne a vestigiis deprehendatur vir in gynæceo fuisse. Consilio & astu subvenit amica, & illum in humeros sublatum & pendentem, dulce onus tulit.

Ecce o fortem miseram; æquam tamen. Videt id forte ex superiore domus parte auram captans CAROLUS: dissimulat, donec pleno die Principum conventus.

Hic rem narrat, rogatque (at nomina suppressit) qua pœna famulus, qui sic in Dominum, & filia quæ in patrem peccasset, digni? cui illi, Mortis. Tum utrumque vocat, & coram se sistit. En, inquit, hi sunt qui peccaverunt.

Tu EGINHARTE, tu Filia, qui hoc ausi estis: (nec negandi erat locus; Patrem ac Dominum, inspectorem, accusatorem, judicem, & vindicem habebant) quid meruistis? Mortem, inquiunt illi: at CAROLUS. Tamen mitem tu Patrem, tu Dominum videte. Ignoscimus lege hac quam dicam. EGINHARTE, hanc tuam latricem uxorem duces: concordes estote, & mutuum deinceps inter vos ferte. Dixerat: illi a summo metu in gaudium inexpectatum translati, grates agunt, & gratulationes futuri connubii accipiunt.

Habuit hoc Monasterium præter alios præclaros viros WALTHERUM, qui ex Comitum *Tubingensium* prosapia ortus, creatus Episcopus *Augustanus* A. C. cIↄ. C. XXXIV. cum XVI. annis utilissime præfuisset, resignato Episcopatu anno cIↄ. C.L. hic *Monachi* vitam elegit, ac religiose vivens, post aliquot annos sancte ex hac vita migravit; atque in hujus Cœnobii Templo honorifice sepultus est. Est ille, qui auxilium contulit ad constructionem nostri *Alusensis* in *Brentiana* valle Cœnobii, ut infra dicemus.

MONASTERIUM BANTIUM.

Pulcherrimum aspectu & situ Monasterium, in dextra descendentis e *Voytlandiæ* Montanis versus *Franciam* Orientalem *Mœni*, inter *Liechtenfelsium* & *Stapbelsteinum* oppida, dextram versus in altissimi montis vertice situm: olim insigne & novem robustissimis turribus firmatum ac præclare communitum castrum, primum Baronum a *Banth*, tandem per matrimonii contractum Marchionum *Vobenburgensium*, qui latissime tum dominabantur ad castra videlicet *Schaunburgum*. & *Sunnenburgum* usque, item ad confinia *Herbipolensium* ac ad *Gelenhusium* usque. In quo castro S. CHUNIGUNDIS nutrita, & a S. ALBERADE educata esse legitur: nunc vero Cœnobium D. BENEDICTI, Herbipolensis Diœceseos: ideo fundatum legitur in S DIONYSII honorem A. C. cIↄ. LXXI. regnante HENRICO IV. Rom. Imp. ab illustri Domina ALBERADE Comitissa de *Banth*, cujus maritus HERMANNUS Marchio Voburgensis in equestribus certaminibus, hastiludio sive Torneamento hodie, ut vocant, *Herbipolensi*, equestri lancea transfossus occubuerat, in cujus memoriam sempiternam in terris ex arce, majorum suorum sede, domum orationis fecit, additis prædiis plurimis inter *Banthense* castrum, *Sunnenburgum* & *Schaunburgum*: fluviosque *Itbesin* & *Moganum* sitis. D. ALBERADIS Fundatrix in Cœnobii *Banthensis* primario templo sub ara S. TRINITATIS sepulta dicitur. Habuit hæc filios tres, HENRICUM, OTTONEM & CONRADUM, quorum nomina thuribulo inscripta reperta sunt: quorum etiam unus in præterfluente *Mœno* trocho ludens super glacie periit; filiamque a nobili *Centauro* de *Razenburg* raptam ac devirginatam, propter quam *Heydingsfeldense* Monialium Cœnobium supra *Herbipolim* in sinistra *Mœni* situm construxit & fundavit, in quo dicta filia & filius CONRADUS humati cubant.

Fallitur autem hic *Bruschius*, qui monumentum id Alberadi soli inscribit; cum literæ, quæ primas loci origines continent, etiam mariti nomen præferant.

Erat initio utriusque sexus Monasterium, quod cum esset paulo post primam fundationem, nescio quo casu aut infortunio misere vastatum ac collapsum: abolita prius & amota Monialium congregatione, instauratum & redintegratum est A. C. cIↄ. C. XXVII. a S. OTTONE Comite *Andecensi* Episcopo *Bambergensium* VIII. qui *Pomeranorum* (propterea quod ipse primus eos in fide Christiana imbuerit) appellabatur Apostolus. Is *Rapathoni* comiti cuidam *Wolfestuuack* Cœnobii prius non admodum fideli advocato tamdiu institit, donec ex eo vicissim extorqueret quidquid bonorum & prædiorum antea is per vim Cœnobio abstraxerat: imo ut de suis propriis etiam aliquid jam ad recompensationem delicti hujus sui adderet. Abbatiæ etiam præfecit BALDUVIUM ex *Prifelingensi* prope *Ratisbonam* Cœnobio evocato. Templumque dedicavit S. PETRO Apostolo, & S. DIONYSIO Martyri.

A. C. cIↄ.Iↄ. V. istud Cœnobium penitus conflagravit incendio domi nato; quod cum JOANNES *Sagittarius* Abbas mediocriter instaurasset, venerunt A. C. cIↄ. Iↄ. XXV. seditiosi *Ostrofrancorum* agricolæ, idemque funditus pene denuo devastarunt. Id fatis magnifice reædificavit ALEXANDER *Rotenban* Abbas; instituitque in eo insignem scholam tam pro nobilibus adolescentibus, quam pauperibus quoque pueris. Construxit & Bibliothecam ad quam per XXX. saxeos gradus ascenditur, e quibus amœnissimus est prospe-

ctus

ctus in *Mœnum*, & in vicina oppida *Staffelſtainium*, ac *Liechtenſelſum*; in ipſam item *Aldenburgenſem* arcem *Bambergæ* confinem, in qua PHILIPPUS Imp. interemtus eſt.

Idem multis ædificiis illuſtravit vir doctus ac Religioſus D. THOMAS Abbas; qui & idæam æri incidendam ad me miſit, eique hos verſus ſubjunxit.

Anno, mille ſupra, poſt CHRISTUM e Virgine natum.
Et ſexaginta, nono, cum Conjuge Clauſtrum hoc
Marchio de Voburg *HERMANNUS nobile fundat.*
Poſt Romæ URBANO *cum octavo ſceptra dediſſent*,
Bambergæ Dornhaim: *atque* PHILIPPUS ADOLPHUS ab Ernberg.
Franconiam *regeret*, *compeſceret enſe* Bohemos.
Invictus Cæſar FERDINANDUS *in orbe Secundus.*
Denique cum THOMAS viginti quinque per annos
Abbas rexiſſet, *Clauſtri iſthæc forma videtur.*

Idem Abbas faciebat.

MONASTERIUM MüNSTER.

Haud longe a muris urbis *Luceburgenſis*, in jugo montis, inter ruinas caſtri veteris *Luceburgenſis*, & caſtri *Mansfeldici*, a *Petro Erneſto Mansfeldio*, A. C. cIↄ. Iↄ. XC. exſtructi, celebre olim exſtitit Cœnobium, BB. Apoſtolis PETRO & PAULO primitus dicatum, poſt DEIPARÆ Virginis cognomento donatum, quod ob excellentiam præ ceteris ejus tractus Cœnobiis vulgo *Münſter* eſt nuncupatum. Iſtud A. C. cIↄ. LXXXIII. a CONRADO Comite *Luceburgenſi*, cui uxor fuit CLEMENTIA, HENRICI IV. Imp. filia, conditum eſſe, conſtat ex ſequentibus.

CONRADUS Comes licet ſero, inſpiratione divinæ gratiæ ad pœnitentiam provocatus, Eleemoſynis & ceteris pietatis operibus peccata mea redimere ſtatui. Cœpi itaque in monte hoc, ubi nullus parentum meorum prius adoravit Dominum noſtrum, domum Domini in honore & veneratione Apoſtolorum Principis, a fundamentis conſtruere. Quæ omnia ut magis rata eſſent, acta ſunt annuente uxore mea CLEMENTIA, cum filiis & filiabus noſtris, in præſentia Domini Metenſis Epiſcopi HERMANNI, Anno cIↄ. LXXXIII. pridie Non. Julii. Ego WILHELMUS Comes de Lucelemburg, *cupiens imitari patrem meum CONRADUM Comitem, & perficere quod ipſe incœpit. Hujus confirmationis & ſupradictæ conſtitutionis chartam, ego & filius meus CONRADUS ſuper Altare ipſius Cœnobii poſuimus.*

Porro CONRADUS prædictus, qui *Münſterienſem* Abbatiam condidit, in itinere Hieroſolymitano A. C. cIↄ. LXXXVI. obiit. Uxor ipſi fuit, ut diximus, CLEMENTIA: ex qua nati ADELRERO, GUILIELMUS, HENRICUS, CONRADUS, & RODOLPHUS, *Joanni Bertelio* FOLMARUS Abbas I. *Münſterienſis*. Ex his ADELBERO Archidiaconus Metenſis, cum GODEFRIDO *Bullonio* ad bellum ſacrum profectus in obſidione *Antiochiæ* A. C. cIↄ. Ic. periit. Henricus de *Lucelburg* nominatur in diplomate S. AGERICI *Virdunenſis*, Anno cIↄ.LXXXIX. dato. CONRADO defuncto GUILIELMUS filius, qui MACHTILDEM FREDERICI Sueviæ Ducis filiam duxerat, & GUILIELMO Patri CONRADUS II. in Comitatu *Luxenburgenſi* ſucceſſit; uterque in *Munſterienſi* Cœnobio conditus. CONRADUS II. ex ELISABETHA, GODEFRIDI Comitis *Namurenſis* filia, liberos reliquiſſe putatur, HENRICUM *Leodicenſem* Epiſcopum, & GERTRUDEM CONRADI Comitis *Vadimontani* conjugem.

Bellis porro ſævientibus inter CAROLUM V. Imp. & FRANCISCUM I. *Galliæ* Regem, *Münſterienſe* cœnobium, a noſtris hominibus, ne *Gallis* hoſtibus domicilium præberet, incendio abſumtum eſt. Eſtque id temporis in ſepulchro fundatoris inventa tabula plumbea, cujus hanc fuiſſe inſcriptionem teſtatur *Gaſpar Bruſchius* in *Chronologia* Monaſteriorum Germaniæ.

In nomine ſanctæ & individuæ TRINITATIS, quieſcit hic Comes CONRADUS. Hic cum inter ſeculi principes fama probitatis eſſet celeberrimus, ſepulchrum vitæ Principis adiit amore divino ſuccenſus, indeque rediens, divina vocante clementia, obiit peregrinus, ſepultus in terra decenter, non ſua: indeque anno dormitionis ſuæ ſecundo ſublatus, anno quarto, ipſo die annuæ migrationis ſuæ de ſecula, hic fuit repoſitus, præſente conjuge ſua CLEMENTIA, per manus filiorum ſuorum, ADELBERONIS Primicerii Metenſis; *HENRICI Comitis, CONRADIQUE Comitis præſente RODOLPHO Abbate, filio Comitis, quem ipſe proviſorem & ordinatorem hujus loci ſtatuerat. Facta ſunt hæc regnante, permiſſu DEI HENRICO Tyranno damnato, ac piæ memoriæ GREGORIO Pontifice* Romano. *Obiit autem VI. Idus Auguſti, Anno Dominicæ incarnationis milleſimo octogeſimo ſexto.*

Ceterum CAROLUS V. Imp. monachis *Münsterienfibus* Xenodochium pauperum, basilicæ S. JOANNIS *Baptiftæ* contiguum, atque in ipfa urbe *Lucelburgenfi* fitum, cœnobio novo excitando, poftmodum donavit, quod hodie ædificiis ac difciplina monaftica eft illuftre. Plura qui volet, JOANNEM *Bertelium*, in hiftoria *Lucelburgenfi* confulat.

MONASTERIUM ETAL.

ETAL ob folitarium intra montofos anfractus locum, & miraculofam DEIPARÆ V. MARIÆ Imaginem religiofiffimum pariter, & celebratiffimum Monafterium, cujus origo ex Archivis ejusdem loci defcripta, talis extitiffe fertur. Imperator LUDOVICUS IV. cum propter nimias impenfas, quas in *Italia* fecerat, ita ut ei jam neceffarii fumtus pro reditu in *Germaniam* deficerent, admodum follicitus effet, venienti quadam die ad fefe Monacho, & fpem facienti, illum ex his malis emerfurum, ea conditione, fi poftquam in *Germaniam* rediiffet, Monafterium in loco fuæ ditionis, quod dicatur *Ampherang*, in honorem DEI & beatiffimæ Virginis MARIÆ extrueret, fidem dedit, fe illud fedulo executurum, & Cœnobium in prædicto loco fibi tunc ignoto conditurum. Quamobrem illico a quodam Regulo *Italiæ*, quem una cum ditione fua libertatis jure donavit, magnam pecuniæ vim accepit; ita ut oppignorata omnia redimere posfet. In *Germaniam* itaque reverfus, in *Partenkirchen* a quodam fuo venatore Magiftro, *Henrico Vend* nomine, exceptus eft, ex quo de loco illo *Ampherang* quæfivit; Cumque ille in vicinia jam effe diceret, eoque Imperatorem deduceret, juffit Imperator illic ligneam domunculam pro venatore ædificare, filvamque inibi, olim latronum receptaculum, extirpari, & ita Monafterium, quod promiferat, erigi in honorem B. MARIÆ Virginis, pofuitque primum lapidem, fimul quoque offerens effigiem B. MARIÆ Virginis ex alabaftro factam, quam illi Monachus in *Italia* dederat, quæ usque hodie adhuc ibi oftenditur, in die *S. Vitalis* Martyris. Anno M. CCC. XXX. Inftituitque Abbatiam S BENEDICTI pro XX. Monachis, quorum XIV. Sacerdotes effe deberent. Primus Abbas ex Monafterio *Reichenbach* huc pofitus, nomine FRIDERICUS *Henrichreuter*, poft cujus obitum Priorem in *Nidernaltaich*, nomine EBERHARDUM, Abbatem hujus loci fecit. Pofuerat eodem loco tredecim Equites auratos emeritos; quorum unus Magifter ac fuperior effet, una cum conjugibus eorum, ac aliquot viduis, quibus æque ac Sacerdotibus omnia ad vitæ fuftentationem neceffaria præberi ordinavit, atque hoc Cœnobium vocavit ETAL. Duravit hæc conftitutio usque ad obitum Imperatoris; poftea filii ipfius bona illa & redditus ad fe rapiebant, ita ut oportuerit illos milites hinc alio migrare.

Porro LUDOVICUS Imperator dedit huic Monafterio Comitatum *Möringen*, cum omnibus attinentiis fuis, Advocatiam in *Lauterpach*, in *Hademaringen*, XXIV. librarum *Monacenfium*, comitatum in *Pitengaw*, cum omnibus attinentiis, & cum Advocatia *Raitenbuech* & *Staingaden*, Advocatiam in *Habach*; ablata poft per filios LUDOVICI & alienata. Anno M. CCC. XXXII. Imp. LUDOVICUS emit in ipfo die S. VITI ab ULRICO de *Schöneck*, Epifcopo *Auguftenfi*, Præpofito, Decano, totoque Capitulo caftrum ESCHELOCH & forum MURNAU, cum omnibus attinentiis fuis, cum Ecclefiis ESCHELOCH, STAFFELSEE, HUGELFINGEN, quæ omnia huic Monafterio dedit, Anno M. CCC. LVIII.

Infuper Ecclefias LAUINGEN, GUNDELFINGEN, ambas MöRINGEN, MENCHINGEN, EGLINGEN, ANDORF, STAFFELSEE, & ESCHENLOCH, diœcefis AUGUSTENSIS, incorporari, donari, nec non uniri procuravit, accedente confenfu HENRICI Epifcopi & Capituli AUGUSTANI, uti patet ex literis, datis Anno M. CCC. XLI. Eandem incorporationem poftca confirmavit EUGENIUS IV. P. M. Anno M. C. D. XXXVI.

Ipfum vero Monafterium confirmatum eft ab URBANO V. Pont. Max. fub Abbate CONRADO *Kunerspruckher*, qui hanc confirmationem ipfe Roma reportavit, Anno M. CCC. LXIII. Non. Maji, Dominica poft inventionem *S. Crucis*, præfentibus illuftriffimis Principibus D. *Stephano*, Duce *Bavariæ*, Seniore, cum conjuge fua *Margaretha*, nec non filiis fuis, *Stephano*, *Friderico* & *Joanne*, cum conjugibus eorundem. Ecclefia hæc, quam prædicti Principes largis fuis muneribus profecuti funt, in honorem beatæ MARIÆ Virginis folenniter dedicata eft a venerabili in CHRISTO D. PAULO, *Frifingenfi* Epifcopo, ad cujus Diœcefim pertinet, fub URBANO V. Pont. Max. & CAROLO IV. Interfuerunt præter fupradictas perfonas CONRADUS Abbas in *Tegernfee*, STEPHANUS Abbas in *Eberfperg*, CONRADUS *Kunerfprucker*, Abbas in ETAL, ULRICUS Præpofitus & Archidiaconus in *Raitenbuch*, CONRADUS Præpofitus in *Pollingen*,

ULRI-

ULRICUS Præpositus in *Schefflern*, ULRICUS Præpositus in *Beulberg*, CONRADUS Præpositus in *Schlechdorff*, & quinque Canonici *Frisingenses*, &c. cum aliis.

Idem CONRADUS Abbas a BONIFACIO IX. P. M. impetravit facultatem, utendi mitra, baculo pastorali, sandaliis & aliis Pontificalibus insigniis, Anno M. CCC. XXCIX.

ABBATUM hujus loci series habetur in Metropoli *Salisburgensi Hundii* per *Gewoldum* aucta.

MONASTERIUM AHUSIUM BRENTIANUM.

AHUSIUM (hodie corrupta voce, ANHUSIUM dictum, quo nomine aliud nostri Ordinis Cœnobium ad *Wernicum* amnem in *Rhiæsa* fundatum est A. C. clɔ. LVIII. ab ERNESTO *Altentruhedingensi* Comite, ejusque sororio HARTMANNO, Barone de *Lodenburg*) in valle *Brentiana* amœnissimo *Sueviæ* tractu, ad amnem *Brentium*, qui ad *Regii Fontis* Cœnobium exoriens ob sapidorum piscium præstantiam inter cæteros hujus Regionis amnes facile primas tenet, & nunquam etiam gelidissima hyeme congelatur, atque non procul *Gundelfinga Danubio* miscetur. Situm est in Diœcesi *Augustana*, milliaria fere quatuor a potenti *Sueviæ* civitate *Ulma* distans, quinque vero a *Gamundia & Nordlinga*, a *Gienga*, uno *Laninga* tribus.

Fundatum legitur circa A. C. clɔ. CXXV. in honorem S. MARTINI Episcopi, a MANEGOLDO Comite Palatino *Tubingensi*, ejusque filiis WALTHERO (postmodum Episcopo *Augustano*) atque MANEGOLDO, ADALBERTO, & ULRICO, Comitibus. Inchoatum autem primo erat in pago LANGENAW, qui duobus milliaribus ab *Ulma* distat, & ejusdem Magistratui hodie paret, duo Templa, longe inter se distantia, intra se habens. Hujus Pagi Parochia decimisque Fundatores primum Abbatem munifice donarunt. Translatum vero est a primi Fundatoris MANEGOLDI filiis, auctoritate potissimum WALTHERI jam Episcopi *Augustani* in vallem *Brentianam*; quod major ibi lignorum & aquæ copia, ubertasque esset: imo (ut ipse in litteris fundationis testatur) majoris quietis & a populorum concursu securitatis gratia.

Eam translationem EUGENIUS III. approbavit A. C. clɔ. CXLIX. III. Kal. Febr. Fundationem HONORIUS II. A. C. clɔ. CXXV. V. Kal. Decembr. & INNOCENTIUS II. confirmarunt.

INNOCENTII Successor CÆLESTINUS itidem II. Privilegium dedit A. C. M. C. XLIII. VI. Kal. Dec.

GREGORIUS IX. Papa sub protectionem suam suscipit Monasterii AHUSEN bona, specialiter autem Ecclesiam in *Nawu*. A. C. M. CC. XXXIV. XVIII. Martii. Omnia ista Privilegia cum literis Fundatoris extant in libro de Monasteriis *Wirtembergiæ* impresso *Tubingæ* A. C M. Iɔ. CXXXVI.

Monasterii Privilegia postea confirmarunt GREGORIUS X. datis litteris *Lugduni* X. Cal. Nov. Pont. Anno III. & MARTINUS V. *Constantiæ* XVI Cal. Febr. Pont. Anno I Idem incorporavit Monasterio Parochiam in *Gussenstadt* Non. Maji, Pontificatus Anno IV. Porro anno clɔ. CC. XXXI. a SIBOTHONE Episcopo *Augustano* collata est Parochialis Ecclesia *Heldefingensis* cum omnibus Decimis, redditibus, & pertinentiis; ne Cœnobium tunc ad extremam inopiam redactum interiret. Eam donationem GREGORIUS IX. confirmavit *Perusii* V. Cal. Octob. Pontif. anno VIII. Idem Pontifex literis datis *Laterani* VII. Idus Julii. Pontificatus anno XV. mandavit Præpositis in *Herbertingen & Staunhaim*, ut controversiam exortam de confinibus inter Abbatem *Ahusanum* & Abbatem de *Camberg* & Comites *Helffensteinios* componerent. Rursum alia gliscente dissensione inter Comites *Helffensteinios* ULRICOS patrem & filium & Abbatem *Ahusanum* GREGORIUS X. literis datis *Lugduni* X. Kal. Nov. Pont. an. III. Abbati *Haidenheimensi* mandat, ut pacem concordiamque inter eos reformaret. Mandavit idem ut Monasterio bona varie ablata restituantur. A. C. clɔ. CC. LXXXII. N. *Apæ* Comes de *Vaimingen* hortum & pratum in *Gundelfingen* legavit Abbati HARTMANNO. Cum postmodum nescio qua de caussa controversia inter Abbatem & Conventum exorta latius pullulare videretur, & querelæ *Romam* usque delatæ fuissent, HONORIUS IV. P. M. Abbatibus in *Lorch & Blaubeyrn* literis datis *Tibure* VIII. Id. Julii Pontif. anno I. id est. M. CC. LXXXVI. demandavit, ut eam componerent.

Deinde A. C. M. CCXCI. *Sifridus Morhardus*, ejusque uxor *Wiba*, duobus agri jugeribus donaverunt Abbatem WALTHERUM, sitis in *Lenchenhüsel* in *Nawe*. Eodem anno NICOLAUS IV. indulsit ut tempore interdicti Missæ celebrari possint in dicto Monasterio. Datum *Romæ* apud S. MARIAM *Majorem* XII. Cal. April. Pontif. anno III. Idem mandavit Abbati *Blauburensi*, ut procuraret bona Monasterii *Ahusani* variis

casibus abalienata redimi &c. Quod Idem decreverunt posteris annis JOANNES XXII. *Avenione* datis literis pridie Nonas Martii Pontif. anno X. mandans Abbati *Blauburensi* ut oppignerationem bonorum Monasterii *Abusani* annihilaret: & BENEDICTUS XII. qui dato diplomate itidem *Avenione* VIII. Idus Julii, anno II. Pontif. rescripsit ad Abbatem *Kambergensem*, ut omnibus modis procuraret reductionem bonorum oppigneratorum ad Monasterium *Abusanum*.

A. C. cIɔ. CCC. XL VI. Nonas Julii. *Ludovicus* Comes de *Oetingen* jus præbendæ alicujus in *Döttingen & Heuchlingen* cum *Huba* adjuncta dono dedit Abbati *Abusano*. Eodem anno confirmata est hæc donatio a FRIDERICO Episcopo *Augustano* XVII. Decemb. *Augustæ* Sequenti anno cIɔ. CCC. XII. VI. Kal. Maji idem Episcopus licentiam dedit Abbati *Abusano*, ut aliquis Conventualium vices *Parochi* in *Döttingen* subire possit; & reditus *Parochiæ* in usus Monasterii convertat & transferat, quo melius sustentari possint. A. C. cIɔ. CCC. XX. X. Nov. FRIDERICUS Abbas & Conventus in *Lorch* vendiderunt Abbati & Conventui *Abusano*, omnia sua jura, decimas, redditus, hubas, molendinum, piscinam, jus Patronatus Parochiæ cum omnibus suis pertinentiis in *Bolheim* pro CD. libris Hallensibus. Ab eodem Abbate consecutus est CONRADUS Abbas *Abusanus* jus Patronatus in vicina villa *Döttingen*; quo item anno (nempe cIɔ. CCC. XXVII. XII. Martii) permutatio facta est bonorum in *Döttingin & Alchdorff* inter Monasteria *Lorch & Abusen*.

Posthæc A. C. cIɔ. CCC. XXXI. XII. Idus Martii, FRIDERICUS Episcopus *Augustanus*, dedit das Gartengelt in *Nauve*, & redituum villæ, genannt der Münchhoff in Stainhaim, in villa *Erstetten*. *Ulricus Nagengast* vendidit Abbati *Abusano* pratum ad *Brentium* & agellum in *Haustaig* pro tribus libris Hallensibus XI. Junii A. C. cIɔ. CCC. XXXVI. *Conradus Schnapper* legavit eidem Monasterio sua bona in *Nauve*, *Althaim & Berthlingen* XVII. Augusti A. C. L. CCC. XXXVI. CAROLUS IV. Capellam S. CRUCIS in *Ulmensi* civitate & foro vinario sitam: cum omnibus pertinentiis dedit Abbati *Abusano* A. C. M. CCC. LIII. XI. Cal. Octobr. consentientibus Electoribus Imperii, e quibus speciales litteras dederunt eodem anno XXV. Novembr. *Moguntinus*, *Coloniensis*, ac *Rupertus C. Palatinus Rheni* Elector. Eandem donationem postea confirmavit RUPERTUS *Rom. Imp.* A. C. cIɔ. CD. I.

ANSELMUS Episcopus *Augustanus* (qui præesse cœpit A. C. M. CD XI.) ad Capellam S. NICOLAI extra muros Monasterii sitam XL. dies Indulgentiarum dedit. FRANCISCUS & MARCUS Cardinales C. dies Indulgentiarum contulerunt. Festum Dedicationis ejusdem Capellæ de festo omnium SS. in commodius tempus, nempe in fer. III. post Dom. *Misericordiæ Domini*, translatum est A. C. M. CD. IV. Demum A. C. M. CD. LXXI. XVIII. Cal. Octobr. Decimæ in *Falckenstain*, *Rödern*, *Rottfelden*, *Jungholz*, *Berg*, *Mysenbrunn*, *Sysenbrun* Monasterio *Abusano* incorporatæ sunt, FRANCISCO Cardinale S. EUSTACHII *Ratisbonæ residente* eandem in corporationem confirmante. Circa hæc tempora in eodem Monasterio floruit vir doctus LEONARDUS Monachus, qui carmine celebravit laudes HENRICI Fabri Abbatis *Blauburensis*, A. C. M. CD. XC.

Cœnobii res valde tenues & afflictæ érant ab anno M. CD. XLVIII. usque ad M. D. quippe combusti, Civitatibus Imperii, & Nobilitate bellum inter se gerentibus. Quod tamen magna ex parte a cineribus præclare instauravit JACOBUS Abbas. Ejus quoque Successor JOANNES Cœnobii rem augens, idem variis substructionibus exornavit. Iterum gravissima damna perpessum est in seditione rusticorum A. C. M. Iɔ. XXV. donec decennio post religione ab ULRICO *Wirttembergensium* Duce mutata ejectis Abbate & Monachis, (qui etiam omni suo juri quod habebant ad Monasterium, in scriptis renunciare compulsi sunt) penitus desolaretur, usque ad A. C. M. Iɔ. XLVIII. quo ONUPHRIUS *Schaduzius* (hujus primum loci professus, sed postmodum A. C. M. Iɔ. XXXVI. quod Fidem Catholicam, & professionem monasticam deserere nollet, ejectus: *Augustæ Vindel.* in Monasterio SS. UDALRICI & AFRÆ stabilitatem promittens) mense Januario Abbas constitutus est. Verum A. C. M. DLVIII. eodem mortuo, & *Luteranismo* iterum introducto Pseudo-abbates uxorati extitere, usque ad A. C. M. DC. XXX. quo edicto Cæs. FERDINANDI II. Monasterium V. Septemb. restitutum est, electo in Abbatem CAROLO *Stengelio* prædicti Monasterii SS. UDALRICI & AFRÆ professo & Oeconomo, XVI. Decembr. atque XXIX. Ejusdem mensis die, qui erat Dominica infra octavam Nativitatis CRISTI, *Dilingæ* in Templo Academico PP. Societatis JESU, solenniter consecrato a Reverendissimo & Illustrissimo Principe ac Domino D. HENRICO Episcopo *Augustano*; assistentibus eidem Reverendissimo D. GEORGIO Episcopo *Philadelphiense*, & Suffraganeo *Eystettense*, & D. SILVANO Abbate in *Fultenbach*. Qui deinde in bello *Germanico* sub persecutione *Suecica* exul factus XXVI. Februarii M. Iɔ. CXXXII. tribus mensibus & tribus hebdomadibus *Schwazii* in *Tiroli* delituit: inde *Salisburgensi* ad D. PETRI, æque tanto tempore commoratus est. Denique in *Austria* superiore & celeberrimo *Chremiphanensi* Monasterio per duos integros

annos

annos & semestre tempus valde honorifice & liberaliter habitus, A. C. M. Iↄ. C. XXXV. XIV. Augusti rediit ad Monasterium, quod omnino fere desolatum invenit: ita ut nulla penitus integra janua, ne porta Monasterii quidem infracta permanserit, nullæ fenestræ aut serræ, ut de supellectile taceam, quæ penitus nulla nec sacra nec profana remansit. Nihilominus in maxima rerum omnium penuria, pro viribus loca magis necessaria instaurare, divina officia conventualiter quotidie celebrare non cessat: donec aliquando DEO largiente majora opera moliri liceat.

CATALOGUS
ABBATUM AHUSII BRENTIANI.

Numerus.	Nomina.	Anni Elect.	Anni regim.	Obitus Anni.	Obitus Dies.
1	Sigefridus.	1143			
2	Udalricus.	1181			
3	Degenhardus.	1231			
4	Hartmannus.	1282			
5	Waltherus.	1291			
6	Conradus.	1305			
7	Henricus de Werdæ.	1336			
8	Henricus de Gadelbach.	1353			
9	Georgius de Sundtheim.	1373			
10	Jacobus I.	1390			
11	Nicolaus.	1410		1446	
12	Georgius II. de Sundtheim.	1450			
13	Martinus.	1468		1487	2. Junii.
14	Ulricus II.	1474			
15	Jacobus Pfeffer.	1478	23	1501	23. Aprilis.
16	Joannes Weidenkranz.	1501	16	1517	
17	Joannes Mannius II.	1517	5	1522	25. Aprilis.
18	Joannes Agricola III. *Vacavit* XII. *Annis.*	1522	14		
19	Onophrius Schaduz.	1548	10	1558	11. Septemb.

Posthæc caruit Monasterium legittimis pastoribus, subintroductis Luteranis *Pseudo-Abbatibus uxoratis; donec edicto Cæsaris* FERDINANDI II. Catholicis *restitueretur.*

20	Carolus Stengelius.	1630			



INDEX MONASTERIORUM.

AUSTRIÆ.

IN GERMANIA.

SUPERIORE & INFERIORE.

TOMI II. PARS II.

COMPENDIUM

HISTORIÆ

ET

DONATIONUM

REICHENBACENSIS MONASTERII
ORD. S. BENEDICTI
IN CONFINIBUS SYLVÆ HERCINIÆ ET MODERNI
DUCATUS WüRTEMBERGICI,
EX CHARTULARIO WIBLINGANO ERUTÆ.

COMMUNICATUM

AB

A. R. ET CLARISSIMO

DOMINO P. MARTINO MACK,

ORDINIS S. BENEDICTI CELEBERRIMI ANT. AUST. MONASTERII
WIBLINGENSIS BIBLIOTHECARIO.

PRÆFATIO.



Etsi pluribus, iisque suo tempore, & ex parte etiamnum celeberrimis Ordinis Benedictini Monasteriis San-Udalricano Augustæ Vindelicorum, Hirsaugiensi, Blauburano, Laureacensi sive Lorchensi, Elchingano, Ossiacensi, Sancti Lamberti, Sancti Pauli, Viennensi Scotorum, Villingano, Reichenbacensi, Alberspacensi, Anhusano, & Echenbrunnensi diversis temporibus Wiblinga quondam Abbates, Administratores, Superiores alios, & Reformatores, ac veluti Missionarios pro restauranda, aut sarta tectaque conservanda Regulari & Monastica disciplina submiserit; Nullum tamen eorum Wiblingam propius spectare unquam mihi visum est, quam Reichenbacense illud in Ducatu moderno Würtembergico situm, cui Administratorem Cæsareum, & Superiores aliquot dedit, cujusque paucula adhuc notitiæ supersunt, & fere solæ Donationum a fidelibus factarum copiæ, chartis originariis (quas vocant) a modernis possessoribus, ut conjicere licet, Ordini Benedictino subductis.

Ne etiam paucula illæ notitiæ prorsus interirent, prudens Abbatis nostri Benedicti Rauch, ejusque ut in Prioratu Reichenbacensi, ita & in Abbatia Wiblingana Successoris Ernesti Fabri sagacitas effecit, qua Donationum & Litterarum insigniorum copias saltem caute conservarunt. Dubitare siquidem non poterant, si, quod metus mali præsagus dudum denuntiabat, expelli se Reichenbaco seu Suecorum, seu Ducum Würtembergicorum violentia, seu denique ex pacis aliquando sanciendæ legibus contingeret, chartas potiores & originarias, quas ne quidem principis administrationis suæ omnes receperant, extradendas, & ab invitis fore extorquendas.

Has vero Donationum copias aut verius earum compendia, & paucùlas alias notitias, ut ab interitu & oblivione vindicarem, cum Virorum istorum exemplum, tum illud etiam impulit, quod pleraque, quæ Reichenbacensis Monasterii fata spectant, & quorum partem penes me esse intelligebam, necdum publici juris, minime in unum omnia collecta esse cernerem, quæ vero a P. Meinrado Heuchlinger, quondam Monasterii Wiblingani Priore in Templo Honoris, quod ediderat, super eo Monasterio conscripta sunt, esse aliquanto brevius perstricta.

Præterea Fundationum, Donationumque huic, alterive Ecclesiæ factarum chartæ tanti quandoque ad eruditionem historicam; & maxime genealogicam momenti sunt, ut earum defectu vix unquam illustrium Familiarum seriem generationem detegere, minus historicas Gentium, Regnorum, Ecclesiarum, earumque Antistitum narrationes inoffenso pede decurrere liceat. Hinc nemo non laudabit Hundii, Guilimanni, Eccardi, Peziorum, Meichelböckii, Henschenii, Papebrochii, Hergotti, Tschudii, Mabillonii, D'Acherii, Mezgeri, Goldasti, Hanzizii, & aliorum industrias, & solers studium, quo Diplomata, Donationes, & reliquas chartas cum ipsi pro suo usu excussere, tum

 posteris

posteris incredibili Rei Litterariæ commodo reliquere, ex quibus deinceps præcipuarum Familiarum generationes, Regnorum, Provinciarum, & Ecclesiarum origines & historiæ illustratæ fuerunt. Ego certe, quem alia præsidia ad juvandam Rem Litterariam fere deficiunt, committere nolui, ut in eo, in quo possem, meo desiderio æque, ac aliorum votis, qualicumque Reichenbacensis Monasterii descriptione, & Donationum eo pertinentium communicatione non velificarer.

Quod si inde commodi nihil in Rempublicam Litterariam proficisceretur, at Ordinis saltem Benedictini universim interesse judicavi, Virorum illorum, qui tanta suis quondam Reichenbaci sodalibus pro Dei honore elargiti sunt, gratam semper habere memoriam, quæ ne prorsus excideret, chartas Donationum, eorum nomina ubique præferentes, aut harum saltem compendia, qualia in Chartophylacio Wiblingano deprehendimus, Lectoribus constituimus offerre. Antequam vero id præstaretur, e re nostra fore videbatur, brevem Reichenbacensis Prioratus (neque enim ad Abbatiæ dignitatem unquam evectum fuit) a sui fundatione historiam per summa duntaxat capita ex iis ipsis, quæ tum ex Tritbemio, tum ex Francisco Petro Can. Reg. in Wettenhausen, atque ex nostro Templo Honoris, & chartaceis binc inde fragmentis colligere licuit, pertexere, ut cujus Monasterii Litteræ, & Donationes illæ olim fuissent, velut in vestibulo posset constare.



BREVIS

BREVIS
REICHENBACI HISTORIA.

CAPUT I.

Nomen, Situs, & Fundatio Reichenbacensis Monasterii.

Reichenbacum, majoribus Richenbach dictum: a rivulo quodam præterlabente, quem Murga deinceps cum nomine absorbet, ut apud Crusium est Annal. Suev. Parte II. Lib. VIII. Cap. V. ad annum MLXXXIII. *ante nigram sylvam* situm est, in confinibus videlicet moderni Ducatus Würtembergici, & a tempore conditæ ibi Ecclesiæ & Monasterii in honore S. Gregorii Papæ, etiam Cella S. Gregorii appellari cœpit. Annum fundati Monasterii certum tenemus, octogesimum scilicet tertium supra millesimum, ad quem Trithemius originem hujus Cellæ seu Prioratus refert, licet aliqua prædia ad eumdem locum, in spem, ut videtur, futuræ fundationis jam anno MLXXX. pervenerint. De hac fundatione Trithemius in Chronico Hirsaugiensi Tomo I. pag. 255. hæc scribit: „ MLXXXIII. Anno Sancti Wilhelmi „ Abbatis XIV. Indictione Romanorum VI. positum est fundamentum Ecclesiæ Prioratus „ in Reichenbach per ipsum Sanctum Patrem, & laborantibus fideliter fratribus, ac suf„ fragia eleemosynarum ministrantibus devote Fidelibus, totum opus Oratorii triennio „ consummatum est, cujus fundationis seriem Divus Pater ipse tali modo descripsit: In „ nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Wilhelmus nullis meis meritis, sed sola „ Dei misericordia Hirsaugiensis Cœnobii Abbas notum esse desidero omnibus tam futu„ ris, quam præsentibus, quod quidam ingenuus Senior, Bern nomine, prædiolum suum „ in nigra sylva situm, qui locus ibidem a rivo, qui Murgam influit, Richenbach vo„ catur, sancto Aurelio Hirsaugiæ in præsentia idoneorum testium in æternam hæredita„ tem tradidit, id unice postulans, ut ibidem Monasterium construi satageret. Acce„ pto igitur communi, concordique Seniorum nostrorum consilio, misimus fratres no„ stros Monachos tres, & Laicales quinque in idem prædiolum nemore densissimo hispi„ dum, quatenus sylva eruta, locoque purgato construerent Monasterium beato Gre„ gorio. Anno itaque Incarnationis Dominicæ MLXXXII. Indictione V. circiter Idus „ Maji, cum venissent iidem Fratres in prædictum locum, haud paucis diebus pro tugu„ rio fruebantur nuda abiete. Horum autem unus vocabatur Ernestus, vir probus & „ Curialis, (*a*) qui jam pridem se, suaque omnia nostræ dederat obedientiæ, quem cum „ suis omnibus eidem loco in adjutorium concessimus. Extitit ergo idem Ernestus loco „ & Fratribus Provisor, & quasi Pater secundus, qui ad extirpandam sylvam, ad pur„ gandum locum, ad ædificandum Monasterium, ad construendas officinas, maxime suas „ ipse expensas dedit, & undequaque competenter acquisivit. Ejus ergo, parentumque „ ipsius, sicut & meam, meorumque memoriam ibidem celebrem haberi dignum judica„ vi, litterisque firmavi. Acta sunt hæc anno præscripto.„ Hactenus apud Trithemium.

Copia Manuscripta Litterarum modo recitatarum, quæ saltem ad finem sæculi XVI. pertinere videtur, post illa verba: *Dignum judicavi*, subjungit, *libensque firmavi. Sane positum est fundamentum Ecclesiæ* (a quo annus fundati Monasterii desumendus est) *anno sequenti, & infra tres annos consummata est.* (*b*)

(*a*) Vox *Curialis* Ernesto tributa nobilem saltem ex officio significat. Ernestum hunc, sive Ernustum, qui etiam Monachum induit ante Reichenbaci fundationem, Mabillonius Annal. Benedictin. Tomo V. Lib. LXVI. Cap. LV. primum Monasterii istius Priorem assignat.

(*b*) Repertorium Documentorum Reichenbacensium quondam extantium lingua vernacula sæculo XVI. conscriptum, cum ad finem illius sæculi non pertingat, funda-

tionem Monasterii ad annum MLXXX. rotundo scilicet numero reponit, et fundatorem appellat Liberum Baronem de Sichburg & Haigerloch &c. Ejus autem conjugem itidem ex Liberis Baronibus de Kirnberg ortum duxisse asserit, sed quæ mortua sit ἄπαις, & absque liberis. Fratrem equidem habuisse memoratur Berno fundator iste, sed cujus nomen non nisi in margine exprimitur per verba: Hat Arnoldt gehaissen, quique ob infidelitatem erga fratrem meruerit, ut nullam ejus aut Successorum ipsius rationem Fundator haberet. Eadem fere ex Instrumento Germanico Registraturæ Badensis refert Crusius Annal. Suevic. Parte II. Lib. VIII. ad annum MLXXXIII. ubi una testes legimus prædictæ fundationis Albertum, & Hartprechtum fratres Barones de Zimmeren, Berchtoldum Stauffenbergium ad Rhenum Equitem auratum, & Melchiorem de Appenweiler: Geroldum, ejusque anonymum fratrem de Sterzingen, aliosque viros nobiles. Ipse fundator in Reichenbacensi suo Asceterio vitam transegisse fertur ut *Conversus*, quæ vox in Lexico Ordinis Fratrem Regulæ Benedictinæ per vota solemnia adstrictum quidem, at laicum nullis sacris Ordinibus initiatum sonat, quales antehac inter Benedictinos plurimi etiam Natalium splendore illustres extiterunt, cum non omnes ad Sacerdotium promoverentur.

CAPUT II.

Priores Reichenbaci omnes aut ex Hirsaugia assumendi, aut certe ab Abbate Hirsaugiensi instituendi: Dedicatio Ecclesiæ, ejusque Dotatio.

Joannes Trithemius supra laudatus Chronic. Hirsaug. Tomo I. pag. 283. ad annum MLXXXVII. cum de S. Theogero, sive Theotgero Monacho primum Hirsaugiensi, post Abbate S. Georgii in Hercynia sylva, & ad extremum Metensium Episcopo ageret, Virum Sanctissimum ante adeptum Presbyterii gradum (post Ernestum videlicet) Reichenbacensi Prioratui præfectum fuisse disertis verbis scribit: „Quem (Trithemium audis) Divus Pater Wilhelmus adhuc Diaconum Priorem Cellæ S. Georgii „(lege *Gregorii*) in Reichenbach constituit, & ejus prudentiæ utriusque status regimen „commisit, qui verbo simul & exemplo bonorum se operum sectatorem in omnibus semper exhibuit, & a tramite regularis observantiæ, quam a sancto Præceptore acceperat, in nullo unquam declinavit. Qui dum aliquanto tempore injuncto sibi fungeretur officio, volens illum Sanctus Abbas arctius ministerio vincire Divino, Presbyterum fecit ordinari, quem dignis etiam multis credidit digniorem.„ Hæc Trithemius.

Fuisse vero Priores Reichenbaci semper ex Hirsaugia adscitos, aut saltem ab ejus loci Abbate institutos, & Crusius, & modo laudatus Trithemius edicunt. Verba Crusii loco supra allegato hæc sunt: „Institutus autem in hoc Monasterio Prioratus Benedictini Ordinis Constantiensis Diœceseos est, isque a tempore fundationis in consecuta „tempora Hirsaugiensi Abbati immediate (velut Coloniæ Romanorum quondam) plenoque jure subjectus, ita, ut ipsi potestas fuerit data instituendi ac destituendi Priorem ejus loci, Monachosque consecrandi.„ Quæ verba fere Trithemio debentur Chron. Hirs. Tomo I. pag. 256. scribenti: „Et notandum, quod Prioratus dicti Monasterii S. Gregorii in Reichenbach a prima fundationis die usque in præsentem (scribebat Abbas iste circa annum MDX.) Abbati Cænobii Hirsaugiensis est sine medio subjectus, ad ipsumque pertinet pleno jure ac dominio libertas instituendi, ac destituendi „Priorem ipsius loci totiens, quotiens judicaverit vel utile, vel opportunum.„ Cæterum Anno MLXXXV. (ut cum fragmento Donationum Reichenbacensium, quod penes me est, loquar) Indictione VIII. Decimo Kalendas Octobris dedicata est Ecclesia „a venerabili Gebhardo Constantiensis Ecclesiæ Episcopo, qui tunc temporis in partibus Theutonicis Legatus Apostolicus (*a*) extitit, ad laudem & gloriam sanctæ & individuæ Trinitatis, & beatæ genitricis Dei Mariæ, & in honore eorum, quorum Reliquiæ & nomina habentur in ea, sed præcipue beati Gregorii Papæ & Confessoris, contradens ei omnem decimationem circumjacentis villæ jure perpetuo. Ea die supradictus Ernest dotavit eamdem Ecclesiam suo allodio, quod situm est in villa nomine Gysenheim, alio quoque in villa Gamertieheim (*b*) sito.„ Post aliqua demum interjecta, quæ huc non admodum facere videntur, fragmentum ita pergit: „Ipsa die Dedicationis Ecclesiæ Wern Miles de Hopsowa auxit dotem Ecclesiæ, donando partem suam in „- - a cella versus Septentrionem monte, cujus medietatem ipse cum sorore sua patrio „jure possidens, ea videlicet parte, ubi fons irriguus dulces emanat aquas, suam, ut „diximus, partem Sancto tribuit Gregorio. Auxit præter hæc dotem Ecclesiæ in loco,

„quem

„quem describi non incongruum videtur. Est sylva ex utraque parte Murgæ sita, & usque ad verticem utrorumque montium extensa, quæ a meridiana plagæ in rivolo (rivulo) qui Holzbach dicitur, terminatur. Unde ex utraque parte præfati fluminis deorsum usque in Sulzbach protenditur; Illic distenditur usque in summitatem utrorumque montium, sinistrorsum tamen aliquantisper excrescit. Habet quoque in se stagnum, ex quo defluit Sebach, qui totum decursum suum in eodem complectitur prædio. Infra hanc sylvam in Murga continetur septum majorum piscium captioni aptum; Horum omnium medietate Ecclesiam ipse dotavit &c. Maritus vero sororis ejusdem, Volcmar nomine, reliquam medietatem jam pridem beato Gregorio firma traditione donaverat &c. Eodem Ecclesiæ die Dedicationis Beatrix nobilis, & proba Matrona adauxit dotem donando viculum nomine Vilmödebach (in margine legitur *Winemanneſta*) ædificiis tunc temporis destructum; Est ad XII. mansos (c) computatum." Hæc ex vetusto nostro fragmento; At cum ex Trithemio, tum ex volumine Donationum id ulterius monendum duximus, Fratres in Reichenbach iterato, maxime Concilii Basileensis tempore, laborasse, ut se vel ab Hirsaugiæ obedientia subducerent, vel ex seipsis sibi deligerent Priorem, at Hirsaugiensium Antistitum, jura sua strenue semper defendentium vigilantia & ipsorum conatus fuisse irritos, & novis decretis hanc eorum ab Hirsaugia dependentiam fuisse stabilitam.

(a) Gebhardus Constantiensis Episcopus ejus nominis tertius ex Ducibus Zaringensibus primum in Hirsaugia Monachum Benedictinum induisse a Merckio, Bruschio, Trithemio, & aliis perhibetur, quorum posterior Chron. Hirs. Tomo I. ad annum MLXXXIII. pag. 266. eum non modo Hirsaugiense Monasterium a S. Wilhelmo Abbate tertio constructum, sed & Cellam S. Gregorii, quæ dicitur Reichenbach, authoritate & præcepto Urbani II. (forte Victoris III. qui ad annum MLXXXVII. superstes fuit) consecrasse scribit, cum Hirsaugia alias Spirensis Diœcesis esset. At Gebhardum eo tempore *in partibus Theutonicis Legatum Apostolicum extitisse*, quod fragmentum nostrum refert, nullibi me legere memini.

(b) Ernestum illum, quo de etiam supra, in sæculo Nobilem oppido fuisse opulentum, evincunt sequentia, quæ in fragmento nostro pag. 1. leguntur: „Hæc sunt, quæ Ernest, & filius sororis ejus Folradus Ernst possederant in villa Ysenheim & Geisenheim juxta Moguncıam prædia satis bona habuit, & aliud juxta Wormatiam in villa Heymertsheim non minus utile. Ipsum vero prædium in Heimertesheim dedit cuidam Wormaciensi civi Cononi nomine legitimum concambium pro alio prædio in Ditzingen, illud autem in Ysenheim & Gysenheim pro aliis duobus in Sulzowa, & in Immenowa cuidam Engelboldo libero homini de Elisapha tradidit. Hæc tria prædia de illis tribus, Ernest videlicet, Folrado, & Ernest acquisita sunt; In Gamertingen emit quoddam prædium XXX. marcis, quod Sigebotoni de Röggesingen dedit, pro tribus hobis in Gotelbüngen, & una in Endingen. Sunt & alia prædia, quæ per se, & alios Dei Fideles huic Ecclesiæ conquisivit, quæ postea plenius enarrare dispsosuimus." Hactenus fragmentum nostrum de Ernesto, quem vitam Monasticam amplexum fuisse, & primum omnium Reichenbaci Prioris munus obiisse jam diximus.

(c) *Mansus*, *mansum*, voces barbaræ, ut vult Sirmondus, fundum cum certo agri modo, vel ut Bignonius, villulam unius coloni habitationi propriam, vel denique ut censet Cæsarius Prumiensis apud Du Cangium in Glossario mediæ & infimæ Latinitatis, Villam, aut locum familiæ significant; Ab aliquibus confunditur cum *hoba* vel *huba*, ab aliis in eo distinguitur, quod mansus ex aliquot hobis veluti conflatur, & hi hobam, seu hubam terram arabilem incertorum tamen jugerum, vel etiam quanta a duobus bobus per diem arari potest, esse existimant. Consule laudatum Du Cangium, Vadianum, & alios.

CAPUT III.

Priorum aliquot Reichenbacensis Monasterii, quot in præsentiarum detegere licuit, chronologia, & nomina.

Aliqua, non omnia tamen, ex residuis documentorum copiis aut Repertoriis nobis supersunt nomina eorum, qui sub Hirsaugiensibus Abbatibus usque ad Monasterii utriusque ab Ordine avulsionem & violentam Würtembergicorum invasionem Prioratui Reichenbacensi præfuerunt. Tantum abest, ut continuam eorum seriem Le-

ctoribus promittere audeamus. Ne vero confuso cos ordine exhibeamus, chronologiam, qualem ex Donationum, Permutationum, aliisque chartis eruere licuit, sequimur. Itaque

Anno MLXXXIII. primum sub S. Wilbelmo Hirsaugiensium Abbate quasi secundum Patrem loco præfuisse, eumque in Spiritualibus æque ac Oeconomicis auxisse Ernestum sive Ernustum, Mabillonius putat, nos vero ægre assentimur, refragantibus Donationibus.

Anno MLXXXVIII. ex supposito eum secutus est Sanctus Theogerus, quem Trithemius adhuc Diaconum a S Wilhelmo Abbate Reichenbaco præfectum fuisse scribit: Cum ergo Wilbelmus anno MCXI. præsentem meliore vita commutaverit, & Theogerum nonnisi aliquanto jam tempore Prioratus officio functum Sacerdotio inangurari voluerit, consequens videtur Theogerum nec serius nec citius Reicbenbaco præfuisse. Assumptus est deinceps Sanctus iste Theogerus sive Theotgerus ad Abbatiam S. Georgii in nigra sylva, deinceps Villingam translatam, & demum ad Metensis Ecclesiæ Pontificatum, quem tamen inobedientia Civium Imperatori adversus Summum Pontificem adhærentium recipere detrectavit. Ordinatio ejus, seu Consecratio in Episcopum Corbejæ in Saxonia peracta est a Conone Cardinale Prænestino, deducentibus consecrandum Episcopum Magdeburgensi & Salzburgensi Archiepiscopis. Theotgeri meminit Mabillonius Annal. Bened. Tomo V. Lib. LXVII. Cap. CXIV. Deinceps vero usque ad annum

MCXV. Priorem Reichenbaci nullum novimus, cum eo duntaxat anno in Donationibus occurrat Trudewinus, nisi hunc Sancto Theogero sine medio successisse putemus. At ab eo Priore usque ad annum

MCCLXXX. ingens indubie lacuna aut hiatus, nisi quod eodem sæculo ex fragmento nostro Manegoldum quemdam, at sine Consule, sine anno Prioris munus obiisse discamus. Ad eum vero, quem diximus octogesimum hujus sæculi annum Priorem quemdam cum initiali nominis littera C. legimus, quem alium non fuisse putamus a Conrado, qui ad annum octogesimum secundum, nonagesimum primum, & trecentesimum septimum recurrit. Rursum

Anno MCCCXIV. reperitur Priorem Reichenbaci egisse Luitfridus, aut Liutfridus, quem, uti & præcedentem, Donationes laudant.

Anno MCCCXXXVIII. invenimus Marquardum ab Ehingen Volumine II. Chartarum Reichenbacensium, qui vel citius ejus loci Prioratum adiit, vel diu non tenuit; cum

Anno MCCCXXXIX. in Volumine I. Chartarum mox laudatarum alius jam Prior deprebendatur Reubotus, vel Reuboto nomine, de quo deinceps nihil amplius comparet. At ad annum

MCCCXLIII. & MCCCXLVIII. in utroque Volumine legitur Volmarus Reichenbacensis Ascterii Priorem egisse.

Anno MCCCLX. semel, nec sæpius occurrit, Gottfridum de Stamheim Monasterii præfecturam gessisse. Quamdiu præfuerit, in compertum, hoc certum est,

Anno MCCCLXX. septuagesimo quarto, & quinto, Henricum Guldin aut Gulden Prioris officium gessisse, idque ex Donationibus æque ac Volumine I. Chartarum constat. Nisi vero admodum diu in Prioratu egerit, jam iterum biatum offendimus, cum non nisi

Anno MCCCCXIV. in Donationibus alius Prior Nicolaus nomine occurrat. Annus aditi, & dimissi Prioratus, ut in reliquis fere omnibus, ita etiam bic nos latet.

Anno MCCCCXXIV. & XXVII. in utroque Chartarum Volumine Priorem egisse legitur Wolff Mayser, id est Wolframus, quem ad Abbatiam Hirsaugiensem deinceps anno vigesimo octavo ejus sæculi assumptum fuisse ex Trithemio discimus.

Anno MCCCCXXXVI. Codice seu Volumine I. Chartarum Reicbenbaci Prioratum tenuisse Nicolaus Greff; Deinceps vero de eo nihil amplius legimus.

Anno MCCCCLVII. & LXX. legimus Monasterii laudati Priorem fuisse Joannem de Münchingen, fidem faciente Volumine I. quem charta anni nonagesimi primi jam anno quinquagesimo septimo Fratribus præfuisse significat.

Anno MCCCCLXXI. regularis disciplinæ custodiæ ibidem admotus fuit Joannes Mallinsheimer, cujus paulo frequentior in chartis mentio ad eundem annum; Nec minus frequens

Ad Annos MCCCCLXXVII. LXXIX. LXXX. & LXXXII. Joannis de Wangen Prioris itidem in Reichenbach.

Anno MCCCCLXXXIV. & sequenti Codice I. chartarum legitur Reichenbaci præfuisse Nicolaus Erchinger, fors Ehinger. Rursum

Anno MCCCCLXXXVIII. & XCI. Codice II. Monasterii præfecturam, utique sub Hirsaugiæ Abbatibus, gessit Joannes Widel, quem alia charta Joannem Widel de Gernspach appellat.

Anno

Anno MCCCCXCV. MD. MDI. & MDIV. in Chartis utriusque Codicis laudatur Joannes Reitt Prior

Anno MDXII. & MDXV. legitur munia Prioris obiisse Reichenbaci Henricus de Stammen.

Anno MDXXII. occurrit in Prioris officio Joannes Schulthaiss. Deinceps verò usque ad medium hujus Sæculi alius haud comparet. At ad annum

MDLVII. in Litteris Joannis Friderici Ducis Würtembergici de anno MDCXII. legimus sæpè dicto Prioratui præfuisse Valentinum quemdam, qui etiam in originaria quodam pergamena ad annum ejus sæculi LIX. cernitur..

Anno MDXCV. ex Documentis redivivis Monasteriorum Virginum, in Ducatu Würtembergico sitorum pag. 272. & maximè ex Litteris dehortatoriis Rudolphi II. Imperatoris de hoc ipso anno ad Ducem Würtembergiæ Fridericum discimus, ante finem hujus sæculi Joannem Hygelium afflictissimi tunc, & ab Acatholicis oppressi Reichenbacensis Monasterii fasces gessisse, indubiè à Fratribus electum, cum Hirsaugiense Monasterium, cujus eousque fuerat Priorem nominare, jam ab MDLX. ab Acatholicis fuerit occupatum.

Itaque Priores Reichenbaci cùm aliunde tum ex residuis Documentis restitutos (esto non continua serie) tenemus saltem tres Supra viginti. Fuisse verò omnes Ordinem Benedictinum Hirsaugiæ aut Reichenbaci professos, ex eo constare potest, quòd stante penes Hirsaugiam jure nominandi Priorem vero simile non sit, ejus loci Antistites passos fuisse, ut aliunde Superiores accerserentur, qui ἀνδρικῶς sese eorum opposuêre conatibus, quos intellexerant meditari Superiores ab Hirsaugia independentes, ùt in consequentibus videbimus.

Quodsi illis accensere velimus Superiores illos, quibus authoritate Cæsarea Monasterii Reichenbacensis administratio commendata est, è Wiblingano Monasterio evocatis, mox

Anno MDCXXIX. Benedictum Rauch Administratorem habebimus, ad Infulas, Wiblinganas anno MDCXXXV. evectum, Virum incomparabilem, & nullis meritis æquandum, tum

Anno MDCXXXV. aut sequenti Albertum Gebhard longè pientissimum, cujus corpus à morte, quam Horbæ obiit Anno MDCXLVI. die VI. Decembris, post aliquot annos repertum est incorruptum.

Anno MDCXLVII. præfuit Reichenbacensibus Ernestus Fabri, & ipse dignissimus habitus, qui Benedicto anno MDCLXIII. ad laborum præmia evocato in Abbatiali dignitate Wiblingæ subrogaretur. Singulorum verò Priorum & Administratorum nomina in compendio hæc sunt.

S. Theogerus, obiit Episcopus Metensis anno MCXVII
Trudewinus.
Manegoldus.
Conradus.
Liutfridus.
Marquardus de Ehingen.
Reuboto, sive Reubotus.
Volmarus.
Gottfridus de Stammheim.
Henricus Guldin.
Nicolaus.
Wolff, sive Wolframmus Mayser, obiit Abbas Hirsaugiensis anno MCCCCLX.
Nicolaus Gress.
Joannes de Münchingen.
Joannes Wallinsheimer.
Joannes de Wangen.
Nicolaus Erchinger, fors Ehinger.
Joannes Widel de Gernspach.
Joannes Reitt.
Henricus de Stammen.
Joannes Schulthaiss.
Valentinus.
Joannes Hygel.
Benedictus Rauch, obiit Abbas Wiblinganus anno MDCLXIII.
Albertus Gebhard, obiit anno MDXLVI.
Ernestus Fabri, obiit Abbas Wiblinganus anno MDCLXVI.

CAPUT IV.

Succincta Reichenbacensis Monasterii historia à fundatione ad annum MCXV.

Dedimus jam suprà initia Reichenbaci, sicut ad alia progredi liceret; At ne quid intactum relinquamus adscribendum huc est, quod vetusta vita MS. Petri Dirminger do Windergrün in Stauffenberg, à Reverendissimo Abbate Wiblingano Benedicto conservata narrat: „Anno MLX. post Christum natum vivos inter degebat „Nobilis Dominus Berno Liber Baro de Sigburg & Heigerloch cum conjuge sua Ana„stasia de Ehingen, quam tenerrimè diligebat, sed in partu unacum filio Mater mortis „victima cessit. Tristi hoc nuntio Berno vehementer afflictus, alteri nubere recusavit, „sêque peregrinatum Romam contulit, fratre germano Arnoldo, homine duro in Hei„gerloch, interea arcem ejus Sigburg deprædante, devastante, frumentum, & utensi„lia secum auferente. Berno Roma redux, cladem intuitus, nihil de reparanda arce, „Spoliisque repetendis concepit, sed mundum pertæsus animum ineundæ Religioni ad„jecit. Unde consentientibus Agnatis, quorum intererat, locum, ubi nunc S. Gre„gorii Cella, comparavit, mox Hirsaugii Religionem ingressus anno MLXXII. Prio„ratum sæpefatum ædificare cœpit, & constructum anno MLXXX. primus Fundatur in„coluit, & in eo vitam beato fine clausit, traditis annuis reditibus ex asse, & Prioratui „donatis. Hæc dum agerentur, Arnoldus Fundatoris frater germanus humanis exime„batur; Unde dominium feudi rediit ad Ducalem Comitem de Hohenberg, proprieta„tis verò Cellæ S. Gregorii, vivente adhuc Bernone. Itaque anno MLXXII. coëmit „Berno Liber Baro de Sigburg & Haigerloch à quodam Nobili de Neinegg locum, in „quo nunc Cella consistit, unà cum pago Musbach, & aliquot juribus in tribus villis „Tanbachöff appellatis. Etsi verò Trithemii narrationi, quacum Donationes nostræ „concordant, plus tribuam, quàm posteriori huic narrationi, eam tamen prætermitte„re visum non fuit, quòd occasionem conditi Monasterii planè contineat, quam ex „Trithemii relatióne colligere non licuit.

Cæterùm non longè à Monasterii initiis Sanctus Theogerus adhuc Prior Herlucam Bernriedensem Virginem salutaribus monitis ad vitam spiritualem Reichenbaci informavit, ùt narrat Mabillonius Annal. Bened. Tomo V. Lib. LXVII. Cap. CXIV. Monasterium tamen Virginum Reichenbaco sub Theogero accrevisse non lego, etsi constet, eum septingentas omnino Virorum & mulierum animas curâsse, & ducem veluti regularis observantiæ eisdem extitisse.

Illud tamen exploratum est, Reichenbacensi Cœnobio sub primis Prioribus, Ernesto maximè, &S. Theogero plures paulatim bonorum accessiones per diversorum Nobilium æquè ac plebejorum largitiones fuisse factas, quas summatim mox referemus; Nec dubium, quin sub iisdem uti res & proventus, ita regularis disciplinæ studium, ex Hirsaugia in novam hanc Coloniam translatum, plurimùm creverit, cùm æquo plerumque passu fidelium in religiosos homines studia & cœli benedictio cum horum religiosis erga Deum studiis proficiant, deficiántque. Atque eo ex capite asserere non formidamus, primos Reichenbaci Ascetas per duo priora sæcula acceptam ab Hirsaugiensibus regularem observantiam ad unguem ex Legum Benedictinarum amussi custodiisse, quos Deus tot, tantîsque bonorum temporalium accessionibus dignos habuit.

Ne verò historiæ loco elògium Virorum illorum texere videar, his missis Fidelium illorum nomina adscribo, qui sua Reichenbacensibus Fratribus liberaliter contulerunt, ipsas verò Donationes ad calcem addimus, ne odiosa tot largitionum recensio non nisi aliis & aliis verbis variata fastidium afferat, quale indubiè ex toties iteratis vocibus *mansus*, *boba* (quas suprà explicavimus) *jurnales*, *liber homo*, *Miles*, *allodium*, *carrata*, *curtis*, *ingenuus*, *concambium*, *cambire &c.* (*a*) esset nasciturum. Nominibus donantium testium etiam nomina adjiciemus, quòd ea historiarum & genealogiæ studiosis alicui usui fore confidamus. En ergo Viros, quin & Fœminas misericordiæ, qui sua liberaliter pro Dei honore S. Gregorio, ejúsque Cellæ in Reichenbach contulêre.

Sæculò I.

S. Wilhelmus Abbas Hirsaugiensis. (*b*)
Gebhardus III. Constantiensis Episcopus ex Ducibus Zaringensibus.
Wern sive Berno Fundator Baro de Sigburg.
Ernestus Senior.
Volmar sive Volemar Maritus sororis Bernonis.

Bea-

Beatrix Nobilis Matrona.
Trutlindis.
Gebhardus Abbas Hirsaugiensis. (*c*)
Wæzelinus, & filius ejus Mangoldus liberi homines.
Udalricus generosus juvenis.
Otwinus.
Manegoldus de Leinstetten cum fratre Harwicho, & filio Birchtilone.
Reginboldus & Bertha conjuges.
Waltherus ingenuus & frater ejus Ruodolphus.
Wielandus liber homo de Altheim.
Adelot mox laudati Wielandi consobrinus, & Wielandus Senior cum filio ejus Burcardo, & fratre Adeloti Wern sive Bernone.
Wernherus Miles.
Bertholdus è Ducibus Zaringensibus cum duobus Militibus Wernhero & Volmaro.
Irine sive Iringus liber homo.
Bobo vir probus generosus.
Burcardus ingenuus de Jurenberg per manus Alberici Militis liberi hominis allodium servi sui Burchardi, & uxoris Machhildæ, coram Testibus Berchtoldo ingenuo homine de Stauffenberg, Walthero de Abbenwilare, Gerolt, & fratre ejus de Sterzingen, Hartbrecht de Cünberen, fors Zimmeren fratre dicti Alberici. Testes Comes Heinricus de Tuingen, & Rudolphus de lato lapide, Albericus de Sleichdorf, Reginboldus, Iringus, Sigeboldus, Gerricus, & Wolfgerus.
Hardwicus, aliàs Hardwinus Magdeburgensis Archipræsul. (*d*)
Cetzolfus Monguntinus Decanus.
Henricus civis Magdeburgensis.
Gerlachus de Malbotesheim.
Hezel, sive Hecelinus.
Ger, sive Gero cliens Volmari de Niuwenburg.
Machilt de Ravengenesburg.
Enzela.
Sophia de Machhusen cum filio suo Berlacho, sive Gerlaco.
Gisela.
Luttolfus Comes de Archelm.
Adelheidis vidua Henrici Comitis de Töwingen.
Udalricus liber homo de Waldaha.
Cano de Heppenheim.
Landegerus de Tila.
Hartwicus liber homo & civis Wormatiensis.
Razwib Matrona.
Humbertus de Albesheim.
Erchenbertus de Güntheim.
Gilolfus de Breittenowen.
Wernherus & Walto de Jagelfingen clientes Ludovici de Spizenberg.
Bertholdus senior & junior Duces.
Hugo de Salestetten, & Pater ejus Waltherus, & Rudolphus patruus.
Ruodolphus liber de Haldewant.
Wazelinus.
Drathwinus.
Rachilt.
Albertus filius Günzelini de Hodorf.
Buchardus, fors Burcardus filius Radebotonis.
Radeboto & frater ejus Ludfridus.
Luditha Matrona cum filio Ruodolfo.
Hartmut de Gamertingen.
Manegoldus Miles de Luitbach.
Henricus Clericus de Owa Manegoldi frater, & eorum sorores duæ.
Cono Clericus de Veningen.
Sigeboto & Trutwinus fratres.
Luitfridus de Gamertingheim.
Cono Miles Hugonis Comitis de Töwingen.
Enzmann de Dalheim.
Wernherus Clericus de Nellingesheim.
Ludebertus de Stufenberg, & uxor ejus.
Buchardus, fors Burcardus Ludeberti filius cum uxore & liberis.

K 2 Die-

Diemarus, & Enchardus fratres de Bonlanden.
Hugo Comes de Töwingen cum uxore fratris sui Henrici Comitis Adelheide.
Hugo de Sueindorff cum Bertha conjuge.
Hermannus de Windesle.
Ruodolphus de Winterbach.
Richenza de Spizenberg.
Ludebertus suprà laudati Ludeberti filius de Stufenberg.
Hiltigart.
Azelinus de Mezzenstetten.
Diezo.
Mechilt.
Luitfridus.
Heispo de Nellingesheim.
Ruodolphus de Waltorff cliens Adelberti de Altenstcige.
Eberhardus de Achara, & uxor ejus Gertrud.
Bern Junior Fundatoris filius.
Wolfhot de Altheim & filius ejus Hecil, sive Hecilo, aut Hezelinus.
Marcwardus.
Ropertus.
Azelinus.
Walcho Ruodolphi de Winterbach frater, cum Sigeboto de Bondorff eorum ex sorore nepote.
Rudiger de Reinecheim.
Bertholdus de Hirsaha & filius ejus Sigewart.
Machilt conjux Erlewein Comitis.
Sigeboto, Folmarus, Adelbertus, & Wimarus fratres.
Waltherus de Horeiva, sive de Horb.
Juditha de Wachendorff, & filius ejus Wecil, sive Wecilo.
Bernhardus de Salestetten.
Bernoldus Sacerdos de Dornstetten, & frater ejus Ruodolphus.
Billing filius Luitfridi de Rude.
Adolo Liber homo de Gunderichingen.
Gezcla.
Wouelin.
Wipertus de Luizenhart.
Sigeboto de Raggesingen.
Hermannus frater Alewici Comitis de Sulza Hirsaugiensis Monachus.
Wern, sive Berno de Hopsowa.
Wern, sive Berno filius Bernonis de Hypsowa.
Ludewicus Presbyter de Onefwilare.
Cono Clericus.
Waltherus de Ragesingen.
Irmengart de Tetilingen.
Berthold & frater ejus Henricus.
Hozmannus & Bertholdus fratres.
Lutholdus & Adelbertus fratres de Nagaltha.
Arnoldus.
Albertus & Cono fratres.
Marcwardus de Ettenheim.
Hildeboldus Miles, & uxor ejus Richenza, quorum donatione emptæ duæ hobæ à Reginbotone & Friderico fratribus de Gildelingen, ipsa Richenza dicebatur de Wachendorff.
Wielburg soror Bertholfi de Buch, vidua Anselhmi clientis Comitis Hugonis de Trawenegge.
Goxolt & Meginfridus fratres de Utingen.
Wernherus & Leutgart conjuges.
Reginhardus cum sorore sua.
Wernherus & Walthonus fratres cum Matre sua.
Hiltegart Matrona de Mezzenstetten cum filiis Henrico & Adelberto.
Ripertus & Arnoldus fratres.
Luitfridus ingenuus, ùt videtur, de Rumilmisbach & Sulzbach in Comitatu Vorcheim.

Notandum, quotquot huc usque Benefactores attulimus, ante annum MCXV. omnes vixisse, quòd Codex noster, ipsimque fragmentum, ex quibus nomina ista damus

mus, ùt ex adjectis subinde notis & numeris colligere licet, ordinis factarum donationum, & Chronologiæ rationem habeant. Qui verò deinceps sequuntur, videntur adhuc ante annum MCCC. aut certè eo desinente vixisse.

Si ulteriorem ab anno fundationis ad annum usque MCXV. rerum gestarum notitiam desideras, fatemur, ultra frequentes donationes fidelium, & Trudewini Prioratum, quem mox dicto anno tenuit, nobis compertum nihil esse.

(a) *Jurnalis*, *Jornale* idem est ac opus unius diei, aut quantum unum molendinum per diem terere valet.

Liber homo Nobilior apud Alemannos fuit, & idem, quod hodierni Liberi Barones, vulgò Freyherren.

Miles nomen viri est in officio publico non infimi gradûs, seu civile illud sit, seu militare, constituti, & velut alteri Majori militantis.

Allodium prædium hæreditarium, & proprium est.

Carrata, sive *carrada* onus carri aut currûs est, quantum carro vehi potest, plaustrum.

Curtis villa est paucis ædificiis constans, vel domus rusticana cum horto, aut prædiolo; Dicitur etiam *cortis*, & *curtile*.

Ingenuus homo idem est, ac liber, & servo opponitur; Hinc erant olim Chartæ *ingenuitatis*, quibûs servi in libertatem asserebantur.

Concambium, *cambium* (unde est *concambire*, & *cambiare*, item *camium*) aliud non est, nisi unius rei permutatio cum alia. Consule Vadianum, Du Cangium, & alios. Nos verò breves bas explicationes eo consilio adscripsimus, ne studiosus Lector, Benefactorum nomina in Donationibus &c. requirens, ad conspectum vocum illarum hæreret.

(b) S. Wilhelmum Hirsaugiensium Antistitem Cellæ S. Gregorii in Reichenbach, novæ scilicet Coloniæ suæ, multa contulisse constat, quæ quoniam ad præsentem historiam pertinere videntur, hic breviter enumeranda sunt.

1. Diethmari cujusdam Capitanei de Dryvels prædia in Oberencheim, hobæ duodecim cum vineto, & in Ozenhausen octo hobæ, & ad Vickenberg.

2. Erchenboti de Rotingen duæ partes in Husen, Ecclesia ex integro cum dotali manso.

3. Hobæ duæ in Huselinhart.

4. Comitis Alewici de Sulz, ejûsque fratris Hermanni possessiones in Nievern, pars Ecclesiæ, & tres hobæ.

5. Comitis Burcardi de Stauffenberg tres ibidem hobæ.

6. Cononis de Tachenstein hobæ duæ in Mortestal, & Cazenbach, aliæ duæ cum piscatione in Bierenheim.

7. Bona Gebhardi ex Comitibus de Urach, tum Hirsaugiæ professi, & postea Abbatis, quæ ipse, & frater ejus Egino ante conversionem possederant in Owa, & Atenharde juxta Rhenum, scilicet prædia duo in concambium data pro sex hobis in Gotellbingen, & prædium similiter in concambium datum pro alio in Argozingen, quod erat trium germanorum fratrum Adelberti, Winari, & Luitperti de Ysolteshusen.

8. Denique Clerici cujusdam Rötman dicti de Stophilin prædium in Herichefwilare.

(c) Gebhardus ex Comitibus de Urach Abbas Hirsaugiæ XIII. æquè res Reichenbacensium egregiè juvare studuit.

1. Confirmavit omnia à Prædecessore suo Wilhelmo Reichenbacum legata.

2. Donavit decem carratas vini ex vineis in Endingen, quas antebac Burchardus & Bertholdus Comites de Stauffenberg Hirsaugiæ contulerant.

3. Quatuor hobas in Argozingen, unúmque molendinum in Vasburwilare, quæ ex dono Gozolti de Bliderbusen Monasterio Hirsaugiensi obvenerant.

(d) Hardwicus iste, sive Hardwinus oriundus erat ex Comitibus de Spanheim, & Artenberg; Dicitur etiam ab aliis Hertericus, in schismate contra alium cognominem electus.

CAPUT V.

Reliquæ Donationes, aut veriùs donantium nomina, & paucula Reichenbacensium gesta usque ad annum MCCC. perstringuntur.

Luitfridus, cujus donatio confirmatur in præsentia Brunonis Abbatis Hirsaugiæ (a), Trudewini Prioris in Reichenbach, Reginbotonis Comitis de Malsa, Swigeri de Wesingen, Hugonis de Heidolfesheim, Wernheri de Ramecheim, gotescalci & filii ejus, Adeberti de Achera, Bertholdi de Eberstein, & filii sororis ejus, Wecilonis de Zolra, Wecilonis, & fratris ejus Gnannonis de Babincwiler.

Adelheidis Luitfridi uxor, & filii ejus.

Anselmus de Malse.

Wernherus de Sallesteten.

Gisela & filii ejus Adelbertus & Hugo de Scuphheim per manum Erchenboldi de Achera. Advocatus eorum fuerat Erchenboldus de Hachberg.

Hartmut de Witendorff filius Gozzoldi & Berthæ. Testes Waltherus de Horw, & Sigelwart de Dedelingen.

Waltherus, Egilolfus, & Sigefridus de Roggesingen.

Buntramus (ni fallor, Guntrammus) Vir Nobilis. Testes Hugo Comes, & filius ejus, & cùm donatio illius legitimè confirmaretur, Ruodolphus de Sigmaringen, Erenfridus de Ritenhalden, Otto de Raggesingen, Wielandus, Buchardus de Altheim, Margwardus de Sallesteten, & Udalricus de Waldaha.

Meginlaus, Wolprandus, & Hermannus fratres de Oberencheim viri Nobiles, præsidente Hirsaugiæ Volmaro Abbate (b) Advocato Reichenbaci Adelberto de Calwe, Testibus Adelberto & filio ejus de Steinekke, Marcolfo de Ageleftewilare. Donatio verò confirmata fuit præsentibus Marcolfo de Agelsterwilare, Pirtheloxe de Leinsteten, de Altheim, Wielant, Walthero, Sigefrido, Ebbone, Wernhero, Bertholdo de Roggesingen, Walthero Hartmut de Gottelbingen, Herman, Heinreich de Sallegstetten, Heinrico Buchardo, Margwardo Nüferon, Adelharto, Walthero, Conrado. In Donatione alia ejusdem Hermanni suprà laudati testes erant Egilolfus de Brandekke, Anshelmus de Malso, Harmut de Wittendorf, Buntramus sive Guntrammus de Husen de Witelinifwilare, Adelbertus, Bertholdus, Manegolt, Willehart, Hartmannus, Adelbertus, & alii plusquam sexcenti Viri Liberi, & plebeji, aut servi. Præsentes item erant Meginhardus & Sigefridus Archipresbyteri cum aliis Clericis decem.

S. Blasianus Præpositus & adjutor Erlewinus, & Bertholdus cum Buchardo de Sulzow.

Erlewinus nobilis de Bernech, deinceps Monachus.

Luitfridus Decanus S. Pauli Wormatiæ.

Adelbertus de Haigerloch in præsentia Palatini Comitis Hugonis, & Testium Comitis Aliwic de Sulza, Cunonis, & Waltheri filii ejus de Howa, Waltheri de Uttinbruga, Comitis Bertholdi de Achalm, Conradi de Ammur, Ottonis de Antringen, fors Ambringen, Waltheri de Bebeling, Gebhardi de Raccisingen, Hildepolti de Isenbrug, Eberharti Miringen, Bertholdi de Blanckenstein.

Eberhardus ingenuus de Sasbach & uxor ejus Eligga.

Wernherus de Ortinberch vir militaris & ingenuus, Testes Rupertus Hirsaugiensis Abbas (c), Welfo de Raphinspurg, & Bertholdus de Zeringen Duces, Comes Bertholdus Monasterii Advocatus, & ejus frater Conradus, Wernherus de Ortenberg, & ejus frater Conradus, Richardus de Capella, Adelbertus de Waldegge, Reginhardus de Calwa, Hilnbardus & Fridericus de Scowenburg, Hildebertus, & alii.

Bertholdus Miles de Ehingen Ministerialis Ducis Welschoni (Welfonis) constituens uxori suæ Heilewic anniversarium.

Rudolphus Comes Palatinus de Tingen.

Hugo de Wilare vir illustris sibi & uxori Machild anniversarium constituens. Testes Folmarus de Wilar cognomento Prawa, & Hartmutus liber homo de Büttelbrunnen.

Hugo Miles de Hiligen Senior & conjux ejus Petrissa.

Hugo junior, conjux ejus Machild.

Marcwardus filius Hugonis Senioris, uxor ejus Heibnigis.

Conradus frater Hugonis Senioris.

Hugo filius Conradi de Hilingen.

Bertholdus de Sulzza nobilis Comes.

Werentrudis soror Militis de Thitingen.

Henricus de Millen Clericus.

Conra-

Conradus Comes Palatinus de Tuingen.
Hildeboldus de Yſenburch.
Conradus Miles de Huſen.
Wernherus & Diethericus fratres Milites de Ihilingen, quorum uxores Wilbirgis & Adila.
Marcwardus Miles de Ihilingen.
Conrad Miles de Ihilingen.
Agnes de Ihilingen.
Ulricus Miles de Ihilingen.
Conradus Molendinator de Horw.
Buchardus dictus Nopularius cum conjuge.
Henricus Miles in Achata.
Wilhelmus Comes de Tuvvingen.
Wernherus de Recheſingen.
Rachilt Matrona de Bernoltcshofen cum Marito Gotefrido Willico de Stauffenberg.
Teſtes Adelbertus Miles de Neſcilrit, Rudolphus Miles de Scovvenburg.
Adelbertus Miles de Neſcilrit.
Hildeboldus de Iſemburg Nobilis & Strenuus.
Wolmarus Comes de Vehringen.
Ludovicus Comes Palatinus de Tubingen cum Matertera ſua Eliſabetha ex Comitibus de Eberſtein. Qui item ſibi conſtituit ſacrum quotidianum.

Hæc ferè ſunt donantium Nomina, quorum res Reichenbacum legatas in Donationibus videre licet; Nunc paucula, quæ Superſunt, Monaſterii geſta usque ad annum MCCC. pertexemus.

Recepêre Monachi Reichenbacenſes in gratam tantorum beneficiornm memoriam, non modò generalia Benefactoribus omnibus ſuffragia impendere, verùm certis quibusdam ſingularia conſtituta ſunt Anniverſaria. Inter eos ſunt

1. Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis.
2. Erneſtus Senior.
3. Luitfridus ingenuus de Rumilmisbach & Sulzbach, ùt videtur.
4. Berno de Sigburg & Heigerloch Fundator cum Familia.
5. Buntramus, ſive Guntrammus vir Nobilis.
6. Luitfridus Decanus S. Pauli Wormatiæ.
7. Heilevvic conjux Bertholdi Militis de Ehingen.
8. Hugo de Wilare vir illuſtris.
9. Rudolphus Comes Palatinus.
10. Hugo Senior & junior cum conjugibus Petriſſa & Machilde, Marquardus Hugonis ſenioris filius & conjux ejus Heibingis, Conradus Hugonis ſenioris frater, & Hugo filius Conradi, omnes de Hilingen. Anniverſarium obitur diſtinctis diebus.
11. Bertholdus de Sulza Nobilis Comes.
12. Hermannus Mayr de Hohenrieth.
13. Machilt uxor Erlevvini Comitis pro patre.
14. Ludevvicus Comes Palatinus de Tüvvingen Sacrum quotidianum.

Nec dubium, quin etiam Marchiones Badenſes, & Comites Eberſteinii ſua habuerint Reichenbaci Anniverſaria, & gratam pro beneficiis memoriam, ſed ſingularem eorum mentionem in Documentis noſtris non deprehendimus. Hæc omnia tamen ſuffragia (prô dolor!) ab anno ſuperioris ſæculi XLVIII. ceſſant, & contra Fundatorum mentem pia eorum legata in alienos planè uſus ſunt impenſa.

Cætera verò, quæ res geſtas Reichenbacenſium ſpectant, pauca ſunt; Primum horum eſſe videtur, mox à fundatione Monaſterii orcum ſecundos ei ſucceſſus invidiſſe, & excitâſſe Machtildem ſive Mechtildem de Sunthauſen, quæ Erneſto Seniori prædia quædam in Hirslandun, & Huſun cum appertinentiis omnibus pro centum & viginti argenti marcis vendiderat, ut obtentu vel non ſoluti pretii, vel læſionis nimiæ, negotium ipſi Erneſto, ac Monachis faceret, etſi in venditione ipſa Hardvvici Magdeburgenſium Archipræſulis, Hermanni ejusdem Urbis Præfecti, Friderici Palatini Comitis, aliorúmque Saxonum, Suevorum, & Bavarorum authoritas interveniſſet, ipſéque Hardvvicus viginti marcarum ſubſidium pro ea emptione præter alios liberaliter contuliſſet. Erneſtus ergo, quoniam cupiditate peculii fœminam urgeri intellexerat, eam ſedaturus, ipſus eam in Saxonia, ubi reſidere conſueverat, convenit, tantúmque, quantum exigere ei libuit, poſtliminiò exſolvit, & ex Francorum lege de novo prædia illi ſibi, aut veriùs Reichenbaco aſſeri procuravit. Quievit ergo Mulier, aut non acquievit prorſus Sigebertus Machtildis illius filius natu minimus, qui haud adeò multis pòſt annis coram Rege Lothario conqueſtus eſt, legatum illud (venditionem dicere malim) à Matre & ſeniore fratre contra jus fáſque factum nimium quantum rebus ſuis incommodare. Que-

rela ad Regis aures Wirceburgi delata oblatione alia triginta marcarum argenti sopita, & demum Spiræ coram eodem Lothario II. res ita composita, ut non modò Sigebertus, sed etiam soror ejusdem cum filio Gerundo nova prædiorum cessione per manus Waltheri de Rotenburg, & Udalrici Abbatis Cellæ Paulinæ negotium omne absolverent. Cùm Lothario Regni fasces anno MCXXIV. delati fuerint, non longè post ea tempora cessio hæc ultima facta fuerit, necesse est. Porro primæ emptioni præter dictos interfuisse memoratur Sigelochus quidam, & Burchardus major natu filius Machtildis cum consensu suorum per manus Nobilis cujusdam Bertholdi de Sparervvarseke prædia illa obtulisse. Secunda traditio Machtildis facta est in præsentia laudati Archipræsulis Hartvvici, H. ejus fratris, Hederici Militis, Theoderici Comitis de Hora, aliorúmque qui interfuêre, quales memorantur Sigeloch, & Heinricus, Fridehelmus, & Winehart Miles Fridehelmi, Adelbertus & Buchardus Milites Archiepiscopi.

Sub eadem ferè tempora, cùm Manegoldus de Leinstetten dimidium aquaticum septum (ita appellatur in Donationibus) cum adjacente prædio in Grafenau, & monte, qui Schvvarzenberg dicitur, Reichenbacum legâsset, Fridericus ex Comitibus Zollerensibus eo loco dominium proprietatis sibi vendicare constituerat; At Harvvichus Manegoldi frater litem evicit, sic ut Reichenbacensibus salva sua consisteret Donatio. Nec dum tamen contentionum finis, cùm idem prædium usurpare tentaret, incertum quo titulo, Henricus de Altensteiga; Verùm Birchtilone Manegoldi mox laudati filio Reichenbacensium rem strenuè agente, ab injusta usurpatione Judicis sententiâ revocatus est.

Ineunte item Monasterii sæculo II. anno videlicet MCLXXXVIII. obiit Reichenbaci, quò se negotiorum causa contulerat, Conradus XIX. Hirsaugiæ Abbas febribûs absumptus, ùt refert Tritbemius Chronici Hirsaug. Tomo I. pag. 477. Erat Conradus iste patria Suevus, ex prosapia Comitum de Kilchberg oriundus, frater Hermanni Comitis. Defuncti cadaver Hirsaugiam relatum ibidem in Ecclesiæ tumulatum fuit. Sub eadem ferè tempora cœpêre Reichenbacensium prædia, maximam partem ex Fidelium oblationibus conquisita, aliis elocari, constituto singulis annuo canone, quædam etiam in beneficium & feudum concessa, de quibus singulis fastidiosum foret meminisse. Alia ab industrio prorsus Priore Conrado numeratò pretiò coëmpta sunt; Talia sunt jura quædam in Hiringsperg, bona in Grünemezstetten, & Gunderichingen: Aliorum denique præstationes certum in ordinem redactæ, & debitè conscriptæ fuerunt.

(*a*) Bruno primùm Spirensis Ecclesiæ Canonicus, & demum Hirsaugiæ Monachus, anno MCV. Gebhardo Abbati in dignitate & regimine successit.

(*b*) Volmarus defuncto Brunoni suffectus fuit anno MCXX. & præfuit Hirsaugiæ usque ad annum MCLVII.

(*c*) Rupertus Hirsaugiensem Abbatiam post Manegoldi mortem adiît anno MCLXV. quam denuo resignavit anno MCLXXVI. ut adeò largitiones illæ, de quibus hoc Capite egimus, indubiè adhuc ante annum MCC. factæ sint.

CAPUT VI.

Ulteriora Monasterii Reichenbacensis gesta ab anno MCCC. ad MDXC.

Etiam his temporibus Fidelium pietatem Rebus Reichenbacensium aliquoties succurrisse ex eorumdem oblationibus exploratum est, quas pro hactenus observato nostro instituto recensitis saltem donantium nominibus attingimus ordine chronologico.

Diethericus Rohrdorffius MCCCII. renuntiat gratuitò quibusdam juribus.

Gokeli civis Horbensis eodem anno offert quosdam census.

Hermannus Mayr de Hohenrieth legat tres sextantium libras constitutô sibi anniversariô. Anno MCCCVII.

Stephanus Alberti de Hohenberg Servus post obitum legat decem medimnos sive maldras tritici MCCCXI.

Henricus Würth an der Egge civis Horbensis anno MCCCXIV. itidem post obitum donat debitam sibi in peculio & fructibus portionem. Anno MCCCXXX. Diemo de Steinhülvve legat Monachis annuos octodecim solidos.

Heinz-

Heinzmannus & Wilhelmus fratres Comites de Novo Eberstein anno MCCCXLII. controversa hucusque cum Monasterio jura puncto Sylvarum & piscationis, libera con signant.

Joannes de Gültlingen Nobilis vulgò Edelknecht, anno MCCCXLIII. de decimis quotannis septemdecim medimnos filiginis cedit.

Henricus Zeringer Presbyter Sæcularis in Gilstatt, deinceps Reichenbaci Monachus, donat annuum canonem viginti modiorum filiginis ex agris in Uttingen anno MCDXXVIII.

Jacobus Marchio Badensis Majorum suorum fundationem in Parochia Schvvarzenberg renovans anno MCDXXXVII. resuscitat canonem annuum quadraginta librarum sextantium.

Plures equidem donationes circa hæc tempora adnotatas non vidi. Crediderim tamen, quasdam Conventiones, in favorem Monachorum ejus loci pactas, jure nonnunquam inter beneficia collocari posse, quales modò recensebimus prætermissis plerumque aliis, quæ minùs insignes videbantur. Itaque

Reichenbacum moderante anno MCCCXIV. Luitfrido Priore inter Burcardum Colman civem in Heigerloch & Fratres conventum est super jure prædii cujusdam in Salstetten, proprietate, ni fallor, Fratribus asserta.

Anno MCCCXXXVI. erectæ sunt Litteræ Conventionis & Concambii super molendino in Nievern inter Monachos & Conradum ab Enzberg de Hohenriedt, vi quarum Conradus X. solidos cum dimidio in annos singulos pendit. Actum Priore Marquardo.

Anno MCCCL. Henricus & Wilhelmus fratres Comites de Eberstein Reichenbacensibus concedunt Jus Patronatûs Ecclesiæ in Nagolt, cum incorporatione ad mensam Fratrum.

Anno MCCCLXXII. quo immediatum Monasterii regimen penes Henricum Guldin Priorem erat, Henricus Würth Scriba dictus obligat ad novennium prædium in Ergazingen, utrique parti quadraginta medimnos filiginis præstiturum.

Anno MCCCXCVIII. Lites super dimidio hæreditatis adeundæ in Civitate Horbensi primò quidem per sententiam Judicum, mox ultronea conventione sopitæ sunt inter Reichenbacenses, & Joannem de Diessen.

Benzo Deufel, quocum anno MCD. super prædio Gottelfingano Fratres convenerant, anno MCDXIII. fatetur, se bis per annum obligari, seu Priorem in Reichenbach, seu de ejus mandato quemcunque alium, hospitio excipere asymbolum, & gratuitò.

Anno MCDXXV. Reichenbacenses & Rohrhaldenses Eremitæ conventionem ineunt super annuo canone quinque maldrarum, seu medimnorum filiginis in Remingsheim.

Anno MCDLXXI. transegêre Reichenbacenses amicè cum Wilhelmo Röder super dimidietate bonorum in Huvvenbach, sive Hubenbach, cujus loci prædia aliquot cum decimis in Cappel & Rudispach à Bernardo Ottone Friderich quadringentis quinquaginta florenis compârarunt.

Anno MCDLXXIX. ortæ super decimis in agris, Mederach dictis, controversiæ inter Curatorem Ecclesiæ in Altheim, & Reichenbacenses denuò amicè compositæ fuerunt.

Simili compositione anno MCDLXXXIV. venis subditorum Monasterii in Heselbach, Röth, & Schvvarzemberg, quas à Besenveldensibus nonnullis subibant, à Priore Nicolao Erchingero obviatum.

Annus sequens geminæ compositionis ferax fuit, primæ quidem inter Würtembergenses Comites Eberhardos Seniorem & juniorem ex una, & altera ex parte inter Conventum ejusque subditos in Besenveldt, Mospach, & Röth: Alterius autem inter Præpositum Collegiatæ in Hermberg Melzonem Melvvis & Reichenbacenses super pago Hochdorff, in quo aliquot etiam subditos præfata Collegiata numerabat.

Transactioni alteri anno MCDXCI. occasionem dedere annui census Ecclesiæ in Dornstett & Monasterio Reichenbacensi pæne ex æquo dividendi.

Super aliis decimis in Usvviler, vulgò Schlüssel-Zehenden anno MDXXIII. cum Præposito, Decano & Capitulo Spirensi conventum.

Anno MDLI. cùm Reichenbacensibus incumberet obligatio, in recognitionem nescio cujus rei, quot annis unum pendendi accipitrem Comitibus in Hohenzolleren, actum inter utrosque, ut insolitum illud pensum alio quodam permutaretur, permittente Jodoco Nicolao Comite.

An æquè semper felices fuerint in finiendis Controversiis, quas ad forum contentiosum deducere oportuit, non facilè dixerim; Eas brevissimè attingemus ordine itidem chronologico.

Sub annum MCCCXXIII. Dragobetus Eques de Eglopstall tandem promittit, se nihil deinceps molestiæ Reichenbacensibus in perceptione decem solidorum Tubingensium, nî fallor, Judicis sententia adactus. M Vix

Vix aliter anno MCCCXXX. Waltherum Ganſen, niſi via juris compulſum exiſtimo, ut tandem reciperet, prædium ſuum in Gunderchingen ſibi eſſe redimendum, niſi & uſu & fructu ejus carere deinceps cuperet.

De controverſia Monachorum cum Comitibus de Novo Eberſtein hoc Capite inter Donationes dictum, uti etiam de alia cum Joanne de Dieſſen, quas repetere ſuperfluè non libet.

Anno MCDXII. per Judicis ſententiam evicta & Reichenbacenſibus aſſerta eſt libertas prædiolum ſuum in Wittingen cuicunque conferendi: Novæ autem contentiones ſuper ejusdem loci bonis cum Wernlino Hummel ſimili ratione ſopitæ

Anno MCDLV. differebant inter ſeſe Monachi, & Horbenſes ſuper cenſu aut præſtatione annua ex ædibus Reichenbacenſium eo in oppido ſitis.

Terminos paſcuorum jurata teſtium depoſitione cogebantur ſibi aſſerere anno MCDLXI.

Annus MCDLXX. duo nobis Notariorum Inſtrumenta ſuggerit, quorum primum vexas Würtembergenſium circa pratum in Neytliſtreff, alterum jus paſcui in pratis Monaſterii ſpectabat. Utrobique teſtes in favorem Reichenbacenſium dixêre. Acta hæc ſunt ſub Priore Joanne de Münchingen.

Annum MCDLXXI. Prioratûs ſui primum exordiri coactus eſt diem dicendo Dornſtettenſibus Joannes Mallinsheimer; Siquidem aliqui eorum vaſalli feudum quoddam Monaſterii indebitè diviſum alienaverant, quod denique per Judicum ſententiam in ſtatum priſtinum reſtituendum eſſe fuit pronuntiatum.

Anno MCDLXXIV. impetrata judicis ſententia Fratres ſibi decimas quasdam in Wiler vendicârunt, uti etiam biennio pòſt bona in Waldorff, & canonem annuum ex Molendinis in Mülen, & agris quibusdam in Horb.

Anno MCDLXXVII. itidem controverſiarum ferax, cùm non niſi poſt lites canonem quemdam in Fiſchbach ſibi aſſerere Monachi potuerint, quæ verò in Gunderchingen ſui juris erant, anno duntaxat obtinuerint. Legimus itidem ad hunc annum, Joannem de Wangen Priorem in Reichenbach ſeſe oppoſuiſſe pro virili ſua cuidam Conrado Ungmach, qui feudum Prioratûs Wittendorffenſi Eccleſiæ oppignoraverat, & actorum reſciſſionem tandem impetrâſſe.

De Controverſia cum Curatoribus Eccleſiæ in Altheim ad annum hujus ſæculi ſeptuageſimum nonum in Conventionibus locuti jam ſumus.

Anno MCDLXXX. Joannes Prior jura prædiorum in Nideracheren edicto judicis ſibi aſſeri, & in charta conſcribi curat.

Joannes Deufel de Gottelfingen, cùm Reichenbacenſium prædium pro octoginta florenis & annuo quatuor florenorum cenſu alteri cuidam [illegible]pignorâſſet, anno octogeſimo ſecundo hujus ſæculi factum reſcindere juſſus eſt á competente Judice.

Controverſiæ Beſenveldenſi anni MCDLXXXII. in Conventionibus meminimus ad annum ejus ſæculi octogeſimum quartum, at contentiones biennio antè exortas non niſi hoc elapſo componi potuiſſe nondum diximus.

Anno MCDXCI. judicio Chriſtophori Marchionis Badenſis contra ſubditos ejusdem in Sulzbach firmatum eſt, jus paſcuæ glandis, ſeu glandium tempore immittendi ſues in ſylvas Reichenbacenſibus deberi.

Similiter cùm anno MCDXCVII. Schernbacenſes & Gottelbingenſes paſcua Reichenbacenſibus intercluſa, interdictáque vellent, latâ geminâ ſententiâ poſterioribus vendicata ſunt.

Anno MDLX. jus in Murga piſcandi hamis, quod ſubditi hactenus prætendebant, uſurpabántque, authoritate Chriſtophori Marchionis Badenſis ad certos terminos redactum fuit.

Anno MDLII. Frobenius Chriſtophorus Comes de Zimmeren Rotvvilæ in Judicio Imperiali ſententiam dixit pro Reichenbacenſibus contra Gallum Schüz de Eittingen ſuper prædio in Baiſſingen.

Poſſemus hîc feuda, & beneficia à Reichenbacenſibus aliis elocata, conceſſáque enumerare, at nullo ferè rei Litterariæ emolumento, Itémque emptiones & venditiones complures, quæ tamen ad hiſtoriam parum facere videntur; Itaque brevem emptionum Catalogum dabimus, ad hiſtoriam horum temporum properantes.

Empta ſunt MCCCIV. jura aliquot in Musbach, jus piſcandi in Sulzau anno ejus ſæculi VII. anno autem XXVIII. annui quinque medimni ſiliginis in Gottelfingen, cenſus annui in Gunderchingen & Schiettingen numeratis viginti ſex libris ſextantium anno poſt quinquageſimum ſecundo, pro centum triginta libris domus cum horto in oppido Horb anno ſexageſimo ſeptimo, & extra oppidum prædium quoddam centum viginti ſeptem libris, anno ſeptuageſimo quarto viculus Röth cum omni jure numeratis CCXX. libris. Renuntiante omni juri ſuo Wernhero de Beſenveldt. anno octogeſimo primo ab Alber-

Alberto & Joanne de Auvv pagus Zeyersperg cum appertinentiis, datis in pretium septuaginta fextantium libris (fors prædium duntaxat fcribendum fuerat) anno MCDX. coëmptum fexaginta libris prædium in Ergazingen, anno hujus fæculi quinto fupra vigefimum pro fexaginta florenis Rhenanis decimæ quædam vini in Horb, Decimæ autem vini in Wiler comparatæ anno quadragefimo fecundo quadringentis florenis, & fequenti anno feudum unius agri in Sulzau. Anno quadragefimo quinto coëmpta Horbæ domus, aut veriùs pro alia meliore commutata numeratis centum feptuaginta florenis, anno quinquagefimo quarto hypothecæ inftar prædium quoddam in Nideracheren ad Reichenbacenfes tranfit, donec illud Georgius de Schauenburg cum conjuge Catharina de Sickingen centum florenorum numeratione reluant: Anno feptuagefimo primo Joannes Mallinsheimer Prior Reichenbaci à Bernardo Ottone Friderich de Strafsburg complura prædia in Hugenbach folutis quadringentis quinquaginta florenis acquirit. Rurfum anno ejus fæculi octogefimo tertio Fratres mutuos centum florenos, quos Præpofito & Conventui Omnium Sanctorum in Hercynia Sylva conceflerant, oppignorata quarta parte decimarum vini in Cappell in tuto locant, & Horbæ alias vini decimas à Joanne Strüchler octoginta quinque florenis comparant. Acceffêre anno octogefimo octavo decimæ majores in vino numeratis DLX. Rhenenfibus florenis in dictô Cappell Priore Joanne Widelio de Gernfpach, & anno quingentefimo fupramillefimum pro octoginta Rhenanis à Jacobo de Ampringen quarta pars decimarum vini in Bühel & Lichenbach. Empta rurfum anno MDXI. prædia quædam in Ylenfperg, & coloni Rothenfes ab aliquo tempore aliis Dominis obligati anno ejus feculi vigefimo nono redempti funt. Quibus omnibus addi poteft ad annum quadragefimum feptimum dimidia domus torcularia cum ulla vinaria ab Andrea Fauft in Alfchvveyr comparata.

Contrà vendidêre quibufcunque demum ex caufis anno MCCCLXX. Henrico Guldin Priore Sanctimonialibus in Engenthal annuum quemdam canonem II. maldrarum filiginis, & bienniô pòft alienarunt prædium Horbenfe, dictum Waltheri Ruhingeri pro CIII. fextantium libris. Anno MCD. bonum quoddam in Uttingen Ofvvaldo Im Thal Horbenfi fexaginta libris vænit, & bienniô pòft domus Horbis cum horto CC. Rhenanis Joanni Ruhingen. Denique anno MDXIII. cum pacto, reluitionis, aut jure retractûs prædium quoddam in Röth confentiente Joanne Abbate Hirfaugienfi. (*a*)

Quæ deinceps Reichenbacenfium hiftoriam, & res geftas fpectant, ferè fequentia funt: Othmannus, Henricus, Bertholdus, & Wilhelmus Eberfteinii Comites volente Sigifmundo Hirfaugienfium Abbate (*b*) Reichenbaci advocatiam & protectionem fufcipiunt anno MCCCXXXIX. Nefcio, an eodem anno, an ferius, Marquardo ab Ehingen quondam Priori pro alimentatione fua prædium in Sulzau Reubotus tum Prior cum Fratribus conceflerit, hoc certum anno MCCCXLIX. charta idcirco confcripta confeffum fuiffe Marquardum, fe prædium illud eum in finem ad vitæ dies tenere rediturum poftliminiò ab obitu fuo ad Monafterium. Anno ejus fæculi quinquagefimo Henricus & Wilhelmus Eberfteinii Comites jus præfentandi in Irnagoltt Monafterio cedunt. Anno MCCCLX Innocentius VI. P. M. Abbati in Alberfpach committit, ut Reichenbacenfium bona indebitè alienata authoritate Apoftolica Monafterio denuò vendicet. Trienniô pòft cùm Reichenbacenfium ædes in oppido Horb (an civium infolentiâ, an alia de caufa incompertum) damnum paffæ fuiffent, ab ejus loci civibus centum triginta & una libræ pro earumdem refarcitione numerantur. Anno MCDXXVII. Wolframus Mayfer vir induftrius, & rerum ftrenuus confervator libros cenfuales omnes renovari curavit, anno fequenti ad Hirfaugienfem clavum (*c*) admotus. Vel difplicuit ea electio Reichenbacenfibus, vel aliunde, quàm ex fuo gremio Priorem fibi accerfiri ægriùs ferebant. Certè anno XXXII. ejus fæculi Fratres libertatem & independentiam ab Hirfaugia modis omnibùs fufpirârunt, conftituto fibi viâ facti novo Priore, de quo Trithemius Chron. Hirfaug. Tomo II. pag. 386. ad hunc annum. Itaque eùm Wolframus Abbas incaffum alia tentâffet, renitentes Bafileam ad Generale Concilium evocavit, ubi Judicum Deputatorum fententiâ Abbas ita triumphavit, ut Prior deinceps femper ex Hirfaugia accerfiri, hic ipfe accepti & expenfi rationem Abbati reddere, ipfique Novitii non nifi confulto Hirfaugienfi Abbate ad Ordinem admitti deberent. Decretum Judicum emanavit demum anno MCDXXXVI. Videbantur revera ipfi Advocati à Reichenbacenfibus ftare, donec de fuperioribus punctis Wolframus Abbas etiam cum Jacobo Marchione Badenfi, & Bernardo Comite Eberfteinio anno trigefimo nono ejus fæculi convenerit. Nec fic tamen conquievêre motus omnes; „Anno enim Wolframi Ab- „batis XIIX. (verba funt Trithemii Chron. Hirfaug. Tom. II. ad annum MCDXLVI. „pag. 415.) fe Fratres Prioratûs in Reichenbach denuò contra Wolframum Abbatum „Hirfaugienfem erexerunt in rebellionem - - fed per induftriam Joannis Abbatis in Sel- „fa tunc Ordinis noftri Argentinæ Diœcefis ad concordiam revocati funt.„ Deinceps anno ejus fæculi LX. eligitur in Abbatem Hirfaugienfem Bernardus, (*d*) Monachum quondam Reichenbaci profeffus, fed amore ftrictioris difciplinæ in Hirfaugiam translatus.

Cùm interim Monachorum bonis plurima à Würtembergicis quotidie enascerentur incommoda, anno MCDLXIX. contentiones desuper exortæ inter Carolum Marchionem Badensem, & Comites Würtembergicos Ulricum & Eberhardum ita compositæ sunt, ut Marchio Bayrsbronnenses & Fünfbronnenses cum prædiis in Hochdorff modis omnibûs se protecturum adpromitteret, modò æquali protectione Reichenbacum cum prædiis & pagis suis à Comitibus gauderet. Anno MCDLXXXIV. Georgius (*e*) Abbas Hirsaugiensis resignatus Reichenbaci sedem suam figit, volentibus ita Hirsaugiensibus infra biennium ibidem mortuus. Ex investitura cujusdam Georgii Würsten ad beneficium & Altare S. Antonii in Sacello suburbano B. V. M. Horbæ intelligimus jus præsentandi ad Reichenbacenses Monachos anno MDI. spectâsse, eóque anno Constantiensi Episcopo Hugoni dictum Presbyterum præsentâsse. Egerat tnm Priorem Monasterii Joannes de Reitt, qui jurium ejus custos planè vigil, cùm XL. circiter floreni, ad exsolvenda quædam debita à Christophoro Marchione Badensi occasione dissidiorum cum fœderatis Helvetis contracta, exigerentur, illos equidem numeravit, ita tamen, ut Marchio publicis tabulis contestaretur, ad ejusmodi præstationem Reichenbacenses nullo prorsus jure obligari: Factum id anno MDII. Abiêrant interim viginti anni, & mox laudatus Marchio cum Bernardo Ebersteinio Comite, uterque Advocatiæ titulo, Constitutiones quasdam & ordinationes quasdam Reichenbacensibus præscripsêre Priore Joanne Schulthaiss sub annum MDXXII. Ad annum verò ejus sæculi LVII. cùm in Prioratu Valentinus ageret, Christophorus Würtembergiæ Dux cum Philiberto Badensi Marchione, & Wilhelmio Eberstenio Comite Advocatis Reichenbacensium jura, pascua, agros, limites conscribi, renovarique fecit. Hæc pauca sunt, quæ toto hoc tempore circa Monasterium illud constat fuisse acta.

(*a*) Joannes iste cognomento Hasmann de Calwe ultimus Abbatum Hirsaugiensium est, cujus Trithemius in Chronico meminit. Eligitur anno MDIII. secunda Augusti post Blasium vigesima secunda Julii defunctum.

(*b*) Sigismundus in schismate contra Gerardum eligitur anno MCCCXXXVII. paulò pòst unanimiter receptus, præfuit annis XXIV.

(*c*) Wolfframus Mayser Friderico Wifflinger anno MCDXXVIII. ad patres translato sufficitur, & præest annis pæne XXII, mortuus anno MCDXL.

(*d*) Bernardus in locum Wolfframi electus præfuit annis XXII. De eo Trithemius Chron. Hirsaug. Tom. II. pag. 442. ita scribit: „Post prima litterarum rudimen„ta in Prioratu Hirsaugiensi Richenbach Monachus factus est, & vitam laudabiliter „continuavit, quam Regulæ S. P. N. Benedicti credidit esse conformem. Verùm „posteaquam Wolfframus Abbas Regularem observantiam ad Hirsaugiam introdu„xit, Bernardus Monachus Richenbach deseruit, & amore disciplinæ regularis ad „Hirsaugiam venit. „

(*e*) Georgius Bernardo successit anno MCDLXXXII. at post difficile regimen bienniò pòst die XXIX. Septembris dignitate se abdicavit, reservata sibi, aut veriùs à Fratribus assignata, pensione annua. Sed cùm inter exteros degere ille constituisset, per Hermannum S. Jacobi Moguntiæ Abbatem persuasus, ut reliquum vitæ Reichenbaci transigeret (Trith. Chron. Hirsaug. Tomo II. p. 250.) ibidem diem suum obiit die IV. Augusti anni MCDLXXXVI.

CAPUT VII.

Gesta circa Reichenbacum ab anno MDXC. ad MDCXXIX. referuntur.

Quam prospera hactenus Reichenbaco omnia accidisse visa sunt, tam deinceps diversa & adversa omnia, Religionis hostibûs tantum ad se rapientibus brevissimo tempore, quantum per plura sæcula Fidelium beneficentia ad Cellam S. Gregorii contulerat, aut Fratrum congregaverat industria, irrecuperabili prætereа animarum damno, quibus unà sola vera religio Catholica adempta est. Rem breviter enarro; Neque enim ambitiosus in malis sum, aut lacrymarum causas augere cupio. Pleraque verò alienis verbis dicam, ne quid affectui dedisse videar. Franciscus Petrus in Suevia Ecclesiastica pag. 705. de Prioratu Reichenbacensi ita differit ex Authore Documentorum rediviv.

viv. Monaster. Würtemberg. Virginum fol. 271. „Hactenus Trithemius de sæpedicto „Prioratu Monastico-Benedictino in Reichenbach, qui sub finem superioris sæculi ter- „ribiliter admodùm infestatus, & ab hæreticis violenter fuit occupatus, prout simplici- „ter descriptum habetur in Documentis Monast. Würtemberg. Virginum fol. 271. Narrat tum ipsissimis authoris verbis, Anno MDXCIII. Ludovico Würtembergiæ Duce ex humanis sublato, cùm nullum eo in Ducatu superesset Virorum aut Sanctimonialium claustrum, quod deinceps spoliaretur, Ducem Successorem Fridericum à pessimis Consultoribus, Consiliariis suis, inductum fuisse, ut Reichenbacum extra Ducatum indubiè situm occuparet. Certè Præfecti Dornstettensis consilium disertè continebat, ùt author ait, ex Dornstettensi Præfectura Bayrsbronn concubia nocte colligendos armatorum ducentos, qui occupato Reichenbaco homagium à subditis exigerent Ducis nomine, interea aditus & vias omnes probè muniendas, ne subditis concurrendi, aut in arma sese colligendi facultas esset: Cautè tamen interea experiendum, quid Advocati Badensis, & Ebersteinius molirentur, neque defuturas in omnem eventum ex Dynastiis Alberspacensi, Sulzoviensi, Dornstettensi, Dornhemiana, & Nagoltina mille quingentorum virorum suppetias intra paucas borulas congregandas. Cautè explorandam adversæ partis intentionem, rem verò celeriùs conficiendam fore, quòd iis, qui ex adverso essent, tam promptè concurrere aut succurrere rei afflictæ vix liceret. Et quoniam Badensi aut Ebersteinio utilitatis parum proveniret ex eo Prioratu, agendum cum ipsis, aut exiguum commodum pecuniis redimi patiantur.

Pessimum consilium anno MDXCV. effectui datum, ùt idem Franciscus Patrus ex laudato Authore pergit. Die XXIV. Octobris Christianus Tolde ex Commissione Friderici cum Bernardo Grimmeissen concubia nocte (numquid enim malè agentes lucem non odissent?) aliquot centenis peditibus, equitibusque stipatus adest cum bellico tormentorum apparatu, & occupato violenter Prioratu Conventuales æquè ac subditos sacramento Duci obligat, expulsisque qui illico Novitiis Priore autem Joanne Hygelio in fuga subsidium quærente Oeconomum ex secta Acatholicorum invitis ordinat. „Taliter „ergo (pergit folio 705. Author Sueviæ Ecclesiasticæ) Monasterium hoc Reichenba- „cense hostiliter expugnatum sub præpotenti manu & dominio hæreticorum, secundùm „antiquum, seu priorem religiosæ disciplinæ statum & observantiam omnimodè defe- „cit, & quamvis, restitutio illius in integrum denuò facienda suis locis instantissimè qui- „dem - - fuerit expetita, solicitata, ac etiam demandata, nunquam tamen ad realem „usque executionem illius, & effectum subsecutum, processit.„

Certè anno MDXCVI. die VII. Junii ad instantiam Prioris Joannis Rudolphus II. Imperator graves ad Fridericum Ducem Litteras dedit, hortatus ut Monasterium cum Priore suo in statum pristinum restitueret, quas Litteras & Franciscus Petrus locò cit. fol. 706. & Collector Documentorum Monast. Würtemb. pag. 272. in extenso exhibent: At incassum, Duce spolium opimum dimittere semper recusante. Quid verò alii Consiliariorum Würtembergensium super ea occupatione senserint, Collector Documentorum pag. 279. & Franciscus Petrus fol. 707. recitatis eorumdem verbis referunt, quæ ipsius in vernacula exhibere non dubito: „Anno 1613. den 1. Martii schreiben an H. Herrzogen Johann Friederich des Closters Reichenbach wegen die Würtembergische „Räth folgender Gestalt ic. ic. Allein tragen wür nochmals vermög obangedeuter der „Kirchen-Räth unterthänigen einfältigen Bedenckens die Fürsorg: Weil solche Occupa- „tion des Closters Reichenbach von Ihro Fürstlichen Gn hochgeliebten Herrn Vatteren, „Weiland Herzog Friederichen hochlöblicher Gedächtnus, einmahl erst neulicher Zeit, nem- „lich in Anno 1595. also lang nach aufgerichtem Religions-Frieden, und deme nicht we- „niger zuwider eingenommen, und reformirt worden, es werden alle diejenige Prætextus, „so man ex parte Euer Fürstl. Gnaden prætendirt, wo man auf der anderen Seiten dise „Sachen strictè observiren wird, nicht hafften mögen. „Pergit verò laudatus Francis- „cus Petrus: Cæterùm plura de miserando id temporis statu Reichenbachii nobis haud „suppetunt, quàm quòd ab hæreticis deposthac constanter fuerit infessum, & primùm „post annos triginta tres denuò restitutum teste Romano Hay in Horto Crusiano fol. „566. In pari materia taliter scribente: Decreto Ferdinandi II. Imperatoria restitutus „est Ordini S. Benedicti Prioratus Reichenbach, ad Abbatiam Hirsaugiensem spectans, „anno MDCXXIX. triginta & amplius annis omnibus Monachis destitutus, Duce Würtembergiæ Monasterium violenter occupante.„ Idem tamen locus denuò pace Westphalica perditus, & Lutherani zatus anno MDCXLVIII. Hæc ibi.

Quærat fortè aliquis, quid, quantúmque modernis Reichenbaci detentoribus violenta illa occupatione accesserit? Huic respondere possumus, Repertorium jurium, bonorum, atque Documentorum illius Monasterii, quod penes nos extat, huic quæstioni posse satisfacere; Est autem hujusmodi, ut primò longo ordine Registri instar loca omnia recenseat, in quibus juris, aut utilitatis aliquid Monachi quondam habuêre, tum verò singil-

singillatim enumeret, quid juris, vel quæ prædia in singulis locis Monasterio competant. Index sive Registrum ita habet:

Reichenbach
Roth
Ylennsperg
Heselnnbach
Schermbach
Ober Muspach
Schwarzemberg
Gunderichingen und Schiettingen
Halb Hochdorff
Achern
Bühell
Hugenbach
Thonbach
Ettingen Uffwiler
Sulzbach
Horw
Dornstettenn
Beseveldt
Müln
Bach und Segmühlin
Büttelbronn
Gottelfingen
Biltachingenn
Waldtorff
Alttheim
Sultzauw
Uttingen
Remingsheim
Nellingsheim
Ditzingen
Boissingen
Ergatzingen
Ymmauw
Wittingen
Grünemetzstetten
Wiler
Uttenwiler
Sallstetten
Herschwiler
Oberüfflingen
Fischpach.

Mox pagos post Reichenbacum *proprios* recensens, hos enumerat: Röth, Ylensperg, Heselnbach, Schernbach, Obern Muspach, Schwarzemberg, adjecta Nota, pagos illos Reichenbaci proprios esse, & tum demum persequitur, quæ jura, quósque annuos census in reliquis locis Monasterium possideat, idque paulò post medium sæculi XVI. Ex quibus facilis omnino conjectura est, qualis tum status œconomicus Reichenbaci fuerit, aut quid quantúmque emolumenti modernis detentoribus ejus occupatio attulerit, id quod quomodolibet ad historiam ejus Monasterii spectare nobis est visum.

CAPUT VIII.

Restitutio Reichenbaci, & Cæsarea ejusdem Administratio.

Annales MSS. Wiblingani Monasterii ad annum MDCXXVIII. §. II. num. II. & III. referunt, Ferdinandum II. Imperatorem ἐξυσιάζοντα decrevisse restitutionem bonorum Ecclesiasticorum, quæ post compositionem Passaviensem primùm in manus Acatholicorum devenissent, id quod per Gottwicensem Abbatem in tempore Collegis suis per Sueviam esset denuntiatum, sic ut mense Decembri ejusdem anni Franciscus Vinearum, & Bartholomæus Ochsenhusii Abbates supplicem libellum pro patrimonio S. Benedicti sui instituti Sodalibus restituendo Imperatori obtulerint. Nec verò preces effectu prorsus caruêre, cùm sequente anno Carolus Ludovicus Ernestus ex Comitibus

tibus de Sulz, & Conradus Hildeprand Jurium Doctor, & Consiliarius Imperialis Aulicus delecti sint, qui præter alia in specie Reichenbacense Monasterium authoritate Cæsarea restituerent Benedictinis. Accitus ergo Benedictus Rauch Wiblingæ professus, qui tum Wiblingæ Priorem egerat, & die V. Aprilis præstito à subditis Reichenbacensibus homagio Superior & Administrator Cæsareus in temporalibus & spiritualibus agnitus est. Quin non modò mense Octobri Episcopis quibusdam rescripsit Imperator, ùt à solicitandis pro se Monasteriis apud Summam Sedem desisterent verùm etiam apud Würtembergicum institit, ne quibus vexis Reichenbacenses, aut liberum eorum Religionis exercitium molestare præsumeret, molestarive pateretur, denuntiandò Mense Septembri omnibus cujuscunque dignitatis, Fratrem Benedictum, eique adjunctos duos Monachos (erant ii PP. Albertus Gebhard, & Jacobus Werz ambo itidem Wiblingani) in specialem Cæsaream protectionem esse susceptos, in cujus rei signum Imperii Aquilam præ foribus Monasterii voluisset affigi.

Quis verò elapso non integro biennio Reichenbaci status fuerit, Templum Honoris Wiblinganum, Appendice III. ad sæculum VI. num. X. pag. 139. refert, subditos videlicet non semel ad præstandum novum Würtembergico homagium adactos, hortatu tamen Administratoris ad annum usque MDCXXXI. in fidelitate perstitisse. Insolentissimum ad diem Januarii XVI. ejus anni factum quoddam eo loco ita refertur: „Prædalis manipulus (qualis, aut è quibus is compactus fuerit, ex contextu conjicere licet) hora noctis duodecima fores Monasterii invasit, præmissis quatuor muros conscendentibus, qui vigilem vincirent, & stricto gladio ad silentium adigerent. Successit adversariis ad vota negotium, unde portam violenter effringere, ad interiores Monasterii januas accurrere, sclopeta in fenestras exonerare, obvia quæque diripere, non tam prædones, quàm ipse Scultetus Reichenbacensis, qui se nefariæ cohorti junxerat, cœperunt. Quid ageret Benedictus hoc in acerbo articulo, non habuit, cùm frustra Cæsaris indignationem obtenderet, nisi tragœdiæ cum suis spectatorem agere. Qua in depilatione præter vestes & lectisternia, parum licèt pecuniæ, equi, & quatuor Calices vesanæ turbæ in prædam abiêrunt: Benedictum & ejus Patres armis crudelem in modum tunsione plurima tractârunt, non absque vitæ periculo, & quidquid insolentiarum inciderat, in utensilia domestica effuderunt. Audiamus (pergit author) ipsum Benedictum: Altero die, cùm se latrones subduxissent, & ejusmodi invasiones plures timerem, concreditos mihi Patres Horbam dimisi, ego verò pro loci manutentione, & Catholicæ Religionis conservatione substiti, & continua inter pericula octiduum transegi.„ Perscripserat interea Administrator rem omnem Badensi Monasterii Advocato, à quo in nefarios inquisitum. „Elapso octiduo (prosequitur locò laudato Templum Honoris Wiblinganum) redierunt Horbâ Conventuales sub spe quietis pristinæ, sed oppositum evenit, ut suasu cùm amicorum, tum ipsorum hostium, asylum repetere coacti sint, Administratore se ad Marchionem recipiente, eo fine, ut consilium, auxiliumque acciperet, deinde ut præsens periculum evitaret. Ne verò Monasterium deseruisse videretur, in abitu coram Sculteto suo de non deserendo protestatus est, remque domesticam famulis commisit, pollicitus, se Deo volente proxima Dominica ad Divina celebranda certò certiùs affuturum. Nihilominus cùm negotium tam celerem reditum non admitteret, P. Albertus noster pro Zelo suo remeavit Reichenbacum inter momentanea quasi pericula, & aliquot diebus mansit, donec ingruente novo, juratòque hoste sub noctem fugâ sibi consulere debuit, relicta in mensa protestatione, non se cedere Monasterio, sed vi expelli, tam fatali tempore, quo & ipsi subditi auxiliarem manum porrigere sub pœna capitis interdicebantur. Accessit ad cæteras miserias aliquot subditorum infidelitas ex amicis in hostes mutatorum, ut de stabilitate, non nisi ineundo iniquissimas conditiones, nihil superfuerit, reliquis Monasteriis communem ærumnarum aleam jubeuntibus.„ Hactenus ibi.

Fuere hæc veluti præambula, & velitationes, quas mox majora prælia exciperent. De iis ipse Benedictus die VII. Martii in suis ad Visitatores datis ita scribit: „Reverendissimi Patres, Amplissimi Præsules, Quanto conamine, & quàm importunis mediis Dux Würtembergiæ à subditis nostris homagium extorquere tentaverit, ex addito memoriali intelligere poterunt. Restitimus, quantum potuimus, & nostro, & subditorum nomine quantum valuimus, nec prævaluimus tamen. Etsi enim vel inde scirem contra nitendum, quòd jussu vestro nec Badensi Marchioni jus territoriale Ducale concederetur, & propterea ab ipsius Marchionis vices agente, & Consiliariis essem monitus, ut Würtembergicis conatibus hisce omni modo contrairem, viso tamen præsentissimo devastationis periculo, satis quoque notato discrimine, in quo nos ipsi quoque poneremur, si nullo prorsus modo se subditi Principi accommodarent, contra nescio quale juramentum cum conditionibus, limitationibus, protestationibus, àtque exceptionibus, à subditis verò communi consensu acceptatum, opponere me apertiùs aliorum etiam consilio consultum non judicavi. - - Vestrum nunc erit, Reverendissimi

N 2 Patres,

„ Patres, dijudicare, quid in tam gravi ac ſerio negotio agendum? Nos pro captu no- „ ſtro cenſemus, crimen læſæ Majeſtatis Cæſareæ à Commiſſario, & ſi eadem omnino „ quoad omnia in mandatis habuit, à Duce patratum, ſubditos Cæſari juratos ad infe- „ rioris Principis homagium compellendo, item tanta armatorum multitudine ſubditos „ ejus premendo, inducias, quas jure Gentium impetrare ſperaveramus, nec per abyſ- „ ſum miſericordiæ Dei rogatas, concedendo, ſubditos extra territorium (in quod for- „ taſſe coacti conſenſerunt) in Freudenſtatt revocando, ubi revera opprobrium facti „ vicinis ſuis palàm à multitudine ludibrio excepti ſunt.„ Conſtat ex his homagium à Reichenbacenſibus in Freudenſtatt convocatis homagium armata vi fuiſſe extortum.

Neque his contenti Würtembergici anno MDCXXXII. menſe Januario „in Rei- „ chenbach (verba ſunt Annalium MSS. Wibling. ad hunc annum §. III. num. IV.) „ quod à noſtris RR. PP. Benedicto tanquam Adminiſtratore, Jacobo, & Alberto te- „ nebatur, irruptionem media nocte fecerunt, electo ſimul & Monaſteriu eos expellen- „ tes. P. Jacobus pede non modicùm læſus cum P. Alberto in Horb (in ædibus vi- „ delicet Reichenbacenſibus) ſalvati ſunt.„ Eam in rem Templum Honoris Wiblinga- num ſæculi VI. Cap. X. num. V. ita habet: „Cùm Reichenbacum Benedicti adminiſtra- „ tione floreret religione, pietate, & morum honeſtate, Würtembergenſes hoſtes te- „ merario auſu anno MDCXXXII. non tam in Monaſterium. quam ipſum Benedictum „ irrumpunt, eique necem & cætera quæque intentant. Unde irruptione nocturna „ cùm ejus perſonam unicè perquirerent, ille ſe è lecto, quo feſſa diurno labore mem- „ bra locârat, proripuit, ſolisque caligis & thorace (veſtitus) nudipes furori ceſſit, & „ magnam noctis partem inter denſas nives oberrans confecit, donec ſylvas egreſſus ali- „ qua in domo ſecurus reſederit. Interim P. Adalbertum & P. Jacobum utrumque no- „ ſtrum deprehendunt, in quos furorem effunderent. Sed illi, neſcio qua via, elapſi „ religioſum habitum plebejo amictu mutârunt, variis in locis aſylum quærentes; Nullo „ tamen in vicinia reperto, primus Horbam, alter San-Gallum conceſſit, quos ipſemet „ Benedictus undique quæſitus, neceſſitate compulſus inſecutus eſt. - - Sicque tranſacto „ exilii triennio pacem ubique proclamatam ſupervixit, ubi ad dilectum Monaſterium „ Reichenbacenſe remeavit, feſtivis ſuorum applauſibus exceptus. - - Quamprimum ve- „ rò domum (Reichenbacum) appulit è tribulationum oceano, in id unicè incubuit, „ ut inprimis cultum Divinum denuo introduceret, corruptos, nonnihil belli calamita- „ tibus mores plebis reformaret, eámque ſuper petra Apoſtolicæ fidei ſolidaret. Hæc Templum Honoris.

Accidit reditus Benedicti anno MDCXXXV. quo ipſo die XVII. Julii Wiblingæ Joannes Abbas ex peſte diem ſuum clauſit, ſucceſſorem habiturus hunc ipſum Benedictum. Menſe ſiquidem Auguſto Petrhuſii propè Conſtantiam electus in Abbatem, & XXVII. ejuſdem confirmatus eſt. Cùm verò aura Wiblingæ necdum ſatis ſalubris crederetur, Prioratum ſuum in Reichenbach reviſit, & graviora pro temporis ratione negotia expedivit, donec menſe Octobri Wiblingam abiturus, muneris ſui Vicarium P. Albertum Gebhard cum P. Jacobo Werz Reichenbaci dimitteret.

Anno MDCXXXVI. in Annalibus Wiblinganis §. II. num. II. legimus die XXVI. Januarii publicas Deo gratias actas fuiſſe ob Monaſteriorum Würtembergicorum factam nuper unanimi Imperatoris & Electorum conſenſu pro ſacris Ordinibus confirmationem. Diſpoſitis verò æquè difficilibus Wiblingæ negotiis.

Anno MDCXXXVIII. Benedictus reliquum curarum dilecto ſibi Reichenbaco impendit. „Vix autem (verba ſunt Templi Honoris Wiblingani loco cit. num. VIII.) „ (rumor percrebuerat ad ſubditos, cùm ad unum omnes, velut oviculæ ad paſtorem, „ convolârunt, quibus ipſe ſolemni concione locutus adeò tenerè omnium animos pe- „ netravit, ut non eſſet, qui lacrymis non innataret. Concione peracta juſſi extra Ec- „ cleſiam conſiſtere, veluti parenti dilecto valedicerent, excuntem læti ſimul & triſtes „ excipiunt, manúsque ſacratas cùm porrigeret, lacrymis madefaciunt; Cúmque extre- „ ma verba audirent, in neſcio quos ejulatus ſemet effundunt, orbari ſe paſtore, deſti- „ tui ſe patre lamentabiliter ingeminant, ſicque inter ſuſpiria & lamentata à venerabili „ ejus intuitu avelluntur. Viros tamen in hoſpitium convocavit, prandium iis inſtru- „ xit, parvúmque tempus inter ſolatia traduxit. Cùm ecce tibi! inſperatò nonnemo „ ſubditorum ſanè fideliſſimus præ foribus ſe inſinuat, fugámque ſuadet, inſtare hoſtes, „ milites Weinmaricos, adventum Benedicti proditum, déque ejus vita conclamatum. „ Audiunt præſentes omnes, abitum urgent, & inter nova dolorum vulnera dilectum „ Patrem ad ſpatium unius horæ dimidiæ lacrymis proſequuntur. „Sic inter continuas „ viciſſitudines miſer Reichenbaci ſtatus fluctuabat, donec miſeriarum oceano vix lapſo „ decennio mergeretur.

Abeundum interea fuit Benedicto ad caſtra Cæſareo-Bavarica, quibus volente Sereniſſimo Duce & Electore Maximiliano Vicarius Generalis Apoſtolicus datus eſt. Itaque

que Alberto Superiori & Vice-Administratori in Reichenbach, atque Jacobo Werz ejus loci œconomo anno MDCXLII. certa quædam Puncta in sua absentia probè custodienda præscribit, & in causis arduis ab Hirsaugiensis itidem restituti, aut Weingartensis Monasterii Abbatibus consilia sperare jubet.

Ergo ambo suo muneri strenuè incumbunt, eas tamen inter difficultates, quæ P. Alberto Superiori, etsi annis neutiquam gravi, supremum morbum & mortem attulêre. Accidit ea Horbæ, quò è Reichenbaco in sella gestatoria jam graviter decumbens delatus est, ut Medico vicinior esset. Ibi ad ultimam luctam ritè munitus die VI. Decembris anni MDCXLVI. pientissimam animam efflavit, die octavo ejusdem mensis in Sacello B. V. M. ad Reichenbacensium ædes pertinente ante gradus summi Altaris sepultus. Ejus corpus novenniò pòst, teste Templo Honoris Wiblingano, & Syngrapha Fratris Thaddæi laici Franciscani, qui præsens aderat, cùm terra effoderetur, integrum repertum est, & incorruptum. In locum defuncti Reichenbaco præesse jussus deinceps fuit P. Ernestus Fabri, Prior quondam Wiblingæ domesticus, & demum à morte Benedicti Abbas.

CAPUT IX.

Religiosi è Reichenbaco, quod Acatholicis ceditur, expelluntur.

Implevit Ernestus Fabri munus seduli Superioris & Vice-Administratoris, donec anno MDCXLVIII. per leges Compositionis Osnabrugensis Prioratus ille Religiosis expulsis in manus Würtembergensium denuò devenit. Egit equidem Benedictus modis omnibus, cùm tam fatalem periodum incumbere suspicaretur, apud Electorem Bavariæ, cui acceptissimus erat, ipsumque Cæsarem Ferdinandum III. quibus graves & supplices libellos obtulit, ostendens, jure Territorii, quod ex parte Badensis, & ex altera Ebersteinii Comitis esset, Würtembergicum perperam sibi Reichenbacum vendicare, præterea supra viginti momenta adjecit, quibus credebat Prioratum illum, etsi cætera Monasteria fatali illi necessitati subjacerent, fore eximendum. Verùm adversæ religionis Principibûs pacis conditiones magis ferè imperantibûs, quàm impetrantibûs, cessêre tandem inviti Catholici, ipsumque Reichenbacum Würtembergico cum cæteris tanto numero Monasteriis cessit. Factum denuò alienis verbis recitare lubet. Annales MSS Wiblingani ad hunc annum §. III. num. XX. ita habent: „ R. P. Ernestus - - in ultima „occupatione adeò constanter se gessit, ut immortalem inde sit adeptus laudem in Con„gregatione, & mercedem in Cœlesti Patria, tum temporis, quo Divina profanata, & „quæ Dei sunt, in manus hæreticorum data, ùt patebit ex litteris Benedicti Abbatis ad „Abbatem Adelbergensem: Triste admodùm est; ait, videre abominationem desolatio„nis tot celeberrimorum Monasteriorum, stantem in loco sacro Rom. Imp. Ecclesiæ „Catholicæ in Germania, & simul fieri in derisum & opprobrium vicinis nostris, atque „insuper per calumniam traduci, quasi nos ultro Monasteriis cessissemus. Conventua„lis meus P. Ernestus Fabri exul jam Prior Cellæ S. Georgii in Reichenbach cum suis „adjunctis ita sese constanter attentatis exacti homagii à subditis, occupationis Mona„sterii, interdicti Exercitii Catholici opposuit, ut ex actis illius & dictis, quin etiam „scriptis, nec Würtembergici, nec quispiam alius cum veritate aliud judicare, narrare, „ac affirmare possit, quàm quòd tous coactus è Monasterio cum adjunctis Fratribus se„se in Conversione S. Pauli (anni MDCXLIX.) Horbam receperit, facta inprimis pro„testatione contra homagium publicè in Concione ultima (cùm Auditorum animi & „oculi in lacrymis natarent, & miserandum in modum gemitibus & ejulatu violentam à „suis pastoribus separationem deplorarent) facta priùs monitione, ut attentissimè au„scultaretur, citatis ad summum ac Divinum Tribunal singulis ac universis, qui causam „quomodocunque hujus miserandæ rei dedissent, relicta denique in Conclavi suo (id „facturus in Templo super Altare, nisi XIV. jam integris diebus Templo exclusus fuis„set) super mensam scripta, digna, ac seria protestatione, quæ adeò Ministrum Luthe„ranum, cùm eam mox post abitum reperisset, offendit, ut in exilium jam euntem in„sequi voluerit; A quo tamen proposito à subditis prohibitus est, dicentibus, eum pro„testationem mirari non debere, quam oretenus coram Würtembergico Commissario „absque rubore ediderit. Ergóne ex hoc concludendum, nostrates ultro cessisse? Hæc Benedictus.

Prolixior varò essem, si ejusdem Abbatis egregiam adhortationem ad oves Reichenbaci desertas adscriberem, aut longissimam à plerisque Abbatibus subscriptam protestatio-

nem adversus illam Monasteriorum cessionem referrem. Ad historiam potiùs expulsionis Religiosorum è Reichenbaco convertor, ipsius Ernesti verbis in Annalibus Wiblinganis ad annum MDCXLVIII. §. III. num. XXIV. recitandam ex Litteris ad Abbatem suum & Administratorem Benedictum datis: „O Altitudo! (inquit) Reverendissime Domine Præsul, Væ belli secundum abiit, & ecce væ tertium desolationis Monasterii „advenit! Septimus Angelus tubâ cecinit, & factæ sunt voces magnæ in hac valle dicentes: Factus est Prioratus hic Ducis Würtembergiæ; ô dolor! quod futuram jam timuimus, id nono, & decimo hujus, prô dolor! evenit. Postridie Conceptionis B. V. „IX. hujus ante meridiem, horâ circiter nonâ advenit D. Orthus Consiliarius Ducis „Würtembergiæ cum Mandato Cæsareo in Regali folio, insinuans, vel potiùs honestè „jubens, ut vigore Conclusi, Pacis, & Mandati præsentis à Notario publico vidimati, „intra triduum cum meis hinc discedere relictis documentis, convocatisque in posterum diem ad præstandum homagium subditis &c. Resumpsi argumentum totius propositionis, factaque nomine Principalium protestatione, in præsentia adhuc duorum Officialium Würtembergensium spatium deliberandi super dando ulteriore responso petivi, & impetravi. Interim cùm ad Cauponem abiisset, legi Mandatum Cæsareum, legi litteras alias à Commissariis in necessitate vocandis ad executionem ad Ducem datas; „Cúmque adhibitis Confratribus & Officiali nihil suspectum reperissem, cedendúmque „majori vidissem, inducias, cùm rursum advenissent, saltem trium dierum petivi, dum „rem, quò deberet, perscriberem. Tum D. Consiliarius Orth præoccupans, quidquid „sive Badena, sive à Cæsarea Majestate in particulari super hoc loco exspectarem, totum frustra fore, sanctâ se fide obligavit, cum addito, Viennæ istarum rerum plurima illata fuisse, omnia tamen ad Compositionem pacis directa, si vel in uno mutatio „intercederet, talem fore consequentiam, pacem omnino perversuram, hæc eorumdem „Ablegatum Viennæ scripsisse. Ita video, Conclusio pacis est instar Evangelii his, quibus aliquid restituendum est. Multis deinde ultro citróque dictis, cùm omnia pro hac „vice frustra esse viderem, uti revera sunt, pro manutentione Loci, & plus incommodi quàm fructus tum nobis, tum subditis ex resistentia emersurum advertens, facta rursum protestatione, in futurum profutura fortassis, rem quidem maximi momenti, „quam tamen retinere non potui, transire permisi. Itaque X. hujus subditis pridie convocatis sub pœna capitis, ad præstandum homagium conventum est. Cæterùm ne quid „impingerent, ante præstitum homagium, tum Reverendissimæ Paternitati Vestræ nomine Cæsaris, tum Badensi adhuc obligatos se exceperant; Ad quod responsum, ab „utrisque vigore pacis, & Cæsarei Mandati absolutos esse, & in hoc contra quoscunque defendendos à Duce suo Würtembergico. Tum ratione Religionis petiverunt iisdem sumptibus sustentari duos Sacerdotes Catholicos, quibus aliàs Præcones Lutherani sustentandi essent, cùm ipsi absque hoc medio libertatem Religionis non obtineant, „quod mox rotundè negatum, idque vi conclusæ pacis &c. Deinde facto iterum Recessu petiêrunt unanimiter, tolerari saltem in valle Sacerdotem Catholicum absque „Sumptibus Ducis: Et hoc negatum est cum indignatione, promissúmque id unum, eos „vi pacis non coactum iri, irent quò, & quoties vellent, ad publica Exercitia Religionis suæ &c. Sed ô Deus! quid fiet de senibus? de ægris, qui forsan ire non possunt? „quid de innocenti & ideò deploranda juventute? Postquam itaque nihil effecerunt, & „jam nihil nisi minas & pœnas superesse viderunt, inviti in Cauponæ consueto hypocausto homagium præstiterunt, & ut ipse quoque interessem, multis verbis tantùm non „coëgerunt. Sed ne cooperari viderer, justè me excusavi. Omnibus perfectis cùm „omnem ulteriorem resistentiam frustra fore cernerem, terminum manendi ulteriorem, „& quidem ultra ferias Natalitias ad faciendam hic rem Divinam petivi, & impetravi. „Itaque post elapsum terminum ante Calendas Januarii migrandum est: Quo animi sensu & effectu id futurum sit, jam nunc animabus miseris condolens animus præsagit. „Interim curabimus, ut populus & confiteatur, & sacra Synaxi reficiatur, ambulétque „in fortitudine Cibi illius usque ad montem Dei &c. Oremus pro servandis animabus, „quæ nisi Exercitium publicum habeant, saltem in liberis amittentur. Qui sanguine suo „pretioso redemit illos, servabit eosdem, & suggeret media. Utinam ego meo peccatoris sanguine præstare possem, ut servarentur; Nam compendiosiore via ad cœlum „non irem. Sed hæc in manu Dei sunt &c.„ Subjungit Annalium parens: *Hæc pro merito, & Divino spiritu, quo plenus erat, eloquentissimus Ernestus modò Prior, olim Abbas futurus.*

Cùm verò ipsum abitum Ernesti ex Reichenbaco ex Litteris Benedicti Abbatis suprà recitatis abunde colligere liceat, nec ambiamus antiquos renovare dolores, aut prolixa lamentorum & gemituum in bonorum Patrum discessu à subditis excussorum narratione lectori tædium facere, vela contrahimus, eósque, qui plura de Prioratu isthoc noverint, obsecramus, ut defectum supplere velint, & errata indulgere.

DONA-

DONATIONES
REICHENBACENSIS MONASTERII.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis &c.

Ego Willehelmus nullis meis meritis, sed sola Dei misericordia Hirsaugiensis cænobii Abbas notum esse desidero omnibus tam futuris, quàm præsentibus, quod quidam ingenuus Senior, Bern nomine, prædiolum suum in nigra sylva situm, in loco, qui à rivo, qui ibi Murgam influit, Reichenbach vocatur, Sancto Aurelio Hirsaugiæ in præsentia idoneorum testium in æternam hæreditatem tradidit, id unicè postulans, ut ibidem monasterium construi satageret. Acceptô igitur Communi concordique Seniorum nostrorum consiliô, misimus fratres nostros Monachos tres & laicales quinque in idem prædiolum nemore densissimo hispidum, quatenus sylvâ erutâ, locóque perpurgato construerent monasterium Beato Gregorio &c.

Anno igitur Incarnationis Domini Millesimo octuagesimo secundo indictione quinta circiter Idus Maii, cùm venissent iidem fratres in prædictum locum haud paucis diebus pro Tugurio nuda fruebantur abiete. Horum autem unus vocabatur Ernest, vir probus, & Curialis, qui jam pridem se, suaque omnia nostræ dediderat obedientiæ, quem cum suis omnibus eidem loco in adiutorium concessimus. Extitit igitur idem Ernest loco, & fratribus Provisor, & quasi pater Secundus, qui ad extirpandam sylvam, ad purgandum locum, ad ædificandam cellam, ad construendas officinas, maximè suas ipse impensas dedit, & undequaque competenter acquisivit. Ejus ergo, parentúmque ipsius sicut meam meorúmque memoriam ibidem celebrem haberi dignum judicavi, libensque firmavi. Sanè positum est fundamentum ecclesiæ anno sequenti, & infra tres annos consumata est.

Anno igitur Incarnationis Domini Millesimo octogesimo quinto indictione octava, Decimo Kalend. octobris dedicata est ecclesia à Venerabili Geberhardo Constantiensis ecclesiæ Episcopo, qui tùnc temporis in partibus theutonicis Legatus Apostolicus exstitit, ad laudem & gloriam Sanctæ, & individuæ Trinitatis & Beatæ Genetricis Dei Mariæ, & in honore eorum, quorum reliquiæ, vel nomina habentur in ea, sed præcipuè Beati Gregorii Papæ & Confessoris, contradens ei omnem decimationem circumjacentis vallis jure perpetuo. Ea die Supradictus Ernest dotavit eandem ecclesiam suo allodio, quod situm est in villa nomine Gysenheim, alio quoque in villa Gamertcheim sito. Ne igitur ordinem relationis nostræ dimittamus, ad plura ejusdem venerabilis viri Ernest beneficia reverenda veniamus. Hæc sunt, quæ ipse Ernest, & filii Sororis ejus, Folradus Ernest possederant. In villa Ysenheimb, & Gysenheimb juxta moguntiam prædia satis bona habuit, & aliud juxta Wormatiam in villa Heymertesheim non minus utile. Ipsum verò prædium in Heymertesheim dedit cuidam Wormaciensi civi Cononi nomine in legitimum concambium pro alio prædio in Ditzingi. Illud autem in Ysenheimb, & Gysenheimb, pro aliis duobus in Sultzowa, & in Immennowa cuidam Engelboldo libero homini de Elisapha tradidit. Hæc tria prædia de illis tribus Ernest videlicet, Folrado, & Ernest aquisita sunt. In Gamertincbeimb emit quoddam prædium XXX. marcis, quod Sigebotoni de Roggesingen dedit, pro tribus hobis in Gottelbingen, & una in Endingin. Sunt & alia prædia, quæ per se, & per alios Dei Fideles huic ecclesiæ conquisivit, quas postea plenius enarrare disposuimus. Igitur, quia necessitatis causâ ordinem narrationis nostræ paululum transgressi sumus, iterum nunc ad incepta redeamus. Ipsa die Dedicationis ecclesiæ Wern Miles de Hopsowa auxit dotem ecclesiæ donando partem suam in tertio à cella versus Septentrionem monte, Cujus medietatem ipse cum sorore sua patris jure possidens, ea videlicet parte, ubi fons irriguus dulces emanat aquas, suam ut diximus, partem Sancto tribuit Gregorio. Auxit præter hæc dotem ecclesiæ in locis, quæ describi non incongruum videtur. Est sylva ex utraque parte Murgæ sita, & usque ad verticem utrorumque montium extensa, quæ à meridiana plaga in rivolo,

qui Holzbach dicitur, terminatur. Unde ex utraque parte præfati fluminis deorfum usque in Sulzebach protenditur, illic diftenditur usque in fummitatem utrorumque montium finiftrorfum tamen aliquantifper excrefcit. Habet quoque in Se ftagnum, ex quo defluit Sebach, qui totum decurfum fuum in eodem complectitur prædio. Infra hanc fylvam in Murga continetur feptum majorum pifcium captioni aptum. Horum omnium medietate ecclefiam ipfe dotavit &c.

Maritus verò Sororis ejusdem Volemar nomine reliquam medietatem pridem Beato Gregorio firma traditione donaverat &c.

Eodem ecclefiæ die dedicationis Beatrix nobilis, & proba matrona adauxit dotem donando viculum nomine Vilmödebach Winemamesba ædificiis tunc temporis deftructum, fed ad XII. manfos computatum.

Eodem anno XII. Kalend: Martii quædam ingenua fœmina Trutlint per manum mariti fui tradidit Deo, ac Beato Gregorio coram fratribus ibidem ad laudem Dei congregatis nec non & aliis teftibus idoneis unum Servientem Wernherum nomine cum prædio fuo & beneficio, quod utrumque in villa Dagelningen poffederat, pro animabus fuorum, & maximè pro anima germani fui Hartrudi, qui eodem die in cella eadem Sepultus eft, qui etiam, ut hæc traditio fieret, dum adhuc viveret, exoptaverat.

Eodem anno quarto jdus Martii in ipfa fcilicet Beatiffimi Gregorii feftivitate quidam liberi homines Wäzelin, filius Mangolt tradiderunt præfatæ ecclefiæ prædium fuum juxta Dombach fitum partim ad ufum prati ex cultum, partim adhuc fylva confitum. Huic traditioni adfuerunt teftes Bertholdus de Eberftein, & duo filii ejus Berthold, & Eberhard, & Bobo de Vücningen, & Rudolf de Saleftetin, & alii quàm plures idonei.

In craftino vero idem tertio jdus Martii quidam generofus juvenis nomine, Odalricus cum felici devotione tradidit Beato Gregorio duos manfos in Marcha Sconenbeus fitos cum Sex mancipiis. Hæc traditio nihilominus facta eft in præfentia prædictorum teftium &c.

Eodem anno Otwin quidam de familia Sancti Aurelii quinto jdus Aprilis tradidit Beato Gregorio tres jurnales in Aetheimb Sitos in præfentia Adelberti Advocati, & Bern & filii ejus Bern: qui iterum omnes teftes adfuerunt traditioni aliæ fub eodem die factæ, quam quidam non minimæ libertatis fecit Mangolt nomine de Linftetin offerens Deo ac Beato Gregorio dimidium aquaticum Septum, & aliud circumcacens prædium, quod ipfe in Grafenowa poffederat cum monte qui Schwarzenberg dicitur. Quod comes Fridericus de Zolra voluit injufta dominicatione auferre à famulis Sancti Gregorii. Sed Harnidus frater prædicti Manegoldi in placito, quod erat Ofdirdingen coram advocato Godefrido Palatino comiti contra eundem fratrem comitem juftè Sancto Gregorio obtinuit coram multis & idoneis teftibus. Iterum Heinricus de Altenfteiga ex familia Odalrici comitis injufta ufurpatione prædictum prædium invafit, fed Biritelo filius prædicti H. de Linftetin Sancto Gregorio juftè obtinuit in eodem prædio Grafenowa coram Palatino comite, & aliis pluribus teftibus.

Poft hanc donationem Buchardus quidam ingenuus de Jurenberg allodium, quod Serviens ejus Burhardus in villis Gurderichingen & Stictingen hæreditario jure poffederat Beato Gregorio totum donare, ipfoqui poffederat unicè petente decrevit. Sed quia aliqua caufa præpeditus ipfe ad cellam venire non potuit, ubi traditio fieri debuit idem Burhardus fimul cum uxore fua Machilda XI. Kalend. Febr. cuidam militi libero homini Alberico nomine fupra dictum prædium in proprietatem dedit per fidem, rogans eum per eandem, ut ipfe illud Deo, ac Beato Gregorio in cella fita juxta flumen Murgam in fylva nigra contraderet. Ifti funt autem teftes in quorum præfentia - prænominatus Capitaneus prætitulatum allodium dedit Alberico.

Benhtolfus ingenuus homo de Stauffenberg, Waltherus Deabbanwilare, Gerolt, & frater ejus de Stercingen, Hartbrecht de Cimberen, frater fupra dicti Alberici. Hic igitur Albericus perfecit rogatam traditionem ejusdem predii in præfata cella Sancti Gregorii fuper altare ipfius VIII. Kal. Februarii in præfentia comitis Heinrici Tuingen, & Rudolophi de lato lapide, & Alberici de Sleichdorf, & aliorum æquè liberorum hominum, videlicet Reginboldi, Iringi, Sigeboldi, Gerrici, & Wolfgeri, qui tres poftreml fuerunt de Günderichingen, ubi idem prædium ex Majori parte fitum eft. Acta eft autem traditio hæc anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIII. Indictione XI.

Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIII. Indictione XI. octavo Kal. Januaril Gifela Ancilla Sancti Aurelii dedit Beato Gregorio de proprietate fua, quam poffedit in Altheimb VI. Jurnales & unum pratum ad duas Carratas fœni in præfentia Henrici comitis de Tuingen, & militum Herhardi, & Thodorici.

Anno Incarnationis Domini millefimo octogefimo Septimo indictione decima octav. Kalend. April. Reginboldus liber homo cum uxore fua Bertha dedit Deo ac Beato Gregorio in æternam proprietatem prædiolum fuum, unum videlicet manfum, quem hæreditario jure poffederat in villa nomine Utingen aftante frequentia populi, qui ea die ob feftum

festum cœnæ sive annunciationis Domini convenerat. Altera die scilicet Septim Kal. Aprilis Waltherus ingenuus miles Deo ac Beato Gregorio dedit in perpetuam proprietatem dimidiam partem montis, quem communem habuerat in proprietate cum fratre suo Rudolpho de Haldewanc, qui eodem anno Sexto Kalend. Decemb. ejusdem montis alteram partem supra dicto Sancto tradidit in eodem loco, quo ejus frater omnino similiter, ut ejus frater. Situs est autem idem mona juxta cellam collateralis scilicet monti, qui pertinet Sanctæ Mariæ, & à Septentrione stat proximus cellæ &c.

Eodem anno Wielandus liber homo de Altheim in eadem villa tradidit Sancto Gregorio tria jugera, Ipso die, quo ejus Consobrinus Adeloft eidem Sancto dederat partem quæ sibi pertinuit in monte quem communi ditione cum aliis V. possederat, qui omnes eidem Sancto Gregorio suas partes prius contradiderant. Hæc autem sunt nomina eorum Wielant Senior, & filius ejus Burchart, Adelolt, & frater Wern omnes liberi, & duæ Sorores Irmingart & Gisela ancillæ Sancti Aurelii. Situs autem est mons idem quartus à cella versus Septentrionem.

Eodem anno Tertio jdus Aprilis Wernherus miles dedit Sancto Gregorio quandam pratensem planitiem sitam super montem à cella tertium versus Septentrionem, & habet terminum ab occidente ipsum montis desursum: ab oriente verò viam, quæ ducit per sylvam. Porro à meridie terminatur ad lapidem, qui vocatur prati arbor. A Septentrione autem finit in via quæ à communi via sursum ascendit, ad murgam deorsum. Denique ipsum montem jam pridem dederant eidem Sancto Gregorio Dux Bertholfus junior, & milites duo Wern; & Volcmar, qui eum communi proprietate possederat.

Eodem anno Irinc liber homo tradidit Beato Gregorio in marca, quæ vocatur Caminata duodecim jugera agri, & modicum prati, scilicet ad unam Carratam fœni. Hi affuerunt testes liberi homines Gesello, Betzemann, Abbo, & alius Abbo &c. Omnes in Christo fideles nosse cupimus, quòd Bobo vir probus Generosus prædium suum situm in villa Gunderichingen totum dedit Sancto Gregorio, ea qua id ipse possederat proprietate, excepto uno manso, cum quo campsit à Domino Abbate Willehelmo, aliud situm in villa Vueningen, ubi idem Bobo habitavit: eundem autem mansum qui exceptus ad Sancti Aurelii ditionem pertinuit, Dominus Abbas Willehelmus in præsentiarum Beato Gregorio concessit. Hanc igitur traditionem fecit prædictus Boho in cella Sancti Gregorii sita juxta Murgam, in sylva, quæ vocatur nigra in præsentia Domini Abbatis Willehelmi, & trium comitum, videlicet Henrici de Tuingen, in cujus comitatu idem prædium situm est, & fratris ejus Hugonis, & Hermanni eorundem materteræ filii. Præter hos affuerunt & alii viri ingenui scilicet Adelbertus Advocatus, Bern, & filius ejus Bern, Adelbertus Hartnit, Rodolphus de lato lapide, Albericus Theodericus. Facta est autem ipsa traditio anno Incarnationis Domini millesimo octogesimo septimo indictione XI. Kal. August.

Hic descripta sunt propriè prædia, quæ Dominus Abbas Wilhelmus Sancto Gregorio concessit.

Diemarus quidam Capitaneus de Dryvels veniens Hyrsaugiam ad conversionem, dedit eidem ecclesiæ prædia sua in Oberencheim XII hobas cum vineto in Ozenhausen octo hobas, & ad Vinckenberc quod ibi habuit.

Erchenbertus Rotingen dedit Hirsaugiensi ecclesiæ duas partes in Husen, ecclesiam ex integro, & dotalem mansum cum omni jure & ad Husfelinhart duas hobas.

Comes Alewicus de Sulza, & frater Ejus Herimannus dederunt Hyrsaugiæ in Nieverum quod ibi habuerunt, idem partem ecclesiæ, & tres hobas.

Comes Burcbardus de Staufenberg dedit in eodem loco tres hobas. Cono de Tahenstein dedit juxta oberencheim tria loca Hyrsaugiensi ecclesiæ, videlicet Morterstal, & ad Catzenbach duas hobas, & ad Bienenbeim duas hobas cum piscatione satis utiles. Dominus Geberhardus Abbas noviter ad conversionem veniens cum fratre Egenone dedit in Owa, & Atenherde juxta renum duo prædia Hyrsaugiensi ecclesiæ, quæ postea in Concambium data sunt pro Sex hobis in Gotelibingen &c.

Tres germani fratres Adelbertus, Wimarus, Luitpertus de Ysolteshusen dederunt in eodem loco prædium suum Hyrsaugiæ quod postea in Concambium pro alio in Argozingen sito datum est. Quidam Clericus de Stophiln Rotman nomine dedit Sancto Aurelio Hyrsaugiæ quoddam prædium in Herichefwilare, cum quo Abbas Wilhelmus dotavit ecclesiam Sancti Gregorii. Ipso die dedicationis euis dedit etiam Hobam in Viskinm. Hæc omnia piæ memoriæ Dominus Wilhelmus Abbas Sancto Gregorio & Fratribus Domino Servientibus ad subsidium concessit.

Hæc autem Dominus Gebbardus Abbas Sancto Gregorio concessit.

Comes Burchardus de Stofenberg, & frater ejus Bertholdus dederunt Sancto Petro Hirsaugiæ non modicam partem vinearum in Endingen, idem ad decem carratas Supputatam.

Gozzolt de Bilderhusen dedit Sancto Petro Hirsaugiæ in Argozingen quatuor hobas, & in Vasburwilare unum molendinum.

Hæc tria Dominus Abbas Gebehardus Sancto Gregorio concessit &c.

Quidam Hecel Serviens Sophiæ de Molehusen dedit Sancto Gregorio tres hobas in Hohenstat.

Quidam Ger cliens Folmari de Niwenhurg cum fratribus suis dedit Sancto Gregorio unum jugerum vinearum in eadem villa Hohenstat.

In eadem villa emptum est prædium à Bertholdo de Botenheimb bono Caballo, & datum est Sancto Gregorio.

Præfatus Hecel dedit Sancto Gregorio in Sachsenheim quinque hobas.

Habemus etiam in proxima villa ejusdem nominis Sachsenheim quatuor hobas, & dimidiam emptas XIII. Marcis à nostro Seniore Ernest ab Osterhilde vidua cujusdam Ernestonis de Stocheim. Easdem etiam manas dederunt Machilt quædam matrona de Ravengerespurg, & alia mulier Enzela nomine.

Prædicta etiam Machilt dedit Sancto Gregorio hobam in Gebersheimb; dedit etiam pro agro quodam in Dizingin Viginti Solidos monetæ Ulmensis &c.

Quædam Venerabilis matrona nomine Sophia de Molehusen cum filio suo Berlaho dedit Sancto Gregorio tres hobas in Muthaha, & in Ulvenesheim octo jugera vinearum, & aliquantum agri.

Comes Luittolfus de Achelm dedit Sancto Gregorio hobam unam in Remmingeshelmb juxta Necker fluvium.

Adalheidis vidua Heinrici comitis de Tovvingen dedit Sancto Gregorio hobas tres in Sindelingen, & dimidiam ecclesiam in Niferon juxta Enze fluvium &c.

Udalricus quidam liber homo de Waldaha dedit Sancto Gregorio curtem unam, & hobam in eodem loco.

Annô Incarnationis Dominicæ millesimô primô obeunte Beatæ memoriæ Willehelmo Abbate Hyrsaugiensi Dominus Geberhardus æquè memorabilis illi successit in regimine cænobiali; Cujus nutu, & patratu confirmata sunt & aucta quælibet ab Antecessore ipsius bene acta fuerant & instituta, sub quo ille Ernst, qui in construendo Beati Gregorii cænobio prioris Abbatis Collaborator extitit, & Adjutor, omnia quæ habere potuit ad eundèm locum coram idoneis testibus hæreditario jure contradidit, sive quæ antea tradiderat confirmavit, petens ab eodem Domino Abbate Geberhardo, & clementia ipsius obtinens, ut hæc ita scriberentur. Quæ sunt autem, quæ eidem loco ab ipso sunt collata, vel ejus industriâ cum auxilio bonorum fidelium aquisita, breviter hic commemoretur. Est enim prædium in villa Gotelubinga situm, alud in villa Hirslanda similiter in Dizinga, atque Sulzowa in Immenowa quoque, sed & in Gamertinga fere quatuor hobæ, & unam hobam vinearum in Endingen, sed illud prædium, quod in Hirslanda situm est & in Dizinga, & illas fere quatuor hobas in Gamertinga cum auxilio bonorum fidelium idem Ernest comparavit. Cætera omnia suis prædiis ipse mutuavit, & sic ad eundem locum delegavit, ex quibus illud prædium, quod in Immenowa habuit tali sub conditione dedit, ut hoc pertineat ad obedientiam elemosinarii: & ille ex hoc tribus anni temporibus fratribus constitutum pro charitate impendat servitium. Idem ad anniversarium ejusdem Ernestonis similiter Patris & Matris ejus. In anniversario autem ejus datur ab Elemosinario mensura frumenti, quæ nostra lingua Malter dicitur, ut inde triginta panes fiant, & ex his tredecim totidem pauperibus cum edulio carnis aut piscium, sive ovorum, aut casei erogentur: addito etiam vini poculo, & post refectionem vini cuique eorundem pauperum unus denarius tribuatur. Reliqui verò panes cum pulmento, quale tunc haberi potest, & cum potu consuetudinario aliis distribuantur pauperibus. Sed in oratione, quæ facienda est pares erimus ego Abbas Wihlehelmus & idem Ernest, scilicet ut die anniversario nostro missam unam pro nobis cantent singuli Presbyteri. Cæterùm Fratrum quilibet psalmos quinquaginta, aut orationem dominicam id est Pater noster totiens peroret, præterea, quæ communiter in vigilia & missa cum signorum pulsatione agenda est oratio. Quod in refectorio Superfuerit, Elemosinarius accipit. Infra collationem ab elemosinario potus fratribus datur de vino. Sed in anniversario Domini Willehelmi à Cellerario. Charitatem autem in refectorio fratribus Elemosinarius aut per se debet impendere, aut Cellerario repræsentabit duas Maltheras frumenti, & Amam vini Spirensis mensuræ, ac solidos sex, ipsos quoque solidos dabit

dabit ante quatuordecim dies anniverſarii, frumentum vero ante unam Hebhomadam: vinum autem ipſa die, cùm ipſius fuerit anniverſarius, ſimul cum ea agitur memoria Hildegarte ejus quondam conjugis. Similiter agatur memoria Patris & Matris ejus cum compulſatione, vigiliis, & miſſis, & ſimili in refectorio charitate. Placuit dein, & viſum eſt Fratribus noſtris, ut anniverſius Domini Wihlehelmi Abbatis dies tam ab ipſis, quàm à poſteris ipſorum memorialis habeatur, tum ob amoris illius venerationem, tum ideo, quòd ipſe cœnobii hujus conſtructor ſit primus. Annuentibus igitur cunctis, ſtatutum eſt, ut adminiculantibus obedientiariis noſtris eadem die cunctis fratribus interioribus, & exterioribus ob amorem ejusdem pii Patris caritas impenderetur. Hæc autem ſunt, quæ ſinguli dabunt. Prior dabit amam vini Spirenſis menſuræ, & malter ac dimidium frumenti. Præpoſitus Solidum unum. Camerarius unum, Cellerarius unum, cuſtos eccleſiæ unum, & Elemoſinarius unum, exceptis duodecim nummis totidem pauperibus deputatis. Hoc etiam decrevit Dominus Abbas Bruno, ut quidquid eadem die fratribus in refectorio conſuetudinaliter ſuperfuerit, ad Elemoſinam detur, ideo quia nummi non decimantur. Singuli quoque præfatos ſolidos ante quatuordecim dies Cellerario dabunt, & frumentum ante ſeptem dies: vinum quoque ipſa die. Frumentum quoque illud de quo triginta panes pauperibus parantur, de fratrum Granatorio dabitur. Cæterùm omnia faeimus in Orationibus & Elemoſinis ſicut in anniverſario Domini Erneſtonis præſcriptum eſt.

In Dizingen quatuor hobæ, quatuordecim Marcis emptæ ſunt, quas dedit Nanno Wormacienſis civis pro filia ſua Goda &c. Notum eſſe Cupimus Domino Noſtro JEſu Chriſto famulantibus, qualiter Machilt de Sunthoſin prædium quod eſt ſitum in Hirslandin & Hoſin cum omnibus appendiciis vendiderit ſæpe dicto famulo Dei Erneſt ob centum manas argenti cum conſilio, & viginti marcarum ſubſidio Hardwici Magdaburgenſis venerabilis Archi-Epiſcopi pro ſuſtentatione Monachorum, aliorumque Deo famulantium in cella Sancti Gregorii. Huic cauſæ præfuit idem præmemoratus Archi-Epiſcopus H. cæterique plures interſuerunt, ſcilicet Herimannus Magdaburgenſis urbis Præfectus, & Palatinus comes Fridericus, & Sigeloch, pluribus Saxonum, Swevorum, Bavariorum, & Francorum adjunctis. Neque hoc ſemel feciſſe ſufficere credidimus, niſi iterum id in Giberheſtein innovaretur pluribus teſtimoniis adhibitis. Deinde in Herpheſfurt Filiis prædictæ matronæ ſecundum jus id ex omni parte confirmantibus. Deinde filius ejusdem nomine Bunhardus legitimus Succeſſor Matris ſuæ hæreditatis tradidit hoc idem prædium ex petitione Erneſtonis conſenſúque omnium cohæredium ſuorum cuidam nobili Sweveno Bertholdo de Sparewareſekke, ut potius per illius manum illud prædium offeretur Sancto Gregorio, quàm per manum Erneſt, qui jam armis & mundo, pro Chriſto renuntiaverat. Poſtea verò in quarto anno ex relatione aliquorum agnovit hoc Erneſt, quod prædicta matrona murmuraret, ſibi adhuc aliquid defore de promiſſa peccunia, ſed ille Erneſt labore invictus iterum rediit Saxoniam, & in præſentia H. Archi-Epiſcopi & H fratris ejus & Hedenrici militis ipſius. aliorumque miniſterialium militum ejus, & Theodorici comitis de Hara, multorumque ſuorum, tot & tanta huic matronæ ſuisque filiis contulit, donec prædictum prædium omni mala calliditate ſubmerſa legitimè ſtabiliretur Sancti Gregorii cœnobio. Huic negotio interfuit Sigeloch, & Heinricus, Fridehelm, & Winchart. Miles Fridehelmi, Adelbertus, & Burchaddus Milites Archi-Epiſcopi. Ad hos iſtos noviſſimos teſtes idoneos eſſe æſtimati ſumus, quia franci fuerunt: maximè quod prædictum prædium in terra francorum ſitum eſt, & prænominata matrona cum ſuis cohæredibus francorum lege regenda atque cohercenda eſt. Denique ſicut dictum eſt, prædictum prædium centum marcis eſt emptum, quarum viginti Hardwicus Magadburgenſis Archiepiſcopus Sedaturum ſpopondit. Dominus Ceizolfus Magocienſis Decanus, qui & alia multa beneficia nobis contulit in eadem emptione triginta marcas dedit. Drutwinus Wormacienſis civis viginti marcas dedit. Heinricus Magdaburgenſis Vice Dominus decem dedit marcas. Gerlahus de Malboteſheim duas hobas Sancto Gregorio dederat, quæ per ſe decem marcis venditæ in ejus prædii emptionem ceſſerunt. Inſuper aliorum fidelium oblationes, quorum nomina in libro vitæ ſcripta ſunt in eodem prædio datæ ſunt. Poſt hæc autem omnia Dominus Sigebertus Filius ejus junior conqueſtus eſt coram Rege Lothario apud urbem Wirceburc, delegationem illam eſſe injuſtam à Matre & Fratre factam. Cui poſt hæc dederunt Proviſores hujus loci Triginta marcas argenti. Qui & ipſe in Spirenſi urbe coram Imperatore Lothario, & aliis Principibus delegavit in manus Waltheri de Rotenburc ut ipſe offerret Sancto Gregorio. Ad hoc Soror ejusdem Sigeberti & filius ejus Gerungus nomine tradiderunt ſupra dictum prædium Sancto Gregorio in manus Odalrici Abbatis de Cella Domini Pauline.

In Sulza juxta Wormatiam habemus quatuor hobas arabiles terræ, & Sex jugera, & quartam partem jugeri, & undecim jugera vinearum, & quartam partem jugeri, & de prato quartam, & duas curtes. Ex his quidam Cono de Heppheinheim Cliens Ezzonis de Steinheim dedit Sancto Gregorio ibidem curtem unam, & duas hobas, & ſeptem

jugera agri, & duo jugera vinearum, in qua donatione quidam Landegerus de Tila dedit viginti octo marcas præfato Ezzoni ut ipse hanc deditionem firmaret.

Hartwidus quidam liber homo civis ejusdem loci dedit Sancto Gregorio ibidem curtam unam, & hobam integram cum quinque jugeribus vinearum. Quartam hobam emerunt tres Christi fideles quindecim marcis. Ex quibus quædam Matrona de Wormacia nomine Razwib dedit decem. Humbertus de Albesheim dedit quatuor, & Erchenbertus de Guntheim dedit unam. Gilolfus de Breitenuwen dedit Sancto Gregorio in Niferon juxta Waldaha tres hobas.

Wernherus de Tagelfiugen, & frater ejus Walto clientes Ludewici de Spizenberg dederunt Sancto Gregorio tres hobas in Raggefingen.

Bertholdus Dux Senior Sancto Gregorio Hertingesberg dedit montem in dedicatione ecclesiæ.

Bertholdus autem junior dedit Hugeswarta.

Hugo de Saleitetin, & Pater ejus Waltherus, & Patruus ejus Rodolphus Sancto dederunt Gregorio montem, & quoddam pratum in Romanesbach &c.

Rodolphus quidam liber homo de Haldewanc dedit Sancto Gregorio ante constructionem hujus cænobii supra montem, qui vocatur Howeberg totum prædium suum, quod ibidem habuit usque ad Wifebom. Dedit etiam reliquias Sanctorum Martyrum Fabiani, & Sebastiani, & aliorum Sanctorum &c.

Ex alia parte Murgæ inter duos rivulos Eiterbac, & Egenbach in monte, qui ab eodem rivulo Engenberc nomen sortitus est, est locus, in quo curtem adalenda pecora nostra quondam fecimus, quem totum usque ad Snesleiph emerunt duo homines Wacelinus, & Drutwinus erga ruricolas illos in Dornstetin &c.

Inter Domhach, & Eiterbach situs est mons, in quo nunc pratum habemus, quem emit quædam mulier Rechilt nomine mater Antwarti & Hartmanni erga duos liberos homines Luizmann fidelis, & Ogger marca una.

Albertus filius Gunzelini de Hodorf juxta Sneite dedit Sancto Gregorio inter Ensingesbrunnen & Tombach usque ad Snesleiph totum, quod habuit in monte, qui rinca vocatur, & infra montem in pratis, ubi etiam quondam Curtem habuimus ad alenda pecora &c.

Burchardus Filius Radebotonis dedit Sancto Gregorio quinque hobas in duabus villis Sitas, Gamertincheim videlicet, & Urlufheim. Postea idem Radeboto Pater Burchardi, & frater ejus Lutfridus, nec non ipsemet Burchardus dederunt prædium suum in Visbach Sancto Gregorio, & frater ejusdem Burchardi præfatus Luitfridus eo tempore partem suam in prædio ad Gamertincheim in sua habuit potestate, quam partem provisores hujus cænobii ab eodem Lutfrido emerunt octodecim manis: & sic idem prædium ex integro delegatum est Sancto Gregorio.

In ipsa villa Gamertincheim emit quædam matrona nomine Luditha cum filio suo Rodolffo hobam unam, dantes quatuor marcas & dimidiam Hermanno de Wirceburg, & eandem tradiderunt Sancto Gregorio &c.

Item in eadem villa Provisores hujus loci emerunt hobam unam pro duabus marcis & dimidia ab Heinrico de Bünnencheim.

Adhuc in ipsa villa Gamertincheim sunt tres urnales, & dimidius vinearum, quas vineas emerunt Dominus Geberhardus Abbas, & Ernest Senior noster cum una hoba ad Glatebach & quatuor marcis. Marcas dedit Abbas Geberhard, & hobam Ernest. Sicque ipsæ vineæ Sancto Gregorio sunt traditæ.

Hartmot quidam de Gamertencheim dimisit prædium suum quod habuit in eadem villa fratri Sigeloch in vadimonio viginti quinque marcarum, ipsumque delegavit duobus liberis viris Henrico videlicet de Bümencheim, & Willehelmo de Hessencheim, ut ipse id Sancto Gregorio delegaret, si præfatam pecuniam ante obitum suum non redderet. Post obitum autem ejus hæres ipsius idem prædium dedit Sancto Gregorio. Cui datæ sunt Sex marcæ, quas dedit Dominus Meginhardus Clericus.

Manegoldus quidam miles de Luithach in eadem villa Gamertinga & in Megenbotesheimb dedit Sancto Gregorio prædia sua, quæ habuit cum mancipiis omni jure proprietatis. Hanc traditionem delegavit primum coram comiti Herimanno & fratre ejus Alewico de Sulza, & alii multi testes interfuerunt, post obitum autem ejusdem Domini Manegolt Heinricus Clericus frater ejus de Owa firmavit Sancto Gregorio eadem prædia, nec non & duæ Sorores eorum. Sed Guntramus nepos ejus de Husun contradixit, donec hujus loci provisores ei dantes quum in villa Sallestetin coram liberis hominibus & ipse stabilivit &c.

Item & alia prædia habemus in Gamertincheim, & in Megenbotesheim, quæ dedit Dominus Herimannus de Binelfingen Sancto Gregorio; sed ea comparavimus ab eo duodecim marcis argenti, quarum octo dedit Dominus Cono Clericus de Vüeningen, & qua-

quatuor dederunt Sigeboto, & Trutwinus duo fratres ea conditione, ut quamdiu viverent illud tantùm in Megenbotesheim haberent.

Luitfridus quidam de eadem villa Gamertencheim veniens ad converſionem dedit etiam prædium ſuum Sancto Gregorio in eodem loco &c.

Cono miles comitis Hugonis de Towingen dedit Sancto hobam unam in Daleheim &c.

Enzmann de Daleheim dedit Sancto Gregorio dimidiam hobam in ipſa villa.

Wernherus Clericus de Nallingesheim delegavit Sancto Gregorio mancipium ſuum Anshelmum cum prædio ejusdem Anshelmi ubicumque ſitum eſſet.

Lodebertus de Stofenberc, & uxor ejus delegabant Sancto Gregorio prædium, quod habebant iu Metzingen.

Burchardus filius Ludeberti cum uxore & filius ejus dederunt Sancto Gregorio prædium ſuum, quod habuerunt in villa, quæ vocatur cella juxta Chilicheim.

Duo fratres de Bonlandun unus Diemarus, alter Emehardus tradiderunt Sancto Gregorio prædium ſuum, quod habebant in eadem villa exceptis duobus curtilibus locis absque ædificiis &c.

Comes Hugo de Towingin delegavit Sancto Gregorio prædium ſuum in Sindelingin pro anima fratris ſui Henrici comitis. Et hoc fecit rogatu adalheidis comitiſſæ uxoris ejus Heinrici comitis. Inſuper proviſores hujus loci dederunt novem manas ad ſolvendum idem prædium, ubi erat in pignore poſitum.

Berta & maritus ejus Hngode Sulindorff dederunt Sancto Gregorio prædinm ſuum ex integro in Nallingesheim.

In Endingin habemus duas curtes, & vinetum.

Herimannus de Windesle dedit Sancto Gregorio novem jugera in eadem villa.

Rodolffus de Winterbach dedit Sancto Gregorio dimidiam hobam in Sinzenhofen.

Lodebertus filius ſupradicti Ludeberti de Stofenberc dedit Sancto Gregorio hobam unam in Alinefvvilare, quæ poſtea in concambium data eſt duci Conrad pro alia in Sendelinbach.

Adebertus ejusdem Ludeberti filius dedit unam hobam in Mezingin.

Richenza de Spizenberc dedit Sancto Gregorio hobam in Buggenesheim, dedit etiam hobam in Rode &c.

Quædam Hiltigart dedit Sancto Gregorio hobam in Vueningin.

Quidam Diezo de Skitingin dedit Sancto Gregorio hobam in eadem villa.

Quidam Azelinut de Mezeſtetin dedit hobam Sancto Gregorio in eodem loco.

Manigolt de Linſtetin dedit hobam in Ottendorf.

Quædam Mechilt dedit hobam in Gebersheim.

Liutfridus dedit Sancto Gregorio hobam in Sindelſtetin.

Heipo de Nallingesheim dedit Sancto Gregorio unum jugerum in eadem villa &c.

Rodolffus de Waltorf cliens Adelberti de Aldenſteiga dedit Sancto Gregorio duas hobas in Linſtetin, & partem eccleſiæ, quæ poſtea venditæ ſunt quinque marcis, & datum eſt pretium Duci Welſoni, & ejus conjugi pro alio prædio, quod dederat nobis Eberhardus de Achara, & uxor ejus Gertrut, addidimus etiam alias quinque &c.

Quidam ingenuus homo Bern nomine poſſeſſionem ſuam, quam habuit in loco, qui antiquitus Richenbach dicebatur Beato Aurelio eodem, quo ipſe hanc jure poſſederat firma ſtabilitate cum uxore & filio ſuo tradidit. Terminus autem ejusdem loci eſt verſus occidentem usque in medium Murgæ, verſus Septentrionem usque in Reichenbach, verſus meridianam plagam usque in Notingesbach, & usque in verticem montis, qui Burcberc dicitur. In quo etiam cella in honore Sancti Gregorii eſt conſtituta. Ad quam idem Bern Senior dedit hubam unam in Visbach &c.

Bern Junior dedit poſt hæc Sancto Gregorio montem juxta cellam, qui vocatur Iringesberg &c.

Wolfhoc de Altheim, & filius ejus Hecil dederunt Sancto Gregorio quidquid habuerunt in Altheim.

Liutfridus dedit Sancto Gregorio etiam prædium ſuum in Altheim.

Marcwardus dedit prædium Sancto Gregorio in Altheim.

Ropertus dedit prædium ſuum in eadem villa &c.

Azelinus cum filio ſuo dedit prædium in eadem villa.

Rodolfus Supradictus de Winerbach, & frater ejus Walecho dederunt Sancto Gregorio duas hobas apud Reinecheim in palude.

Sigeboto filius Sororis eorum de Bondorf dedit hobam unam in Utzenhofen.

Rodiger de Reinecheim dedit quartam partem hobæ in Walewilare &c.

Bertholt de Hirſaha dedit hobam unam in eadem villa Walewilare &c.

Sigewart filius ejus dedit dimidiam hobam in Achera, & dimidiam in Croswilare.

Eberhart de Achera dedit hobam in eadem villa.

Machilt quædam matrona uxor Erlewini comitis dedit Sancto Gregorio duas hobas in Turewilare, ea scilicet conditione, ut anniversarius Patris ejus inde agatur.

Sigeboto Folmarus Adelbertus, & Wimarus germani fratres dederunt Sancto Gregorio in Harbretesiwilare prædium suum quod potest in agris, & pratis, & nemore computari pro una boba.

Juxta idem prædium Waltherus de Horewa Dominua eorundem Sancto dedit Gregorio tantundem.

Item Waltherus de Horewa dedit Sancto Gregorio prædium suum inter Eigenbach, & Dagemaresbach ex utraque parte Murgæ &c.

Aliud etiam prædium dedit super Beefenfelt satis bonum. Quod ex parte suum, & ex parte servorum suorum erat, sicut & prædictum.

Adalberti scilicet Sigebotonis, Folmari, & Wimari. Dedit etiam in inferiori Vieningen mansum nnum.

Juditha de Wachendorf, & filius ejus Wecil dederunt Sancto Gregorio in Walthosin hobam & dimidiam, cum quibus emptum est prædium in Jokhheim, videlicet duæ hobæ & tres curtes.

Bernhardus de Salestetin dedit Sancto Gregorio hobam & dimidiam in Eskelbrunnen pro uxore sua Machtilde, quod postea datum est Weciloni de Wille pro alio in Uitenbach. Hic idem Wecilo famulus erat Sancti Aurelii &c.

Hæc sunt beneficia, quæ Dominus Ceizolfus fecit.

Dominus Ceizolfus Mogonciensis ecclesiæ Decanus emit Sancto Gregorio quatuor hobas in duabus hohenstat: duas videlicet pro Septemdecim marcis in Superiore, & duas pro viginti marcis in inferiori &c. Ad Vueningen duos mansos pro undecim marcis. Dedit etiam in prædio Hirslandon triginta marcas.

Ad Argozingen in prædio dedit tredecim marcas: dedit etiam in duabus campanis tredecim marcas, in utraque scilicet sex & dimidiam, & dum viveret singulis annis dedit pro charitate dimidiam marcam. Postea autem libros, pretiosam paraturam, & omnia quæ potuit, nobis moriens reliquit.

Bernoldus Sacerdos de Dornesteten & frater ejus Rodolfus dedit Sancto Gregorio prædium suum in Owingen pro matre sua Azela.

Billing filius Luitfridi de Rode dedit prædium suum in Rochelheim Sancto Gregorio ea conditione, ut si vivus vel mortuus ad nos venerit, suscipiatur, querelam etiam, quam ad nos habuit hoc pacto postposuit &c.

Quidam liber homo de Gunderichingen Adolo nomine veniens ad conversionem dedit Sancto Gregorio dimidiam hobam in eadem villa.

Quædam mulier Gezela nomine de Gunderichingen dedit etiam Sancto Gregorio dimidiam hobam in eadem villa, & quatuor mancipia &c.

Item quidam homo Wovelin nomine de præfata villa dedit Sancto Gregorio dimidiam hobam in eadem villa.

Quidam liber homo Wipertus nomine de Luitzenhat veniens ad conversionem dedit Sancto Gregorio prædium suum, quod habuit in eadem villa. Cum eodem prædio campsimus aliud prædiolum in Gunderichingen. Quin etiam in diversis locis babemus multa in pratis & aliis necessariis, quæ breviando comprehendere non valemus.

Quidquid habemus in Gottelbingen, multipliciter est congregatum.

Primum Sigeboto de Rogesingin dedit prædia duo huic cænobio Sancti Gregorii in Gottelbingin, sed & Endingin in concambio pro aliis duobus in Gamertencheim & Ostein.

Hermannus Frater Alewici comitis de Sulza veniens Hirsaugiæ ad conversionem dedit prædium suum in Gotelbingen situm ex integro Sancto Aurelio, quod præstitum est cuidam Eckehardo de Rordof famulo Sancti Aurelii. Tandem Provisores hujus loci consilio Domini Abbatis Wilhelmi qui ipsum prædium præfato famulo concesserat, campserunt cum eodem Eckehardo donantes ei hobam in Utingen.

Datam Sancto Gregorio à Reginboldo de Utingen: dederunt ei etiam aliud prædiolum in Daleheim, quod dedit Sancto Gregorio Entzmann de eadem villa. Insuper addiderunt ei aliud in Altendorf, quod dedit Manegolt de Linstetin Sancto Gregorio, dederuntque quantum in Viskinin, quod primum datum Hirsaugiæ à præfato Hermanno datum est Sancto Gregorio à Wihlhelmo Abbate.

Wern Filius Wern de Hopsowon dedit prædium suum in Gottelbingen ex integro sex hobas fratribus Sancti Gregorii in concambio pro aliis duobus prædiis in Owan & Atenherde.

Emerunt etiam hujus Provisores loci hobam unam in Gotelbingen octo marcis ab Abba-

Abbate de Sancto Gregorio. Easdem octo marcas dedit quidam Presbiter de Onefwilare nomine Ludewicus Sancto Gregorio.

Cono Clericus comparavit prædium in Tetelingen viginti quatuor marcis à Wernhero de Salestetin Servo comitis Hugonis, & dedit illud Sancto Gregorio. Idem autem Wernherus dedit etiam Sancto Gregorio duas hobas in eadem villa quæ erant beneficium cujusdam militis sui nomine Megenlai. Cui iterum dedit præfatus Cono viginti marcas, & sic cesserunt usum famulorum Sancti Gregorii.

Iterum prædium comparavimus ibi ab Abbate & Monachis de Sancto Benedicto quinque marcis coram Comite Friderico eorum Advocato, quod argentum prænominatus Cono dedit.

Aliud etiam prædium Eigilwardus de Tetelingin dedit Sancto Gregorio, quod acquisivit à quodam milite nomine Sigeboto cui dedit prædium suum in Endingen, & ipse econtra stabilivit ei prædium suum in Tetilingen coram comite Rodolfo de Briganto, cujus erat famulus &c.

De Ragefingen Waltherus famulum Sancti Aurelii veniens ad conversionem cum licentia Domini Folmar Abbatis, dedit Sancto Gregorio prædium suum in eadem villa.

Irmengart de Tetilingen dedit duo jugera in eadem villa.

Berthold & frater ejus Heinricus dedit Sancto Gregorio prædium suum in Ticzzo, quidquid habuerunt ibi in nemore, in pratis, & in agris; Molendinum etiam ibi dederunt.

Hotzmann & frater ejus Bertholdus dederunt etiam Sancto Gregorio prædium suum in eadem villa.

Eigilwardus prædictus dedit in eadem villa prædium suum cum filia sua.

Luitoldus & frater ejus Adelbertus de Nagætha dederunt Sancto Gregorio prædium suum in eadem villa.

Arnoldus quidam dedit Sancto Gregorio prædium in eadem villa, & in Ragesingen.

Albertus quidam & frater ejus Cono dederunt Sancto Gregorio hobam unam in Wittendorf, quibus etiam dedit Dominus Luitfridus frater Sancto Paulo de Wormacia quatuor marcas.

Marcwardus de Ettenheimb dedit Sancto Gregorio hobam unam in Reitwise.

Reginboto ut Fridericus frater ejus de Gildelingen vendiderunt fratribus Sancti Gregorii duas hobas in Hyrslanden novem marcis argenti, quod argentum dedit Hildeboldus miles, & Richenza uxor ejus de Wachendorf, & sic illud prædium venit in usum famulorum Sancti Gregorii.

Wielburc Soror Bertholfi de Buh dedit Sancto Gregorio dimidiam hobam in Argocingen pro anima mariti sui Anshelmi clientis comitis Hugonis de Travvenegge.

Gozolt de Utingen delegavit fratri nostro Meginfrido prædium suum in eadem villa, ut & ipse idem prædium delegaret Sancto Gregorio.

Wernherus de Uitingen, & uxor ejus Liutgart dederunt Sancto Gregorio prædium suum in Grundilen.

Wernherus, & Walto fratres de Rogesingen dederunt Sancto Gregorio prædium suum, quod habuerunt in eadem villa.

Reginhardus quidam, & Soror ejus dederunt Sancto Gregorio prædium suum in eadem villa.

Quidam Wernherus, & mater ejus cum fratre suo Walthono dederunt Sancto Gregorio prædium in eadem villa.

Hiltegart quædam matrona de Mezzestetin cum duobus filiis Heinrico & Adalberto dederunt octo jugera in eadem villa Sancto Gregorio, & montem juxta Wingisberc situm, qui Theutonio nomine Eichhalda vocatur.

Quidam Ripertus cum fratre suo Arnoldo prædiolum suum in eadem villa in Raggesingen Sancto tradiderunt Gregorio.

Notum sit omnibus in unitate fidei viventibus Christique misericordiam postulantibus, qui sibi successuri sunt, & usque ad sæculi consumationem victuri, quod quidam ingenuus homo Lutfridus nomine ob amorem Dei, & Salvatoris Nostri JEsu Christi dederit res juris sui in Onesvvilare sitas ad cellam Sancti Gregorii in nigra sylva, quæ ab influente rivo Richenbach vocatur, quæ etiam sita est juxta fluvium; qui Murga nuncupatur, cum omnibus rebus ad ipsam villam pertinentibus. Viculum siquidem in palude situm circa domum firmam, ubi idem Liutfridus sedit, qui viculus aliud nomen non habet, Sulzbach, Romilinsbach, & quidquid in ecclesiam Onesvvilare juris habuit, cum mancipiis utriusque Sexûs, vineis, campis, pratis, cultum, & incultum cum omni integritate. Quæ etiam res sitæ sunt in comitatu Forhheim, & circa unamquamque suis terminis conclusæ. Dedit autem hæc omnia jam dicto Sancto Gregorio idem Luitfridus primum pro amore Dei. Deinde Patris, ac Matris suæ, & uxoris, & pro salute animæ suæ, & omnium illorum, qui sibi easdem testamentario jure concesserunt: pro animabus quoque fratrum, & Sororum, ac nepotum omnium utriusque Sexûs propinquorum:

ut Sedulæ quoque orationes dirigantur Domino tam pro illo, quàm pro omnibus, quorum memoria Superius diggesta est. Acta est autem hæc traditio inprimis in cella Sancti Gregorii, & ipse Luitfridus hanc auctoritatem fieri & firmari rogavit, quando propria manu super Altare Sancti Gregorii idem prædium delegavit.

Anno Jncarnationis Domini Millesimo, centesimo, decimo quinto indictione octava Sexto Kalend. Junii, in qua die celebrabatur eodem anno ascensio Domini, tempore Heinrici Imperatoris quinti ejusdem nomine. Transactis post hæc viginti diebus & uno, Secundo itidem confirmata est eadem delegatio in villa, quæ dicitur Malsa decimo quarto Kalend. Julii in præsentia Domini Brunonis Hirsaug ensis Abbatis, & Trudevvini Prioris de Sancto Gregorio & ceterorum idoneorum testium, quoa idem ipse Lutfridus pæne omnes ad hoc ipsum congregavit, quorum nomina sunt hæc: Reginboto Comes de Mala, in cujus comitatu idem prædium situm est. Svigerus de Welingin. Hugo de Haidolfesheimb, Wernherus de Remcheim. Gotescalcus & filii ejus, Adebertus de Achera Bertholdus de Eberstein, & filius Sororis ejus. Wecil de Zolra. Wecil, & frater ejus Gnanno de Bsbenvvilare, & alii plures idonei testes de eadem villa. Ex quibus prædiis singulis annis marca Cellerario persolvetur, ut in anniversario ejusdem Lutfridi charitas fratribus impendatur. Habuit etiam prænominatus Dominus Lutfridus uxorem quondam nomine Adelheit, cui etiam prædium dedit & filius eorum in Onesvvilare. Pro hoc in concambio dederunt fratres de Sancto Gregorio prædia in duobus Sahsenheim sita &c.

Anshelmus de Mals dedit prædium suum ex integro Sancto Gregorio quod habuit in eadem villa.

Wernherus de Salleftetin prædium idem partes montis Wingesberc Sancto Gregorio per manum Domini sui comitis Hugonis contradidit.

Prædium autem quod habemus in Teddingen sedecim marcia comparavimus à matrona quadam Gisela nomine, & ejus filiis Adalberto de Scopheim, & Hugone ejus fratre; quæ etiam matrona ipsum prædium per Erchenboldum quemdam nobilem virum Advocatum suum de Hachberc Erchenboldo cuidam alio libero de Achera delegavit, qui veniens Sancto Gregorio eandem traditionem donavit.

Quidam ingenuus homo de Witendorf nomine Hartmot ob amorem cœlestis patriæ dedit Sancto Gregorio prædium suum in eadem villa situm cum aliis viculis, & sylva ad illud pertinentibus pro remedio animæ suæ, & Patris sui Gozzoldi, & Matris suæ Berthæ, quorum ipse legitimus successor prædicta prædia omni jure proprietatis hæreditavit. Hujus rei testes fuerunt Waltherus de Horvva, & Eigilvvart de Dedilingin, & alii multi interfuerunt.

Waltherus Eigilolfus, & Sigefridus de Raggesingen dederunt Sancto Gregorio hobam unam in Feringin, & aliam in Dedilingin.

Vir quidam nobilis nomine Guntramus igne Divini amoris succensus prædium suum tradidit Sancto Gregorio, quod habebat in Husen, & Betherane, & in locis ad jacentibus pro remedio animæ suæ, & Patris ac Matris, & omnium parentum suorum, Specialiter verò Attavæ suæ Gebæ, cum omni jure, tota devotione totaque intentione absque omni conditione dedit. Hæc traditio in tempore Lotharii Imperatoris primum facta est in Campo juxta Rusten præsente comite Hugone, & filio ejus Heinrico, & aliis pluribus. Postea autem in Monasterio Sancti Gregorii peracta est tertio Non. Octob. cum filio Sororis suæ Adalberto scilicet suo Advocato coram idoneis testibus Rodolfo videlicet de Sigemaringen, Erenfrido de Ritenhaldin, Ottone de Raggesingen, Wielando, Burchardo de Altheim, Marcvvardo de Sallcftetin, Odalrico de Waldaha. Statutum est hinc etiam ex consensu totius congregationis, ut anniversarius ejusdem Guntrami cum officio defunctorum celebretur, & in refectorio de molendino ejusdem prædii charitas fratribus impendatur. Sed & memoria Patris ac Matris ejus cum eo simul agatur.

Hildeboldus, & uxor ejus Richenza de Wachendorf dederunt supra dictum thesaurum id est Sedecim marcas pro prædio in Tettingin.

De prædiis, quæ dederunt Domini de Oberencheim.

Notum esse volumus omnibus justitiam & veritatem amantibus, quod Dominus Meginlaus, Wolprandus, & Herimannus tres fratres de Oberencheim viri nobiles prædium, quod in villa Etiningin hæreditario jure possederant pro remedio animæ suæ suorumque parentum Sancto Gregorio jure perpetuo tradiderunt, & in manus Palatini comitis tunc Advocati nostri Gotefridi delegaverunt regnante Imperatore Lothario, & loco nostro tunc temporis Abbate Folmaro præsidente. Rursus verò Divino instin-

instinctu commoniti, prædia quæ in Utingen, & Harda, & Otinwilare possidemus in manus Advocati nostri tunc Adalberti de Calvva delegantes Sancto Gregorio firma stabilitate tradiderunt. Porro traditio ista in villa Elinza præsentibus idoneis testibus facta est. Adalbertus & filius ejus de Steinekke. Marcolfus de Agelestewilare, & alii multi. Reputantibus autem nobis quod hæc traditio firmior, & stabilior juxta legem francorum esset, si in comitatu nostro facta esset, ipsum Dominum Meginlaum rursum vocavimus, & ab eis supradicta prædia regnante Conrado nondum Imperatore anno Incarnationis Domini Millesimo, centesimo, quadragesimo tertio indictione sexta decimo tertio Kal. Julii cum mancipiis primum ad Sanctorum reliquias in ecclesia Sancti Gregorii, deinde eodem die coram multis idoneis testibus & liberis hominibus in Altheim suscepimus. Hujus igitur traditionis testes hi sunt. Marcolfus de Agasterwilare, Birthelo de Linstetin. De Altheim Wielant, Walther, Sigefrid, Ebbo, Wernher, Berthold de Raggesingen. Walther, Hartmot de Gottelbingen, Hartmann, Heinrich de Sallestetin, Heinrich Burchart, Marcwart de Nuferon, Adelhart, Walter, Conrad.

Post hæc Dominus Herimannus frater ejus in quarto mense Septemb. decimo Kal. Octobr. ipso die dedicationis nostræ ecclesiæ eandem donationem firmavit, mortuo tunc tertio fratre Domino Wolprando. Insuper & dimidiam hobam in Gotelbingen Sancto dedit Gregorio. Dedit etiam mancipia utriusque Sexûs cum eorum prædiis, quæ possederat in Nüferon, & in Ottenwilare. Affuerunt autem testes ipso die Egilolfus de Brandekke, Anselmus de Malsc, Hartmot de Wittendorf, Guntramus de Husen, de Witelinswilare Adelbertus, Berhtolt, Manegolt, Willehart, Hartmann, Adelbertus, & alii plusquam Sexcenti viri liberi & Servi. Affuit etiam Dominus Meginhardus & Sigefridus Archi-Presbiteri cum aliis clericis decem.

Erlewinus præpositus, & Bertholdus ejus adjutor fratres Sancti Blasii, & Gotefridus conversus de Richenbach cum Burchardo de Sulzowa in villis Nallingen convenerunt, & communi consilio statuerunt, ut Burchardum filium Burchardi de Sulzovva cum sorore sua, natisque illius, & uno mancipio, qui de familia Sancti Blasii erant, Dominis de Richenbach darent, & ab eis Richardum de Totirhusen cum sorore sua Rilinda de Husingen & natis ejus legitimo concambio acciperent, quod ut ratum fieret, præfatus Burchardus dedit Sancto Blasio dimidium mansum, quem in villa Ihilinga habuit, idque ex sententia Domini Abbatis G. ipsius cellæ firmatum est.

Quidam vir Nobilis nomine Erlevvinus de Bernech ad conversionem veniens Sancto dedit Gregorio prædium suum in villa Neron, quod postmodum pretio distractum est, & prædium in Ninsvvilare comparatum est.

Notum facimus universis quid huic ecclesiæ nostræ boni contulerit Dominus Liutfridus Decanus Sancti Pauli in Wormacia casulam purpuream dedit dalmaticam, & subtilem fanonem cum Aurifrigio, tres cappas purpureas, Dorsalia Septem, duo ex his lanea pretiosa, quinque de serico cortinam depictam &c. Præterea viginti Sex marcas Sancto dedit Gregorio, quibus comparata sunt hæc: molendinum in Renichem, mansus unus in Nallingesheim, prædia duo unum in Dagilingem, alterum in Datichingin, de quorum redditibus ordinavit communi consilio fratrum in commemoratione omnium fidelium defunctorum eo vivente monachis pariter & fratribus charitatem fieri, si quid reliquum fuerit ad construendam ecclesiam in honore Sancti Pauli donare constituit, ad cujus fundamenta locanda ipse prius marcum, & dimidiam dederat. Decrevit etiam ut post obitum ejus in anniversario depositionis suæ ipsa charitas plenitus fratribus impendatur. Statuit ut quidquid ipsa die in cibo vel potu superfuerit pauperibus præbeatur. Statutum est in ejus præsentia, & confirmatum ab omni conventu ipso petente, ut nulla necessitate cogente nec penuria ipsæ Sacræ vestes Sancto subrahantur Gregorio.

Quidam liber homo nomine Adelbertus de Heigerloch dedit Sancto Gregorio prædium suum, quod habuit in Hurningen & Marpach cum mancipiis & omni jure. Hæc traditio facta est in loco qui dicitur Hohenmur in placito, & in præsentia Palatini comitis Hugonis, ipso docente, & confirmante legitimo jure. Testes fuerunt hujus rei omnis pene provincia, præcipuè liberi homines Comes Alivvic de Sulza, Cuno, & Waltherus filius ejus de Shovva, Waltherus de Utinbrucca, Comes Bertholdus de Achelm Conradus de Ammur. Otto de Antringin, Wather de Bebilingin, Gebehart de Raccisingin, Hiltipolt de Ysinbruc Ebirhart de Miringin Berhtolt de Blankinstein, & alii plures idonei testes.

Notum esse volumus tam futuris, quàm præsentibus omnibus in unitate fidei manentibus, quòd ingenuus homo nomine Eberhardus de Sasbach cum uxore sua nomine Eligga, prædium suum in eadem villa Sasbach situm, & aliud in Scozzisheim cum mancipiis utriusque Sexûs delegaverunt Deo, & Sancto Gregorio, omnibusque fratribus ibidem Deo servientibus, pro remedio animæ suæ, parentumque suorum. Ex consensu autem Prioris tunc temporis ex petitione ejusdem Eberhardi statuit omnis congregatio de suis servientibus, ut post mortem illius nullius Advocati violencia oprimatur. Si autem

autem aliqui injuftè præfumere velint contra monafterium, ex induftria Prioris, aliorumque loci hujus proviforum fine lefione Advocati coheræantur. Uxor autem ejus prædicta Eiligga per manum mariti fui Eberhardi dedit etiam prædium fuum Deo, & Sancto Gregorio, quod habuit in Durrcheim, fcilicet duas hobas &c.

Ego Ropertus gratia Divina Hirfaugienfis Cenobii qualifcunque Abbas notum effe defidero omnibus Chrifti fidelibus tam futuris, quàm præfentibus, & communi, concordique accepto fratrum noftrorum confilio, prædia noftra, quæ in Endingin, & Forecheim cum mancipiis utriusque fexûs habuimus, causâ majoris utilitatis mutavimus ipfa prædia noftra in Endingin, & Forchem Wernhero de Ortinberch viro nobili, & ingenuo cum omni jure proprietatis tradentes, ipfius Wernheri prædia, quæ in Alfacia Schervvilr fcilicet, & Ebershem, item cum mancipiis utriusque Sexûs hereditario jure poffedit pro concambio recipientes. Ipfe enim Wernherus de Ortinberch vir militaris, & ingenuus fua prædia hereditario jure poffeffa in manum Bertholdi legati more juftè, & rationabiliter delegavit, & ut ipfe Dux Berhtoldus perenniter, & legittime cum omni proprietatis jure Hirfaugiæ Sancto Aurelio traderet rogavit, ipfe quoque, ùt dictum eft quondam noftra prædia in Endingin & Forchem pro fuis prædiis tam Beato Gregorio tradit perenni jure, & ut dignum erat, recepit. Infuper, & quadraginta marcas jam tunc promiffas poftmodum perfolvit. Si autem diabolo machinante, quod abfit, ex contentiofa alicujus importunitate mutuatio conftabilita in controverfiam deveniret, prædia noftra in Endingin, & Forchheim in priftinam proprietatem noftram jure cedunt, ipfe quoque Wernherus Schervvilr cum Ebershem recipiet. Hæc five traditio, five mutatio millefimo centefimo fexagefimo feptimo Dominicæ Incarnationis anno in Steinbach facta perpetua ftabilitate, ftabilique perpetuitate inmutabiliter eft confirmata coram gloriofis Principibus, & idoneis teftibus, venerabili videlicet Gotefrido Spirenfis ecclefiæ Epifcopo. Ducibus Welfone de Raphinsburg, & Berhtoldo de Zeringin, comite Berhtoldo Advocato noftro, ejusque fratre Conrado, ipfo Wernhero de Ortenberc, & ejus fratre Conrado, Richardo de Capelle, Adelberto de Waldegge, Reginhardo de Calevva, Helnhardo & Friderico de Scovvenburg, & Hiltcberto, cæterisque quam pluribus idoneis teftibus &c.

Quidam miles Bertholdus nomine de Ehingen Minifterialis Welfonis Ducis dedit Sancto Gregorio prædium fuum in Ramfrideshoffen eo pacto, ut anniverfarius uxoris fuæ nomine Heilevvic annualiter de eo agatur. Infuper conftituit, ut de nummis, qui de eodem prædio dantur, duo folidi in cena Domini duodecim pauperibus erogentur. Dedit etiam murenulas aureas quæ pro decem talentis comparatæ funt, cum quibus redempta eft hoba in Remingesheim, pratum ultra filvam dedit in Remeeheim, & prædium in Ozenhovven. Obtulit etiam nobis cruciculam deauratam plenam reliquiis Sanctorum, quorum nomina continentur in ipfa cruce.

De Dominio & proprietate montium circa Richenbach ad monafterium pertinentium.

Hæc eft defcriptio nigræ filvæ ecclefiæ in Richenbach, quæ incipiens in Aigelbach per affenfum diftenditur usque in Sneslef, & per directum usque in Hundesfut, & ab hinc usque in Denubervvalt, & per defcenfum in Winnmansbach, & ab hinc usque in Menzenahe, & per afcenfum usque in Pfrundebach, & per defcenfum ejusdem ripæ usque in murgam, & ab hinc diftenditur usque in Renmelbach, & ab hinc usque in Sneslef, & ibidem usque in Avenam Ocvvina, & per directum usque in Folcvvibure, & ibidem per defcenfum usque in Lamprechteftein, & perafcenfum usque ad lapidem juxta pontem rote, & ab hinc usque in afcenfum montis, & per directum ejusdem montis in den Hertvveg & ab hinc usque in Milbach, & fic diftenditur usque in Belfenbrun, & fic per directum usque in cacumen montis, abhinc usque in Winterbrunne, & ab eo loco usque in Murgam.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Rodolphus Comes Palatinus de Tingen omnibus in Chrifto Fratribus in Richenbach præfentibus, & futuris in perpetuum, ad piæ falutis fuæ memoriam collata Dei famulis in Richenbach remedia Rodolphus comes Palatinus præfenti paginæ teftamento præcepit annotari, ut fubfcriptæ paginæ lectio præfentibus & futuris viva fit recordatio, ad redemptionem prædii noftri, quod Meuren dicitur, viginti marcas puri argenti contulit.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Rodolphus Dei gratia Palatinus comes de Tüngen fratribus in Richenbach præfentibus & futuris bonæ voluntatis benevolentiam. Cum fub hujus mundi fpacio dubio divina fic præftante providentia in Richenbach Clauftrum,

ſtrum, ejusdemque loci prædia undique plurima noſtræ ſubjacerent tuenda potentiæ, Diſciplinæ negligentiam in bonis detrimenta dampnorum intenſione ſtudioſa, ſtuduimus evitare, & ibidem frigente rerum penuria rejecta, opum abundantiam elaboramus inhabitare. Igitur univerſorum fratrum in clauſtro Seniorum, & Juniorum educti providentia & conſiliis, concepto ab omnibus cummuni conſenſu hæc ſtatuta perpetuo firmavimus obſervanda, ut Dominus Prior refectiones duas veſpertinas ſ. m. II. veſpera Dominicæ in veſpera II. feriæ univerſo conventui monachorum & fratrum adminiſtret in caſeo aut lacte, Celerarius in veſpera III. feriæ, & quartæ refectionem univerſu conventui adminiſtret. Magiſter Operarius, & Hoſpitalarius in veſpera V. feriæ refectionem univerſo conventui adminiſtrent. Camerarius in veſpera Sabati refectionem univerſo adminiſtret conventui. Hæc ſtatuta pro fratrum Chriſti conſolatione piè obſervantibus ſit pax in Domino JEſu Chriſto, & cum Sanctis & electis Dei iſtis ſtatutis æternorum præmia, & beatitudinem recipere mereatur, ſub hoc anni termino hæc ſtatuta absque omni contradictionis impedimento ſunt adminiſtranda, à feſto ſcilicet Beati Georgii usque ad feſtum Beati Martini &c.

Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo, ducenteſimo nono, inſpirante Divina gratia Hugo de Wilare vir illuſtris, & morum honeſtate præclarus, pro remedio animæ ſuæ, & uxoris, & omnium parentum ſuorum ſumma devocione tradidit Deo & Sancto Gregorio fratribusque in Richenbach degentibus dimidiam partem molendini, quod ſitum eſt in villa, quæ dicitur Altheim, quam proprietario jure poſſederat, ea conditione, ut ex reditibus, qui ex ſupra dicto molendino perſolvuntur uxoris ſuæ Machildis anniverſarius annuatim celebretur. Statuens etiam inſuper, ut poſt obitum ſui utriusque, ſcilicet ſui & uxoris ſuæ anniverſarius una die agatur, de prænemoratis verò reditibus, quorum ſumma eſt triginta duo ſolidi ſex ſolidi Sacriſtæ attribuendi ſunt, ut certis horis ſcilicet ad publicam miſſam, veſpertinali hora, & ſingulis noctibus ante altare ſanctæ crucis lumen accendatur, ut etiam iſtud pactum ratum, & irrefragabile permaneat, præſentis paginæ deſcriptione ſeu adteſtatione inpoſterum relegamus. Teſtes ſunt hujus donationis Folmarus de Wilare cognomento Prawa, & Hartmot Liber homo de Bumelbrunnen.

Hæc eſt computatio redituum in Ditzingin, in Wile, & in Huſen, in Ditzingin habemus quinque manſos, de quorum ſingulis annuatim perſolvuntur nobis undecim malteræ avenæ, de eiſdem etiam perſolvuntur duæ libræ, & quindecim ſolidi minus quatuor denarii, inſuper Manzo de Emlande duos ſolidos, Kerzſtalerin vom Emlande - - - duos ſolidos. D. Bonre de quodam agro quatuor ſolidos, & octo pullos in Wille. Albertus de Manſu duodecim ſolidos, qui habet duos fratres, quorum fratrum, duobus decedentibus. ab unu perſolvitur libra ab altero tantundem, à tertio tertia pars ſuorum bonorum. Item de quodam manſu octo Malteræ avenæ, in Huſen octo malteræ ſiliginis, & ſeptem avenæ.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis H. Palatinus comes de Tuingin, omnibus in Chriſto fratribus in Richenbach præſentibus & futuris in perpetuum ad piæ ſalutis ſuæ memoriam collata Dei famulis in Richenbach remedia Rodolfus comes Palatinus præſentis paginæ teſtamento præcepit annotari, ut ſubſcriptæ paginæ lectio præſentibus & futuris viva ſit recordatio. Ad redemptionem igitur prædii noſtri, quod Niewern dicitur, viginti marcas argenti contulit, id ſtatuens, ut cenobii noſtri Cellerarius in Anniverſario præfati Comitis Palatini peragendo ad comutationem virtualem triginta octo ſolidos ejusdem prædii cenſus annuatim accipiat, tam litteratis, quàm illiteratis fratribus equa penſa adminiſtraturus ſomam vini, Forſellum porri triginta caſeos, trecenta ova, piſces quantum Dei militibus ſufficiat, tria octaria tritici, de quibus modius in arteocreas coquatur. Statuimus etiam eodem die duodecim pauperes de eadem præbenda ſicut fratres refici, in proxima ſecunda feria poſt feſtum Joannis Baptiſtæ fratres pro ſalute vitæ ſuæ officium una concelebrent: poſt obitum verò ſui pro anima ejus Deo ſupplicatur. Vigilias, miſſam in anniverſario die rite decantent.

Notum ſit omnibus ſubſcriptum intuentibus, quòd ego Petrus Miles de Tottingen dedi Sanctis in Reichenbach decem lib. Tug. pro remedio animæ C. militis piæ memoriæ de Nuinegge, & pro ſumma prætaxata ſunt mihi ſeptem malter ſiguli in curia Huſen aſſignata & ejus anniverſalis exinde memoria agatur, & fratribus plena charitas exhibeatur, prato, quod prius collatum erat pro remediis ad me in eosque ſucceſſores ſive heredes libere redeunte.

Hæc ſunt prædia, quæ Cenobio in Richenbach collata ſunt à genere militum de Hiligen. Hugo Senior contulit prædium in Altheim, unde ſolvuuntur duodecim ſolidi

lidi undecimo Kalend. Martii, tunc erit anniverſarius ejus, inde fratres plenam refectionem habere debent, ut celebrem ejus agant memoriam. Uxor ejus Petriſſa octav. Kalend. Maii obiit, & contulit prædium in Durwilare ſeptem ſolidorum, unde fratres debent refectionem habere in anniverſario, ut agant memoriam ejus. Hugo junior filius Hugonis ſenioris contulit molendinum in Altenheim, unde ſolvuntur duodecim ſolidi decimo quinto Kal. Sept. tunc erit ejus anniverſarius, & inde fratres refectionem habere debent, ut ejus agant memoriam. Contulit etiam in Cunehuſen ſolvendos ſex ſolidos unde in æternum lumen accendi debet ante altare Sanctæ Crucis. Uxoris ejus Machildis memoria ſub eodem tempore agi debet, quæ obiit Sept. Kal. Januarii. Marcwardus filius Hugonis Senioris contulit in Biltachingen prædium, unde ſolvuntur decem ſolidi ſexto Idus Auguſti, in die obitus ſuæ uxoris Heilingis, ut ipſius & uxoris ſuæ celebris habeatur memoria, & inde fratres in anniverſario Marcwardi refectionem habere debent. Conradus frater Hugonis Senioris de Hiligen contulit prædium in Mezzingen, unde ſolvuntur octo ſolidi Sept. Kalend. Sept. tunc erit anniverſarius ejus, inde fratres refectionem habere debent, ut ejus celebrem agant memoriam. Hugo filius Conradi contulit prædium in Altheim, unde ſolvuntur ſex ſolidi Primo Kal. April. tunc erit ejus anniverſarius, & inde fratres refectionem habere debent, ut ejus agant memoriam. Si quis prædicta ſolvenda non ſolverit, ſi quis ſoluta ſubtraxerit Anathema ſit in Domino JEſu Chriſto. Monemus quoque fratres Cenobii, ut & ipſi defunctorum in Domino pie agant memoriam, & ſalutem eis devotiſſime à Domino & omnibus Sanctis ejus implorent &c.

Acta ſunt hæc ſub Domino Manegoldo Priore.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod nobilis Comes Berhtoldus de Sulzza pro remedio animæ ſuæ contulit Beato Gregorio, & Remigio pratum, quod dicitur Bernhartefwiſen, ut exinde anniverſarius ejus celebretur.

Soror militis de Thiligin nomine Werndrudis pro remedio animæ ſuæ contulit nobis quædam bona ſua in Argezzingam, de quibus nobis perſolvuntur annuatim octo ſolidi Twingen &c.

Quidam Clericus nomine Heinricus de Mülen ob remedium animæ ſuæ contulit nobis quoddam prædium in Rotfelde, quod annuatim in feſto Martini perſolvit ſeptem ſolidos & centum ova.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Conradus Palatinus Comes de Tuingen Divinæ miſerationis intuitu contulit Sancto Gregorio in Richenbach annuatim decem malteras ſiliginis, & decem malteras avenæ, in villa quæ dicitur Harde.

Item Nobilis Hilteboldus de Yſenburch contulit eccleſiæ in Richenbach in honorem Sanctorum Gregorii, & Remigii ob remedium animæ ſuæ omnia bona ſua in Scerben, & in Nagelta cum omnibus ſuis attinentibus.

Conradus Miles de Huſen contulit eccleſiæ in Richenbach duo prædia in Utingin, quorum unum annuatim ſolvit ſex malteras ſiliginis, & duo maltera avenæ, & octo pullos, aliud duos ſolidos & duos pullos.

Item Wernherus & Dithericus fratres milites de Ihilingin contulerunt eccleſiæ in Richenbach pro remedio animarum conjugum ſuarum Wilbirgis, & Adile curiam in Argazzingen ſitam, cujus reditus annuatim ſolvuntur octo malter: ador. & octo malter. ſiliginis, & quinque malter. avenæ, & malter. piſæ, & centum ova.

Marcwardus miles de Ihilingin contulit eccleſiæ in Richenbach annuatim quinque malter. ſiliginis & tres ſolidos in Ihilingen.

Item de remedio Conradi militis de Ihilingen empta eſt curia in Horwe Sancto Gregorio juris &c.

Item Agnes de Ihilingin contulit eccleſiæ in Richenbach octo ſolidos annuatim de Ergzingin.

Item

Item Ulricus Miles de Ihilingin contulit Sancto Gregorio in Richenbach curiam in Altheim.

Item Conradus Molendinator de Horwe contulit Sancto Gregorio in Richenbach duas malteras ador. & filiginis annuatim in Rechesingin.

Burchardus dictus Nopularius cum conjuge sua contulerunt ecclesiæ in Richenbach septem solidos, & modium Avenæ, & duos pullos annuatim in Linstetin.

Heinricus Miles in Achara contulit ecclesiæ in Richenbach novem solidos argenti, & duos Cappones annuatim in Nopenovve.

Wernherus de Rechesingin contulit Beato Gregorio in Richenbach de locis suis jure perpetuo octodecim denarios & ab omni jure quo tenebatur Domino Joanni militi de Betenhusen se absolvit dando sibi quatuor libras, & sic secum uxore & heredibus liberum fecit, & tandem Sancto Gregorio & Remigio jure censualium hominum libere se contradidit.

Quædam matrona Rechilt nomine de Bernoldeshofen cum marito suo Gotefrido villico de Stoufberc, prædium, quod habuerunt. in villa, quæ dicitur Vishach per manus Advocati sui Reginbotonis etiam de Bernoldeshofen cum omni justitia libera donatione delegaverunt Deo omnipotenti & Beato Gregorio pro remedio animarum suarum, & omnium parentum suorum. Hujus rei testes sunt Adelbertus Miles de Nesilrit, Rodolfus Miles de Scovveburc.

Adelbertus Miles de Nesilrit emit nobis partem prædii apud Urlesheim pro quinque solidis & duobus talentis in loco ubi antiquitus castrum erat constructum.

Notum esse volumus tam præsentibus, quam futuris, quod habitatores loci hujus multas injurias, & tribulationes passi sunt ab hominibus in vicino eorum commorantibus, maxime ab his qui in vico Dornstetin, & in villulis ad ipsum locum pertinentibus commorantur. Nam ob quærimoniam illorum Egino de Ulra, qui prædium ipsorum, quod vocatur Aha, & pertinet ad Babenberc à Duce Bertholdo in beneficium susceperit, sepe ingressus est locum istum multis minis, erroribus nus perturbando dicens quod habitatores hujus loci silvam supradictorum civium inciderent, & pecoribus suis prata eorum devastarent, & in multis locis prædium eorum injuste obtinerent. Provisores verò loci hujus cum consilio fratrum ad compescendam iram comitis, & quærimoniam civium, dederunt ei nunc equos, nunc peccuniam, & in vehendis tabulatis lignis multum illi ministrabant, ipse verò acceptis muneribus lætus abcessit bona promittebat, sed fidem non servans populum & locum decipiebat; Aliquanto enim interjecto tempore iterum turbulentus & ira comitis rediit interdicens nobis silvam & prædium sepe dictorum civium, & omnia quæ justè ac ritè cum ipsis campsimus, aut ipsi nobis delegati sunt, irrita fecit. His verò molestiis & angustiis fatigati adivimus Abbatem, & Advocatum nostrum Bertholdum hæc omnia eis narrantes. Facto igitur placito inter eos, & die statuto sibi ad utrumque hoc convenientibus ita definitum est, & firma ratione stabilitum, ut nos ipsi comiti Eginoni duodecim talenta daremus, eo pacto, ut quidquid à supra dictis civibus In silva & in pratis mutuationem, emptionem, seu delegationem adquireremus, aut ipsi nobis cives pro remedio animarum suarum tribuerent, hereditaris jure perpetualiter possideremus. Hanc affirmatiunem suscepit Advocatus noster manibus suis Bertholdus cum fratre suo Conradu ab ipso Comite Eginone & à filió suo præsente uxore sua, & aliis idoneis testibus Conrado de Dirbcheim, Bertholdo de Messingin, Ger de Ura, Lutfrido de Rieht, & aliis multis præsentibus, quorum nomina Deo sunt cognita &c.

Nos Ludowicus Comes Palatinus de Tüwingen universis ac singulis præsens scriptum intuentibus salutem cum notitia subscriptorum. Scire cupimus universos præsentem paginam inspecturos, quòd nos villas nostras Schwarzenberg & Heselbach, ad jus & proprietatem nostram pertinentes cum omnibus suis appendiciis, & attinentiis, bonis fundis, aquis, pascuis, nemoribus, seu possessionibus quibuscunque, usque ad extensionem termini, qui Sneslayffy vulgariter nuncupatur, unacum hominibus in Rothe ad nos & nostrum dominium pertinentibus, omni jure, quud ad nos, & nostros progenitores censebatur pertinere, purè, legitimè, ac liberaliter in testamento nostro donavimus pro remedio animæ nostræ, & Progenitorum nostrorum Monasterio in Rychenbach; Renunciantes in his omnibus omni juri, actioni, prosecutioni, petitioni, omnique juris beneficio, si quid nobis, vel nostris heredibus contra dictam donationem lege, vel canonicè foret licitum vel concessum. Item statuimus, ut in prædicto Monasterio statuatur sacerdos, qui cotidie celebret missam pro anima Patris nostri, & Othonis fratris nostri, & post obitum nostrum pro salute ani-

mæ nostræ speciali. Testes, qui huic facto interfuerunt, sunt isti. Fridericus miles de Illingen dictus Muler, Br. miles dictus Salzsag, Dominus Br. Camerarius de Utingen, Conversus frater Crafto de Bebenhusen, Bertholdus Schultetus de Horwe, H. villicus C. dictus Gemach, Magister Conradus Medicus, dictus in der Staige, dictus Vrille de Rotenburg, & quam plures alii fide digni. Et ut hoc factum à nobis vel nostris heredibus in futuro non valeat impediri, hanc paginam pro nobis, & nostris heredibus nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum & actum in Horvve Anno Domini MCCLXXXIX. quarta feria proxima ante festum Beatæ Margretæ.

Nos Ludevvicus Comes Palatinus de Tüvvingen unacum Matertera nostra Elizabet dicta de Eberstatin notum esse volumus universis & singulis presens scriptum intuentibus, quod honorabilis in Christo C. Prior & Conventus Monasterii in Rychenbach Constantiensis Dyöceseos jurisdictionem villæ Ilisperch ad valorem redditum annuatim trium librarum cum XIV. solidis Tuvvingensis monetæ à Conrado dicto Burger XXXX. septem libris ejusdem monetæ justo ejusdem jurisdictionis pretio comparavit, quam quidem pecuniam dictus C. confitetur se presentibus publice recepisse, ac in usus suos convertisse. Nos quoque Comes prædictus unacum dicta Elizabet matertera nostra dictam venditionem ratam & gratam habentes, ipsam quoque nostri consensus munimine confirmamus; Jus etiam, si quod nobis in jurisdictione dictæ villæ competiit vel competere potuit, tam in proprietate, quam in aliis quibuscunque videlicet, aquis, pascuis, silvis, seu nemoribus, ac aliis omnibus juribus, quæ progenitores nostri in nos jure hereditario deduxerunt, Sancto Gregorio & Sancto Remigio Patronis Cenobii in Rychenbach in animarum nostrarum remedium donavimus, & confitemur nos presentibus publice donavisse, ipsa Domino Deo dedicando; Renunciantes in his omni juri, actioni, petitioni, prosecutioni, omnique juri Canonico & Civili, si quod nobis contra dictum Cenobium Rychenbach competere videretur. Testes hujus rei sunt Hugo Notarius noster dictus de Baltringen, Diemo de Stainhil, Dyemo dictus Checheller, Eberhardus de Buttelbrunne, Wernherus dictus Spezhinger, ac alii quam plures fide digni. In horum omnium firmum robur & testimonium indubitatum, Nos Comes prædictus unacum dicta Matertera nostra sigilla nostra duximus appendenda. Datum apud Horwe Anno Domini MCCLXXXIX. proxima feria secunda post Epiphaniam Domini

Venerabili Domino suo Dei gratia Babenbergensi Episcopo Burchardus eadem gratia Comes de Hochemberch fidelis suus salutem cum fidelitatis debite famulatu. Scire vestram Dominationem, & alios presentis paginæ inspectores cupimus, quod Hilteboldus nobilis vir de Ysinburch pia ductus intentione omnia bona, que apud villam Schermenbach, aut in circumjacentibus vicinis in nigra silva villis seu oppidio ullo titulo nunc habet aut possidet, seu in posterum habiturus, seu possessurus erit, cum omnibus suis appendiciis Monasterio de Rychenbach Constantiensis Dyocesis concessit legitimè seu donavit: Ita videlicet, ut si sine filio herede ipsum decedere contigerit, dicta bona ad dictum Monasterium pleno jure perpetuò debeant pertinere V. solidos usualis monetæ depredictis bonis singulis annis quamdiu vixerit, in signum predictæ donationis dicto Monasterio solvere promittendo. Cui donationi, seu concessioni nos assensum nostrum super hoc requisitum, quia dictus nobilis aliqua ex bonis predictis à nobis in feudum obtinet, favore Religiosorum dicti Monasterii, & divini nominis intuitu duximus adhibendum, omne jus, quod nobis super prefatis bonis posset competere, in predictum Monasterium donationis titulo transferentes. Verum quia aliquantulum de bonis ipsis ad egregie matris Ecclesiæ Babenbergensis proprietatem pertinere dinoscitur, à qua nos eadem bona cum multis aliis habere jure feudi recognoscimus, vestram, ut tam factum predicti nobilis, quam nostrum circa predicta bona generet commoda pleniora Monasterio predicto, rogamus dominationem, quatenus & vos dictis donationibus benignum impertientes assensum, jus proprietatis sepedictorum bonorum, maxime cum non magni, sed vilis pretii bona eadem estimentur, dicto Monasterio concedatis. Datum Rotemburch Anno Domini MCCXLIX. XIIII. Kal. Augusti.

Universis Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis Wolmarus Comes de Veringen, suique filii vitam beatam eternaliter possidere. Quoniam, ut ait Apostolus, omnea astabimus ante tribunal Christi reddituri de factis propriis rationem, sed in reddenda ratione ut nobis multiplicaremus intercessores tempore opportuno, hoc est in die judicii ut facilius peccaminum nostrorum veniam consequeremur, nos nobis amicos facientes de Mamona iniquitatis, videlicet cum deficeremus, ut eorum orationibus adjuti recipiamur in tabernacula Beatorum, nos quoque ad petitionem Hiltiboldi de Ysinburch viri nobilis, fedum, quo à nobis fuit infedatus in villa Schermbach, & in Ripa, quæ dicitur Nagilti, triginta solidis in redditibus, ur putamus, vel si paulo plus numerum excedit, viris Religiosis de Rychenbach contulimus in nostrarum remedia animarum. Sed quia facta presentia mundo labente subito labuntur, ut memoria nostrarum animarum eternaliter habeatur, commendavimus scripto, facientes presens testamentum

mentum super rebus omnibus superius memoratis. In argumentum autem veritatis presentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus. Testes B. Comes de Hochenberch, C. de Eberstain, B. Abbas de Albirspach, F. Schultiman. Datum Haigerloch Anno MCCLII. Indictione XIIII.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris presens scriptum inspecturis Wilhelmus Dei gratia Comes de Tuwingen hujus vite statum felicem, gaudia salutis eterne. Cum suffragente preconio fidelicem, presertim eorum, qui à primo & abeunte flore etatis sue in sortem Dominicam assumpti, & ampliori effectu in Domino militare dinoscuntur, paupertatis onus efficaciter sit relevandum; Noverit universalis vestra dilectio, quod ego cum eonsensu filiorum meorum jus proprietatis vinee site in Gemergheim, quam precio sibi comparaverunt Prior & Conventus in Rychenbach, à nobilibus videlicet Alberto & Volmaro fratribus de Waldech, qui jam prefatam vineam per me jure fedali possiderant, ipsis liberè & absolutè in honorem Sanctorum Gregorii & Remigii contuli, predicti verò nobiles in cambium & commutationem alterius vinee sue proprietatem in Bünigheim pro mutuo mihi assignaverunt. Ne ergo processu temporis hec gesta alequatinus in dubium deduci valeant, sed firma & in suo robore secura permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine dignum duximus esse roborandam. Acta sunt hee Anno Domini MCCLII. Datum apud Böblingen Dominica Invocavit. Interfuerunt siquidem huic donationi viri honorati, Decanus in Böblingen, Waltherus Plebanus de Dagersheim, Wolframus miles de Hohennekg, Hainricus miles de Ondingen, miles dictus Harder, Cunradus miles de Endingen.

Venerabili in Christo Patri ac Domino Epyscopo Constanciensi, Decano majoris Ecclesie, totique Capitulo ibidem Hainricus & Wilhelmus Fratres & Comites de Eberstain quicquid possunt obsequii, & honoris. Cum Ecclesia inferior Nagolt Constanciensis Diocesis ad presens vocaverit ex morte Domini Hugonis quondam Rectoris ejusdem, de qua jus Patronatus ad nos pertinere dinoscitur, & quia paupertatem & inopiam Religiosorum Virorum Prioris & Conventus in Rychenbach Ordinis Sancti Benedicti diligenter aspeximus & consideravimus, vestra noverit discretio, quod jus Patronatus prefate Ecclesie cum omni proprietate & attinentia predictis Conventualibus in Rychembach viva voce & irrevocabili tradidimus, & donavimus donatione perpetua, in salutem & remedium animarum nostrarum, ac progenitorum nostrorum. Cum autem predicta Ecclesia minimi valoris sit, rogantes & petentes humiliter & devote, quatinus predictis viris Religiosis eandem Ecclesiam ad mensam eorum incorporare velitis. In cujus donationis evidentiam & robur sigilla nostra propria presentibus sunt appensa. Datum & actum sub Anno Domini MCCCL. proximo Sabbato post nativitatem Beate Virginis.



 SUP-

SUPPLEMENTUM BRUSCHIANUM

SIVE

CENTURIA SECUNDA MONASTERIORUM GERMANIÆ

QUAM

EX

CASPARIS BRUSHII MANUSCRIPTO

EDIDIT

DANIEL DE NESSEL, J. C. Sac. Cæſ. Maj. Conſiliarius & Bibliothecarius Aulicus.

PRÆ-

PRÆFATIO



Non ita diu est, ex quo nonnulli Religiosissimi, & Antiquitatis Ecclesiasticæ Germanicæ studiosissimi Abbates ac Prælati, cum suis Patribus, *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* visitârunt, accuratiúsque plurimis rarissimis & antiquissimis Codicibus manuscriptis in eâ perlustratis, fortuitò etiam in Centuriam secundam Monasteriorum ac Episcopatuum Germaniæ *Gasparis Bruschij* manu exaratam, ac singulari labore ab ipso collectam inciderunt, cúmque unus eorum diceret, nuper euravi illam pro usibus mei Monasterii coëmi: Ego verò probiùs instructus, humanissimè respondi, Reverendissime Præsul, liber hic, quem manu teris, vendi certè in nullâ Officinâ librariâ poterit, quippe nunquam typis excusus. A me igitur edoctus licentiam rogavit, pervolvendi aliquantulùm & excutiendi attentiùs memoratum Codicem, quò benevolè concessò, ob præstantiam libri, ob rarissima documenta ibidem reperta, singulari perfusus est gaudiô, méque cum suis instantissimè rogavit, nè defraudarem tàm insigni librô manuscriptô orbem literarium, sed ad usus publicos, & majorem Historiæ Ecclesiasticæ cognitionem ex tenebris potiùs eruerem, publicæque luci ac utilitati communicarem. Ipsemet singulari Zelô, quò Rempublicam literariam augere, & Celeberrimæ *Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis*, cujus *Præfecturam* gero, famam promovere totus allaboro, sine ulla difficultate persuaderi me passus sum, & promtissimè illâ industriâ defungi animum induxi. Quos conatus meos ita feliciter promovi, ut huic operi jam, ut vides, ultima manus impressoria imposita, & desiderio Eruditorum satisfactum sit. Reperies in hoc *inedito*, *prælo tamen dignissimo Chronico* (teste Illustri Viro, Domino *Lambecio*, Antecessore, meo, Lib. VIII. suorum *de Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi Commentariorum* pag. 80.) multorum tàm in *Austria*, quàm in *Bavariâ* Episcopatuum & Monasteriorum Fundationes, Annales, Res præclarè gestas, Donationes, Successiones, & egregia ad *Historiam Sacram* pertinentia memorabilia & alibi, ne in Archivis quidem, reperienda documenta. Huic Tractatui Superpondii loco, DEO volente, publicæ notitiæ & Rei literariæ usibus brevi communicabo ingens *Corpus Historicum Publicarum Pacificationum, Confœderationum Ligarum, Transactionum, Tabularum fœderis, Instrumentorum Pacis*, à tribus Sæculis per totum Terrarum orbem sancitorum conclusorúmque: Nec non *Syntagma Collectitium Historiæ Ecclesiasticæ, Germanicæ, Austriacæ, Hispanicæ, Hungaricæ, Bohemicæ, Polonicæ, Sinensis, Rei Monetariæ*, ex antiquissimis rarissimisquè Autographis Codicibus Manuscriptis, ex *Augustissimo Gazophylacio Cæsareo Librario* desumptum, *hactenus ineditum*, & à me indefessâ diligentiâ, inter perpetuas lucubrationes, quantùm ab ordinariis & aulicis occupationibus mihi respirandi facultas indulta est, congestum, & in formam multorum Voluminum, ratione multitudinis materiarum concinnè dispositum. Hæc brevibus præfari volui. Tu interea, Benevole Lector, ex voto vale, & si mereor, fave.

Dabam Vindobonæ, in Muséo meo,
d. IX. Apr. A. C. M. DC. XCII.

SUPPLEMENTUM BRUSCHIANUM

Sive

CENTURIA SECUNDA

Monasteriorum & Abbatiarum Germaniæ præcipuarum ac maximè illustrium, hactenùs inedita.



Ella B. Virginis in Schofflocensi nemore, ad quartam milliaris partem à Danubio, duobus milliaribus infra *Ratisbonam Bavariæ Metropolim*, sub adusti montis (quem vulgo Brennberg vocant) præclara ac perveteri arce sita: Cœnobiolum *Benedictinæ* professionis humile & exiguum, sed & ab omni parte lacerum: Fundatum legitur à *Godefrido* quodam, Straubingensis Pistoris cujusdam filio converso, ac Professo Superioris Altachii, qui legitur ex hac mortali vita decessisse anno Domini 1354. sepeliturque in hac ipsa Basilica à se constructa, sub ara maxima. Fuit initio *Prioratus* tantum, sed facta est *Abbatia* anno 1430. Præfuerunt huic loco Abbates hi sequentes ad nostra usque tempora.

1. CONRADUS ex Richenbacensi Abbatia (quæ ab hoc Monasteriolo duobus abest milliaribus) assumptus: præficitur huic loco, anno 1430. præfuit primus Abbas 22. annis. Obiit anno salutis Christianæ 1452.

2. CASPAR ANDOMARUS è S. Emerani Ratisbonensi cœnobio excitus, succedit *Conrado*. Præfuit annis 30. Obiit anno Domini 1482.

3. THOMAS ex Richenbachio evocatus, & Abbas hujus loci designatus, præfuit annis 20. laudabiliter. Impetravit in Curia Romana pro Se & Successoribus suis *Infulam*. Primus itaque hujus Monasterii Abbas infulatus. Resignavit anno 1502. Obiit anno 1506. sepelitur propè Antecessores suos in choro.

4. JACOBUS Bremsius ex Richenbachensi cœnobio postulatus non diu hìc præfuit. Evocatus est enim ad Biburgensem Abbatiam gubernandam, ubi post pauculos annos est exauthoratus. Obiit tandem anno 1517. in Riechenbach ubi etiam humatus est.

5. CYRIACUS Bruckneras ex Bruck, Palatinorum Marcâ quadam natus Richenbachensis Cœnobita, fit hujus loci Abbas anno 1505. præfuit annis 14. Vir doctus, mediocris Versificator, Organicen, Musicus & Componista insignis. Decessit ex hoc mortali sæculo Dominica post Michaëlis festum anno 1519. quo Imp. *Maximilianus* obiit.

6. BENEDICTUS Mœlzel ex Mallerstorpho (quod ejusdem professionis cœnobium est in Thongavia 4. milliaribus à Ratisbona situm) excitus, successit *Cyriaco*, præfuit annis 17. Obiit ano Christi 1536.

7. VITUS Pistorius de Villabach oriundus, Vir mediocris capacitatis & ingenii, subrogatur *Benedicto*: præfuit annis quinque. Resignavit anno Domini 1541. Episcopo Ratisbonensi. Rediit Richenbachium unde assumptus fuerat, ubi naturæ debitum exsolvit tandem, & terræ parenti est redditus. Post ejus resignationem cœnobiolum *Administratoribus sæcularibus*, sua tantùm quærentibus, commendatum est, quorum incuriâ & negligentiâ prorsus collapsum est. Habent ibi reconditoria & sepulchra sua nobiles viri à Prennberg, à Raym, à Nussdorph de Mucr, & alii quos vulgò *Anberos* vocant. Aliud de hoc loco invenitur nihil.

Superius Altachium, vulgo Obern Altach, ad inferioris (quod quinque abest milliaribus) differentiam, à querceto perveteri ac vicino luco sic dictum. Monasterium *Benedictinæ* professionis amplissimum, ad unum milliare Germanicum infra *Straubingam* nobilem Bava-

Bavariæ civitatem, loco peramœno situm: Cœpit eodem ferè tempore quo *Altachium inferius*, sed ex cujus munificentia, ipsis Cœnobitis ignotum est. Ego in veterib. scriptis legi utrumque Altachium ab *Udilone* Bavarorum Duce conditum & erectum esse. Etsi *Ipenkeimensis* Abbas à *S. Pirmynio* Moldensi Episcopo conditum affirmet, vetustissimum autem esse, & æque vetus ac Altachium inferius inde colligi facilè potest, quòd *Arionistus* superioris Altachii Abbas interfuit *Synodo Dengelfiniensi* anni 768. Fundatum legitur anno Christi 604. *à Comitibus de Pogen* quorum illic in media Ecclesia honorificus cernitur tumulus cum tali Epigraphe.

Fridericus Comes in Pogen, reformator nostri Monasterii. Asquinus Comes in Pogen, qui dedit nobis Pogen & Ayterhoven. Est is insignis Pagus cum Parochia ad Danubium in eadem vicinia situs.

Inchoatum est Cœnobium sub *Papa Honorio*, qui in suam tutelam accepit Abbatem & Cœnobium, unde singulis annis aureus Romam numerandus est, ut est in hoc veteri distichо illic in fenestra reperto.

Aureus ut sanè deinceps huic detur honori
Sedi Romanæ locus hic debetur Honori.

Catalogus hujus loci Abbatum talis à me illicò congestus est, in quo labore juvit me honestus ac egregiè doctus juvenis *Jacobus Langius*, patriâ Norimbergensis, Episcopi Ratisbonensis - - - - qui casû eodem die ibi Episcopi sui negotia acturus, humaniter mecum conversatus est.

1. EGINO primus Abbas eligitur anno Christi 1104. Obiit mox anno sequenti.
2. ERNESTUS successit *Eginoni*, præfuit annis 32. anno 1137.
3. RUCHARDUS eligitur anno 1138. præfuit annis 16. anno 1154.
4. GOTBOLDUS subrogatur *Ruchardo:* sedet ad clavum annis quinque, obiit anno 1159.
5. THEODORICUS constituitur anno 1159. Obiit eodem anno.
6. GERARDUS substituitur anno eodem. Præfuit annis 26. Obiit anno Domini 1185.
7. WOLFRAMUS successit *Gerardo*, præfuit annis 11. Obiit anno 1196.
8. LEUDGERUS Abbas, cujus tale extat distichon in fenestra quadam de victoria *Othonis* Imperatoris.

Ungaricæ gentis Augusta non redientis.
Per belli fortem Cæsar quatit Otto cohortem.

Obiit Abbas iste anno 1215.

9. HENRICUS eligitur anno 1215. præfuit annis sex, decessit anno 1221.
10. CONRADUS successit *Henrico*, præfedit annis 24. anno Domini 1245. Sub cujus gubernatione obiit anno Domini 1242. *Albertus ultimus Comes de Pogen*, qui sepelitur in vicino Monasterio Winetbergensi. Is magnam S. Crucis portionem à terra sancta afferens, eandem huic Cœnobio in amoris sui testimonium dono dedit.
11. ULRICUS constituitur Abbas anno 1245. præfuit per unius Trieteridis spacium. Obiit anno 1248.
12. HAYMO successit eodem anno quo rebus humanis exemptus est antecessor, præfuit per triennium: Desiit esse inter vivos anno salutis 1251.
13. BURCARDUS subrogatur *Haymoni*. Sedit annis novem: obiit anno 1260.
14. POPPO successit *Burcardo*. Præfuit annis 22. Accersitur ad gubernandam inferioris Altachii Abbatiam, præfuit ibi annis 6. & mensib. totidem. Obiit anno 1288. Fecit fieri fenestram ingeniosè, pedem in ambitu hodiè adhuc conspiciendum & integrum, cui talis Epigraphe.

Condemnant sancti, datur inferno cruciante.
Arnulphus male, Dux pia qui loca præsit iniquè.

Et ad imaginem *S. Petri* principalis patroni tale addi fecit Epigramma in honorem fundatoris:

Tali structura Petre te Fridericus honorat.
Seque Dei dura sententia, ne premat, orat.

Et in imaginem sanctam *Afræ* & *Udalrici* tale edidit heroicum.

Ducit Udalricum supra campum prope lycinum.
De duce gente ferâ, visum monstrans Afra vera.

Et de *Asquini* Comitis Pogensis donatione tale superaddidit memorabile distichon:

Hanc intrare sinas, dedit Ecclesias tibi binas
Asquino, Petre, Comes, valeas ut in æthere sospes.

15. CONRADUS secundus eligitur anno salutis 1282. præfuit annis 15. Obiit anno 1297. Sepelitur in choro prope tumulum *Nicolai* Episcopi Ratisbonensis ante aram maximam. Sub ejus gubernatione obiit Nicolaus Episcopus Ratisbonensis, qui in hoc Cœno-

Cœnobio ante aram Chori maximam terræ, parenti omnium mortalium, redditus eſt, cum tali Epigraphe Encomiaſticâ.

Poſt M poſt tria C cum X bina fuêre,
Iſta tegit foſſa Nicolai Præſulis oſſa.
Imbripolis cœli quem rex Chriſtus beet, ædis.
Temporibus cujus in pace Diœceſis hujus
Gaudebat Clerus, cultor Domini quia verus
Omne bonum nactus, ſtetit: omnibus omnia factus,
Prudenti more ſub regni ſedis amore:
Nunc Virgo mater, Petrus ſacer impetret ipſi
Ante Deum, quò ſalvet eum pia Paſſio Chriſti.

16. CONRADUS tertius eligitur anno 1297. præfuit annis 14. Obiit anno 1311.

17. HENRICUS *Conrado* reſignante ſucceſſit. Sedit ad clavum annis quinque, & reſignat anno ſalutis 1316. Sub ejus gubernatione obiit anno 1311. ſexta Calend. Decembris, *Adalbertus* quidam celebris Cœnobita Altacenſis, qui ſanctus habetur, natione ſuevus: prope aram maximam ſub teſtudine honorificè humatus, cum tali virtutum ſuarum Elogio.

Hic jacet in tumba vir ſimplex utque columba
Inſuper & rectus, virtutibus undique tectus,
Frater Adalbertus ſignorum flore refertus:
In vita multis membris in pace ſepultus.
Sed fœlix anima ſcandebat cœlica regna:
Mox ut migravit, Deus hanc ſanctis ſociavit.
Utque probat numerus ſignorum non modò parvus.
Quæ fiunt per eum, ſanctum teſtantur & ipſum.
Debilis, infirmus quia corpore parte gravatus
Adquem ſi properat, recipit mox quod piè ſperat.
Quapropter d gnum credo fore canonizandum.
Quem Deus in multis voluit clareſcere ſignis.
Quis non tam magnum credat patrem venerandum?
Unde pater ſancte ſpem magnam promimus in te
Nobis placatum facias de Virgine natum.
Fac nos ſentire, quod te gaudemus habere
Patrem valdè pium, mellis dulcedine plenum.
Ergo pater fratrum reminiſcere quæſo tuorum
Mitis Adalberte, creſcant hic proſpera per te:
Gloria tu noſtra, per te ſcandemus ad aſtra.
Sis memor oro mei, cujus locus hic requiei,
Vox eſt ſcriptoris, rogitans hoc omnibus horis.

18. HENRICUS tertius eligitur in Abbatem anno 1316. præfuit annis 14. Obiit anno ſalutis per Chriſtum filium Dei reparatæ 1330. Sub hoc obiit & ſepultus eſt Epiſcopus *Nicolaus* de quo ſupra.

19. UDALRICUS ſecundus ſucceſſit decedenti ex hac vita *Henrico*. Præſedit Abbatiæ huic annis 8. Emigravit ex hoc ſæculo mortali, anno gratiæ 1338.

20. WOLFGANGUS ſubrogatur *Udalrico*, ſedit annis quinque obiit anno 1343.

21. FRIDERICUS *Wolfgango* ſubſtitutus, præfuit annis 15. Obiit anno Chriſti 1358.

22. LAUDWINUS eligitur anno quo anteceſſor vitæ defunctus eſt, ſedit ad gubernaculum Eccleſiæ Abtacenſis annis 4.. Deſiit eſſe inter vivos hujus mortalis vitæ anno 1362.

23. RUGERUS ſucceſſit *Laudwino*, puæfuit per unius ſaltem anni ſpatium, & exauthoratur ac moritur anno Chriſtianorum 1363. Hunc mox ſubſecutus eſt.

24. EBERWINUS, qui ſedit ad gubernaculum annis 17. Exceſſit è vivis anno 1380. Sepelitur in media Eccleſia poſt tumulum fundatorum propè *Raphaëlem* Abbatem.

25. PETRUS URSENBEGGIUS ſucceſſit *Eberwino*, præfuit annis 23. deceſſit anno 1403. ſecunda Calend. Maji: ſepelitur ante aram ſanctæ Crucis in ſiniſtra templi abſide.

26. GALLUS Abbas deſignatus præfuit per biennium, obiit anno 1405. ſepelitur in *S. Adalberti* tumulo.

27. ALBERTUS *Gallo* ſubſtituitur, ſedit ad clavum Abbatiæ annis 16. Obiit anno 1421.

28. JOANNES Vogelius ſucceſſit *Alberto*, præfuit duobus annis, obiit 1423. Fecit adornari monumentum marmoreum fundatorum, poſt quorum tumulum ipſe etiam ſitus requieſcit.

29. JACOBUS præfuit poſt obitum *Joannis* annis 15. primus hujus loci *Abbas infulatus*, qui dignitatem geſtandæ mitræ & aliorum Pontificalium ornamentorum pro ſe

&

& fucceſſoribus impetravit. Is vitæ mortali valedixit anno 1438. Sepelitur in ſacello beatæ Virginis à ſe conſtructo cum tali Epitaphio.

Eccleſiam rexit Jacobus, quem petra texit,
De Regenſpurgk ortus, cœli pateat ſibi portus.

30. JOANNES ſecundus patria *Deckendorffenſis* conſtituitur hujus loci Abbas anno 1438. præfuit laudabiliter annis 25. Condidit *majus Refectorium* anno 1447. in quo Abbatum ſpecies effigiatæ ſunt. Obiit anno 1463. Sepelitur in ſacello B. Virginis cum tali Epitaphio.

Abbas Joannes, Chriſtus regnum tibi pandet
De Deckendorff natus cum juſtis vive beatus.

31. BENEDICTUS ſucceſſit *Joanni*, natione Bohemus, ſedit ad gubernandum annis 18. Fecit teſtudine concamerari templum B. Virginis in monte Pogenſi anno Chriſti 1475. Deceſſit ex hac vita anno 1481. Sepelitur in mediâ Eccleſiâ poſt tumulum fundatorum cum tali diſticho:

Bojemus dictus jacet hic Abbas Benedictus
Orans devotè dici requieſcat in pace.

32. JOANNES Irrelbegius ſubrogatur *Benedicto*, præfuit per annum ſaltem unum, & obiit anno ſalutis 1482.

33. RAPHAEL Neubegk multâ religione præpollens Abbas eligitur: Sedit per unum duntaxat annum conſtruens ſacellum *S. Alexii* in monte Pogenſi. Obiit Idibus Novembris Anno 1483. Sepelitur propè Abbatem Benedictum.

34. ANDREAS Benezkover eligitur in Abbatem, ſed non admittitur, nec confirmatur à Papa. Obiit anno 1484.

35. CHRISTIANUS è S. Quirini Tegerino Cœnobio accitus, ſubrogatur *Andreæ* anno Domini 1484. præſedit annis 18. Fecit fontem ambitûs ex metallo pretioſum anno ſalutis Chriſtianæ 1501. deceſſit anno ſequenti. Sepelitur in choro propè pulpitum cum duobus Succeſſoribus.

36. GEORGIUS Diensbier, vir ſapiens ac providus, Principumque Bavariæ Conſiliarius laudabilis, ſucceſſit *Chriſtiano* anno 1502. ſedit annis 17. Obiit anno 1519.

37. GEORGIUS Berckhamer ex Gelterſingen pago propè Straubingen ſito natus, præfuit huic Abbatiæ duobus annis. Obiit anno 1521.

38. GREGORIUS Agricola ex Hirſchau oppido Palatinatûs ſuperioris natus, præſedit annis 6. Obiit anno 1527. Sepelitur in ſacello B. Virginis.

39. BERNHARDUS Mayr ex Dölcz Bavarico oppidulo natus, vir religioſus & devotus, ſed parùm humanus, ſucceſſit *Gregorio*, ſedit annis 14. Obiit anno 1541. 17. Junii ſepelitur ante chorum ad ſiniſtrum parietem propè aram S. Crucis.

40. ANDREAS Wildius ex Schinchingo villa Thungaviæ (quæ *Baronum à Stauff* eſt) natus eligitur, præfuit 9. annis, & miris technis circumventus reſignavit anno 1550. Vivit adhuc hoc currente anno 1552. Altachii, tenui penſione contentus.

41. SEBASTIANUS Hoffmannus, patriâ Sulzbacenſis, è S. Quirini Tegerino Cœnobio advenit, & Abbas factus eſt talis ferè, qualem Eraſmus in dialogo *Abbatis* eruditè celebravit: præſidet hoc adhuc currente anno 1552. Confirmatur *à Georgio Marſchallo de Bappenheim* Ratisbonenſis Eccleſiæ humaniſſimo Epiſcopo. Repperit Monaſterium eleganter quidem conſtructum & munitum, ſed 13. millium aureorum ære alieno gravatum.



WINNBURGUM latinè Sclavonum mons, quod Sclavi quidam ibi primum Oratorium conſtruxerint: etſi aliqui à ventis (qui mirâ intemperie illic flare plerumque ſolent) dictum eſſe velint: *Præmonſtratenſis* inſtituti celebre, illuſtre ac perelegans apud Bavaros Monaſterium, in amœniſſimo colle ad dimidium milliare Germanicum à Monte verſus montana Bohemiæ, ad Mülbachium rivum (qui propè Pogenium Danubio confluit) ſitum. Anno Domini 1424. cœpit. Tum enim duo Sclavi in hanc heremum venientes, deſugientes mundum & ſervire volentes Deo in ea ſolitudine. De hac origine, „ & loco etiam tale adhuc habetur in eo Cœnobio ſcriptum. Notum ſit omnibus fide„ libus tam futuris, quàm præſentibus, qualiter ego Winith nomine Eccleſiam conſtruxi „ in loco, qui nomen trahit à me ipſo: adveni enim de Saxonia in prædictum locum, „ primus incola illius loci: & ob hoc (ut prædixi) nomen traxit è me, ſcilicet Winith„ bergæ. Dormivi namque in ſupradicto loco, & in ſomnis vidi aquilam volantem, & „ ex impetu ſui volatûs concuſſa eſt terra, & pervenit uſque ad me, & tetigit me pennis „ ſuis, dicens ad me. Vade contra flumen magnum, & obvios habebis viatores, & in„ ter illos ſciſcitaberis quis vocetur *Winith*? hic habebit nomen tuum, & Cooperator „ tuus erit. Feci ut juſſit, & opere completa eſt viſio. Primum igitur interrogavi eum,

„ quâ patriâ, quâ terrâ, vel quâ gente advenisset: & respondit dicens, se venisse de Saxonia cum exercitu Ludovici Regis. adjungens quòd deduxissent eum Hunni. Et progrediens interrogando dixi quæ est mater tua in illis partibus? vel quis frater tuus? & respondit. Mater mea vocabatur Sophia: & corruens in collum ejus amplexatus sum eum præ gaudio lacrymans, qui scivi eum, ex vera narratione Matris meæ, meum esse fratrem. Quia ergo post illum natus sum, traxi idem nomen, quia vi ablatus erat, ex dilectione, qua dilexerat eum nostra mater. Aperui ergo ei in multis sermocinationibus (quas ad invicem confabulati sumus) cor meum de constructione Ecclesiæ, narrans ei somnium quod vidi. Et ut multa & magna paucis concludam: construximus Ecclesiam in honorem Domini nostri JEsu Christi, & perpetuæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum: Hæc est honorabilis & amabilis antiquitas *Windbergensis* Ecclesiæ, quam nos possumus in eadem significatione Venetidunensem à Venetiduno, hoc est à Sclavi monte (si placet) appellare. Hactenus ille, quisquis fuit primus hujus loci incola. Viguit heremiticâ vitâ in hoc loco annis circiter ducentis, & erexerat eam Hermita quidam *Engelmarus* mediocrem cellam Monasticam à suo nomine nuncupatam: is cum ibi in nemore trucidatus esset ab impio quodam homine, inventum est corpus pii Martyris à *Rudeberto*, seculari quodam ac pio Presbytero, qui eum locum (ubi Engelmarus cæsus erat) sacello constructo, honoravit anno 1101. Idem Rudbertus à Comitibus Pogensibus adjutus ex *Cella Engelmariana* Præposituram Præmonstratensem inchoavit, paulò post factus ejusdem loci Præpositus primus anno Christi 1125. Ex Præpositura non multò post *Abbatia* facta est subsidiis & auxilio Alberti Comitis in Pogen & ejusdem Uxoris Dominæ Hadewigis Comitissæ de Cylia, quæ obiit anno Christi 1162. quorum tumulus ibi præclarus cernitur in media Ecclesia *Winbergensi*, cum tali inscriptione.

Anno Domini 1147. Idib. Januarii obiit Dominus Albertus Illust. Comes de Pogen, Fundator hujus Ecclesiæ.

Extat verò de his ipsis Comitibus fundatoribus hujus loci carmen etsi parùm eruditum, quod tamen hoc loco nequaquam duxi omittendum, cum Genealogiam quandam Comitum Pogensium contineat, & honestum encomium. Id tale est.

Continet authores hujus fabricæ potiores
Ista sepultura, quos præsens atque futura
Posteritas sanè non cesset vesperè, manè,
Hic commendare Christo, precibusque juvare.
Sed libet ipsorum distinguere nomina quorum
Extitit Albertus primus, de quo duo nati
Hartwig, Bertholdus, sunt hàc tumba tumulati.
Solo Bertholdo puer Albrecht nascitur, à quo
Tres processerunt Leopold, Bertholdus & Albrecht:
Sic genus æquivocos partim vult esse locatos
Corpora dictorum latitant hic more priorum,
Qui te mente piâ dotarunt Virgo Maria,
Templi structurâ: des gaudia non ruitura
Ipsis in cælis ubi regnat quisque fidelis,
Dilige Pogenses Comites quicunque legens es.

Invenio Heilwicam Monialem Superioris Monasterii in Ratisbona Adalberti fundatoris ex Domina Hadewiga filiam. *Abbatum* Monastici hujus loci talis extat Catalogus, præclarè à me congestus & auctus.

1. RUDOBERTUS popularis Sacerdos, ordinem Præmonstratensem primus huic loco introduxit, cujus ipse primus Præpositus designatus legitur anno 1125. Præfuit fideliter annis 15. Obiit anno Christi 1140. constituit sibi Successorem.

2. EBERHARDUM: sed is (postquam per unius anni spatium ad gubernandam Ecclesiam, remque familiarem parùm utiliter sedisset) amotus, & propter morum intemperiem exauthoratus est.

3. GEBHARDUS patriâ Coloniensis, ex Wedenburg accitus, tertius hujus loci Præpositus designatus est anno Christi 1141. Præfuit fidelissimè annis quinquaginta, quibus Monasterium hoc præclarè ampliavit, auxit & illustravit, cùm ædificiis, tùm libris, quorum lector erat studiosissimus, & scriptor indefessus. Fecit idem ex Præpositura Abbatiam cum consensu *Lucii tertii* Pontif. Max. à quo ipse *primus hujus loci Abbas* Privilegium consecutus est anno Christi 1183. Extat de eo in perveteri libro quodam, *Matre* videlicet *Verborum*, hoc est Dictionario (quod ipse scripsisse & composuisse legitur) tale Epigramma.

Abbas hunc librum jussit scribi Gebehardus,
Præbens impensas, vir præcipuè venerandus:
Nunc quicunque legis studium perpende laboris,

Est

Esto memor miseri quivis Lector Gebehardi;
Solvar ut à pœna pro me pete Virgo Maria
Sicque videndo Deum, Sanctis conjungar in ævum.

Sub hoc Abbate natus legitur anno 1165. Junior *Albertus de Pogen Comes* hujus loci Advocatus, Bertholdi filius, & Adalberti primi Fundatoris nepos, qui obiit iterum anno 1197. & attulit ex Italia ad hoc Monasterium suum corpora Sanctorum *Sabini* Episcopi & *Serenæ* Virginis: habuit uxorem Leucardin.

4. CONRADUS Abbas secundus successit Gebhardo anno Christi 1191. præfuit annis septem. Obiit anno 1198.

5. PETRUS præfuit per unum saltem annum, obiit anno 1199.

6. UDALRICUS præfuit annis quinque, decessit ex hac mortali vita anno 1204.

7. VOLMARUS sedit annis sex: Exuit hominem anno salutis 1210.

8. JOANNES Rector extitit Abbatiæ hujus annis quinque. Obiit anno 1215.

9. CONRADUS secundus successit *Joanni*, præsedit annis septem. Obiit anno gratiæ 1222.

10. JOANNES secundus hujus nominis fit Abbas eodem anno quo Antecessor ex hujus mortalis vitæ consortio emigravit: sedit ad clavum annis 20. Obiit anno 1242.

11. HENRICUS præficitur Abbatiæ anno 1242. gubernavit eam annis 31. fideliter, & resignavit functionem ac dignitatem totam anno salutis 1273. Idib. Maji.

12. ALBERO successit 17. Calendarum Maji præfuit annis 4. Resignavit anno 1277.

13. ULRICUS secundus præfuit post Alberonem annis etiam 4. Resignat anno 1281.

14. CONRADUS tertius hujus nominis eligitur 15. Calend. Septemb. ex *Præposito Osternhofensi* in hujus loci Abbatem. Sedit ad clavum annis 13. Obiit anno 1295.

15. HENRICUS de Nercshtal vir providus & utilissimus Gubernator, præfuit annis decem.

16. DIETERICUS *professus in Osterhofen*, eligitur in Abbatem hujus Monasterii *Wimbergensis* anno gratiæ 1305. Præfuit annis 18. Obiit anno salutis 1323.

17. WERNHERUS Abbas præsedit annis 5. Emigravit ex hac vita anno gratiæ 1327.

18. FRIDERICUS sedit ad clavum Abbatiæ annis octo: Concessit ad aliam vitam anno 1335.

19. GODESCALCUS præficitur Abbatiæ post resignationem & paulò post ex hac vita emigrantem *Fridericum*: præfuit annis penè decem. Obiit anno 1345. In die S. Alexii.

20. FRIDERICUS succedens *Godescalco* præfuit annis 12. Obiit anno salutis 1357.

21. THOMAS eligitur in die Matthæi. Sedit ad gubernaculum annis quatuor. Reddidit Abbatiam his, à quibus eam prius acceperat ipsâ die S. Lucæ Evangelistæ anno Domini 1361.

22. CONRADUS quartus eligitur eodem die quo Antecessor emigrârat. Sedit annis octo, septimanis 6. Obiit in Vigilia Andreæ Apostoli anno 1369.

23 JOANNES Heczinger Oeconomus & Provisor optimus eligitur in Octava Agnetis. Præfuit laudabiliter annis 15. Obiit die Valentini Episcopi anno 1384. Sepelitur propè Fundatores ad aram Conceptionis Beatæ Virginis Matris. Subrogatur ei unanimi fratrum consensu.

24. UDALRICUS Hofman: is utilissimè sedit ad clavum annis sex. Resignavit adversâconflictus valetudine anno Christianorum 1390. Obiit postea anno 4. post resignationem.

25. BERTHOLDUS designatur Abbas mense Decembri. Sedit annis decem. Obiit anno 1400 Jubilæo.

26. NICOLAUS cognomento Joannes, eligitur feriâ tertiâ ante Dominicam Oculi, in ipso anno Jubilæo, quo consecutus est Romæ pro Se & Successoribus suis & *mitram* & omnia cætera *ornamenta Pontificialia*: Primus itaque hujus loci Abbas Infulatus. Sedit ad gubernandum annis triginta. Obiit in senectute bona anno Christi 1430. Sepelitur in facello S. Michaëlis sub Bibliotheca cum Antecessore.

27. JOANNES Pæchinger secundus Abbas Infulatus successit Nicolao sextâ feriâ ante festum Palmarum. Præfuit annis quinque. Congregatus est ad patres suos anno 1435.

28. ALBERTUS de Perchingen, oppido Eystetensis Episcopatûs, quod in Norico situm est, natus: instaurator hujus Ecclesiæ & Monasterii quasi secundarius fundator. Præfuit annis 25. Obiit anno gratiæ 1461. in ipsis Idibus Juniis. Sepelitur honorificè in facello beatæ Virginis à se constructo.

29. JACOBUS Poyssellius substituitur Alberto. Præfuit annis sex & aliquot mensibus, & abdicavit sese volens magistratui anno Domini 1467. Universæ carnis viam ambulavit

bulavit anno Chrifti 1468. ipfâ die Purificationis B. Mariæ. Sepelitur ante aram S. Catharinæ.

30. UDALRICUS Humelius ex Perchingenfi oppido natus, Artium & Philofophiæ Magifter Viennenfis, eligitur unanimib. Conventualium fuorum fuffragiis in Abbatem poft vitâ functum Anteceſſorem. Præfedit Abbatiæ fideliter ac laudabiliter, tàm in fpiritualibus quàm temporalibus annis viginti novem: fuit Vifitator omnium ejusdem ordinis Monafteriorum in Bavaria, Bohemia, Moravia, Auftria. Refignavit fenio & infirmitate confectus anno falutis 1496. Conftruxit de novo, & eleganti ac firmiffimâ teftudine concameravit Dormitorium & horreum in Saffum: Bibliothecam item, quam multis optimis libris auctiorem reddidit, Sacriftiam verò fepulchro S. Savini Epifcopi & Martyris decoravit. Sub ejus gubernatione *Albertus* Bavariæ Dux multorum Regulorum nobilium caftra ac latibula expugnavit ac fortiter dejecit anno Chriftiano 1469. *Saulburgum* videlicet, *Falckenfelfum*, *Nufsbergum* & *Weiffenfteinium*: Arcem item *Degenbergenfem* medio ferè itinere inter Metum & Winnbergum, Bavariæ Cœnobia, fitam, quod *Joannes* Baro *à Degenberg*, contra Principis feriam inhibitionem, & Duciffæ maximam interceffionem, miferum quendam rufticum capite plecti juffiffet, qui uxorem fuam gravidam, jam jamque ex partu ferè laborantem, & pieâ muliebri, & mirabili defiderio flagrantem exhileraturus, pifces aliquot ex quadam Baronis pifcina fubtraxiffet: pro quo orantem & intercedentem una cum Principe Duciffam Imperatoris *Maximiliani* filiam nullo modo audire Degenbergius voluerat. Obiit tandem Abbas ifte plenus dierum anno gratiæ 1498. ipfâ die Erafmi. Sepelitur ante aram S. Crucis in media Ecclefiæ propè Fundatores.

31. PAULUS, molitoris in Meten filius, Artium & Philofophiæ Sacræque Paginæ Baccalaureus Viennenfis: Succeffit Udalrico, præfuit annis fedecim, Paterfamilias & Gubernator providiffimus. Calculofus jubebat fefe anno Domini 1512. Monacum vehi, ut illic exfcinderetur calculus à Chyrurgo ejus artis perito: Sed antequam Monacum veniret, obiit in itinere apud Greynegh, villam duobus milliaribus à Monaco fitam, medio ferè itinere inter Frifingum & Monacum. Revehitur inde ad Cœnobium fuum, & illic ipfâ die *S. Savini* Epifcopi & Patroni horum Larium Monafticorum, honorificè fepelitur in media Ecclefia propè Anteceſſorem. Conftruxit Parochiale templum S. Blafii & tabernam Monafterio vicinam ex imis fundamentis.

32. SIGISMUNDUS Regenmiller, vir gravis & literatus, fed & providus rerum Infpector & Gubernator, ex *Viechtenfi* Parocho fit Abbas in die Converfionis Pauli anno 1512. Præfuit annis 7. & menfibus fex Obiit 14. Calendarum Septembrium anno Chrifti 1519. Sepelitur in facello omnium Sanctorum.

33. WOLFGANGUS Artium Philofophicarum Magifter Viennenfis ex *Viechtenfi* Parocho Abbas defignatus, præfedit annis tribus & menfibus fex fideliter. Deceffit ex hac lugubri ad meliorem vitam anno 1523. in Fefto S. Urfulæ. Sepelitur ante aram S. Dorotheæ à Se fundatam.

34. GASPAR Suevus, ex Priore Abbas fit in Vigilia Annunciationis Marianæ. Sedit ad clavum per unum duntaxat anni & fex menfium breve fpatium: & afflictâ femper adverfâque valetudine oppreffus, obiit Straubingæ, quæ elegans Bavarorum civitas eft ad Danubium fita, fub cura Medicorum in ipfo profefto Annuntiationis Marianæ anno 1526. Revehitur in fuum Cœnobium, & illic honorificè terræ, omnium mortalium Parenti & exceptrici, redditur ante aram S. Catharinæ.

35. GREGORIUS Haypyler ex *Viechtenfi* Paftore Abbas defignatus eft poft fublatum *Gafparum* tertiâ feriâ ante Dominicam Jubilate: Præfedit fideliter & feliciter annis 15. & aliquot menfibus. Obiit in profefto S. Francifci anno Domini 1541. fub comitiis Ratisbonæ à Divo *Carolo V.* celebratis. Sepelitur ante aram S. Dorotheæ.

36. JOANNES Thalmayr patriâ Straubingenfis, primùm Paftor Ecclefiæ in *Albertfried* villa Bohemica, eligitur in hujus loci Abbatem & Rectorem anno Domini 1541. præfedit laudabiliter & feliciter hoc adhuc currente anno falutis 1552. Vir hofpitalis, literis, humanitate cæterisque bonis virtutibus confpicuus. Fecit in ipfo Jubilæo elegantiffimè pingi S. Trinitatem è regione feffionis fuæ in Ecclefia, quæ eft & elegans, & firmiffimâ teftudine concamerata, & ex quadrato lapide tota. In hujus optimi ac humaniffimi Abbatis gratiam tale lufi Epitaphii vice Schediafma cum in media Bruma anni 1551. in Pannoniam defcenderem, & ab eodem invitatus fpectandi bujus Monafterii ergò, ex Metenfi Cœnobio rurfùs verfùs Bohemiæ montana ad quæ Winnbergum fitum eft, afcendiffem, cumque eodem Natalem Domini celebraffem.

Cum nihil humanâ fit vitâ incertius usquam,
Quæ plumæ volitans præpetis inftar abit.
Et veluti vitrum pulchrè nunc fplendet ad inftar
Luminis: at mox ceu fulmen inane perit:
Erexi vivus monumentum hoc candide Lector
Ipfe mihi, in quo me fæcla futura legant.

Sum

Sum verò (ne quid dubites) reverendus Joannes
Thalmarius sacrâ hâc fidus in æde Pater.
Me felix genuit Straubinga meosque parentes
Nobilis urbs equidem & patria chara mibi.
Ingenuas didici puer olim strenuus Artes.
Deque DEO quidquid Pagina Sacra docet.
Cumque aliis alius placeat vitæ modus, una.
Vita Monastica me traxit amore sui.
Hinc istam accessi superis monitoribus ædem.
Ac colui hic aliquâ religione DEUM.
Verùm utinam justè hunc coluissem semper, & uni
Optâssem Domino ritè placere meo:
Quod si non factum est, fateor velut istud: amanter
Ac supplex Domini testor & oro DEUM.
Ut mihi propitius elemensque errata remittat,
Ut mihi non Judex, sed Pater esse velit.
Hoc peto & hoc spero, & tali me speque fideque
Sustento, quâ nihil firmius esse potest.
Patrem nempe, Deum, mibi Tutoremque futurum
Qui lychni extinctor non volet esse rudis.
Huic ego me soli commendo & dedico totum
Hujus sub clypeo & numine totus ero.
Præfuit his Laribus mea quondam industria, verùm
His ipsis eadem profuit ipsa quoque.
Si quid in hac laudis virtute est, prosit id ipsum
Nominibus quondam ad tempora sera meis.
In cælo nihil est, quod prosit: præter amasse
Hunc, fuit in nostram qui caro factus opem.
Qui nisi venisset, nisi vitam natus in istam
Juvisset nostras res bonitate suâ:
In Phlegetontæum cecidissent absque salute
Et sine Consilio corpora nostra lacum.
Sed venit, similis factus per omnia nobis
Exceptâ solâ labe furente mali:
Omne genus nostrum Puer admirabilis iste
Pastor ut errantem ad se revocavit ovem.
Gratia sit Patri, sit Nato, Spirituique,
E quorum pendet nostra favore salus.

In Vigilia Natalis Domini noctu inter secundam & tertiam antelucanas, anno 1551.

De Gebhardo, primo hujus loci Abbate, extat in scripto volumine operum S. Gregorii, tale carmen.

Christum laudemus, qui tot laudanda videmus
Uno gesta viro, virtute per omnia miro:
Ille patrum more semper vigilando labore
Extitit invictus, Gebehardus nomine dictus.
Qui sanæ mentis tempus vitæ fugientis
Utiliter duxit, præsentia mœnia struxit,
Hisque sui curâ providit commoda plura.
Prædia multa foris, divini cultor amoris
Huic ornando Chorum ditavit dote librorum
Egregium munus est, ex quibus hic liber unus,
Qui nitet ut Phœbus variis ex materiebus
Per quædam sona dictamina Gregoriana,
Quæ dant lecta satis Lectoribus utilitatis.
Lector id attende, precis & devota repende
Præmia digna sibi, qui fecit talia scribi:
Qua poterunt clare studiosos ædificare.
Ecce puer fidus hæc scripsit & ingeniosus
Nomine Godfridus & ad omne bonum studiosus.

METANIA vel *Medena* hodie *Meeten*, Benedictinæ Professionis pervetustum in inferiori Bavaria Monasterium, dimidium milliare supra *Deggendorfensem* civitatem, paulùm

lulùm à finiſtra deſcendentis Danubii ad lucum ſeu foreſtam non inamœno loco ſitum: conſtrui cœpit temporibus *Caroli Magni* Imperatoris omnium Chriſtianiſſimi ac munificentiſſimi Eccleſiarum Erectoris, annum Chriſti circiter octingenteſimum. „Vera originis „hiſtoria ſic ſe habet: Habitabat in hujus loci ſolitudine, & vaſtâ adhuc tùm tempore „Danubianæ utriuſque ripæ Eremo, ad Michelsbuceníem Parochiam inter Danubium & „Iſeram ſitam gubernandum, pius quidam ac venerandus ſenex, Beatus *Gamelbertus*, no„bili genere apud Bavaros natus: Is abjectâ armorum curâ, non ſine prodigio aliquan„do Religionis ergò, Romam ad SS. Petri & Pauli limina profectus, caſù ibi baptizavit „infantem quendam, quem *Utbonem* cognominavit, prævidens vir Sapiens in Spiritu, „ſibi aliquando in gubernatione ſuæ paternæ Eccleſiæ ſucceſſurum. Utho iſte cum ad „virilem ætatem perveniſſent, relictâ Italiâ patriâ, peregrinatus eſt & ipſe Religionis er„gò in Germaniæ partem illam, ad Danubium ſitam: Ubi cum ad *S. Gamelbertum* veniſ„ſet, humaniter ab eo exceptus ac parochiâ eâ ipſâ *Michelsbucenſi* à viro Dei jam decre„pito ſene donatus eſt. Præfuit hujus Parochiæ plebeculæ rudi adhuc & parùm in Chri„ſtianiſmo exercitatæ, poſt obitum S. *Gamelberti*, itaque etiam *Utbo* iſte: Donec aliquan„do, ingruentibus bellicis inter *Carolum Magnum* & *Thaſſilonem Bavariæ Ducem* odiis ac tu„multibus, cogeretur bonus vir, Parochiâ deſertâ, trans præterfluentem Danubium ſe„cedere, & in ſylvis inter feras quietem, & tutum refugium quærere. Ibi cum omni„nò animum ad heremiticam vitam adjeciſſet, cæpit ſibi ipſi pius pater ad fontem ſui „nominis conſtruere cellulam perexiguam in honorem S. *Michaëlis*, quòd in his Bava„riæ tumultibus bonorum Angelorum præſidio ſervatus, & ex hoſtium manu liberatus „eſſet. Pacatis rebus iterùm in Bavaria, & ſub jugum miſſo jam multoties rebelli *Thaſ„ſilone*, cum daret *Carolus* Victor venationi operam: caſù, aut Deo potius ſic ordinante „ad hanc Cellam venit, cúmque ad conſpectum & colloquium ſuum evocaret Senem „*Utbonem*, barbatum heremitam intelligens ex illius cultu & oratione (quæ plerunque „certus miniméque fallax animi Character & index eſt) virum eſſe integræ, ſecundùm„que Deum laudatiſſimæ converſationis: datâ ei dexterâ opem promittit: Senémque di„ſcipulos colligere ac plenius Oratorium ibi erigere jubet. Sic Monaſtcrium Benedicti„næ Profeſſionis, ſumptibus *Caroli Magni* inchoatum ac fundatum eſt, cujus Primus Ab„bas ab ipſo Imperatore deſignatus eſt Utho iſte. Perierunt hujus loci monumenta pleraque, præcipuè verò Diplomata Carolina à Magno ipſo Carolo primo Fundatore data, Ludovicorum & aliorum Carolorum ac Arnulphi Imperatoris ibi Privilegia plurima. Sepeliuntur in Hoc Cœnobio illuſtres *Barones à Degenberg*, *nobiles ab Egk* Fundatores Parochialis Templi S. Martino dicati, *nobiles* item *Forſteri*, *Falckenſteineri*, ac alii Bavariæ Reguli plurimi. Catalogus verò ejus loci Abbatum etſi imperfectus, talis à me, tamen non ſine magnis laboribus, confutus eſt, adjuvante me in hoc labore optimo & egregio docto Viro *Martino Semacbio* ejuſdem loci Judice, Muſico inſigni ac amico mihi ſingulari.

1. S. UTHO, patriâ Romanus, in Germaniam peregrinatus ad *S. Gamelbertum* venit, à quo primùm *Michelsbuchenſis* Parochus deſignatur. Is paulò poſt in belli tumultibus fugâ elapſus in vicino transdanubiano nemore Cellam ſibi conſtruxit heremiticam ad miraculoſum fontem, quem hodiè adhuc vulgus *S. Utbonis fontem* appellat: in quo qui morbo Gallico, ſeu Scabie Hiſpanica polluti ſunt, ſeſe lavantes emundantur: certis tamen temporibus ita ſalubres annos (ut ab hujus loci Cœnobitis & Agricolis animadverſum eſt) Epidemia & graſſans peſtis plerumque excipit. Quamdiù bonus is Pater ad Abbatiam, cujus ipſe primus Abbas ab Imperatore *Carolo Magno* conſtitutus eſt, ſederit: In faſtos à nemine relatum eſt, aut ſi relatum eſt, certè in bellicis tumultibus iterum periit ac in cineres redactum eſt. Sepelitur Abbas iſte in Choro Templi ante aram maximam ſublimi tumulo, cum tali Epigraphe.

Abbas hic primus Utho nec laudibus imus
Hic iacet ut limus, cœlis requieſcat opimus.

Qui tempore *Caroli Magni* transiſſe narratur. Succeſſit huic primo Abbati, à *Carolo Magno* Subſtitutus.

2. OPORTUNUS, interfuit *Synodo Dingelofinenſi* anno 768. ſecundus Abbas ſive hujus loci Antiſtes, & Monachorum Pater Ciſtercienſis inſtituti Monachus, qui huic loco præclara Privilegia à Pontif. Max. impetravit. Aliud enim de ejus vita vel rebus nihil reperitur in literas ac monumenta relatum.

3. NITTHARDUS ſubrogatur *Oportuno*, ſed quo anno, id incertum eſt, præfuit ſub *Ludovico ſecundo* Caroli Magni nepote, qui anno Regni ſui quarto recepit eum in Mundiburdium ac tuitionem ſuam. Huic Privilegium de libera Abbatis electione conceſſit idem Ludovicus anno Regni ſui 19. Aliud ſcitur de eo nihil.

4. WIPPO Abbas accepit Privilegium à *Ludovico Imp.* anno 886. in villa regia *Forcheym*, cujus tenor de Verbo ad Verbum ſequitur & eſt talis:

IN

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hludovicus divinâ favente gratiâ Rex. Si „petitiones servorum Dei, justè, & rationabiliter aurem Serenitatis nostræ petentium, ad effectum perducimus: hoc nobis procul dubio ad æternæ remunerationis præmia capienda profuturum liquidò credimus. Quapropter notum sit omnibus Sanctæ „Dei Ecclesiæ fidelibus, nostrisque præsentibus & futuris: qualiter Nos ob nostræ mercedis augmentum, & pro remedio animæ Matris nostræ & Antecessorum nostrorum „concessimus quasdam res proprietatis nostræ in Comitatu Gunberti, cuidam Monasterio constructo in honorem S. Michaëlis Archangeli, ad petitionem Wipponis Abbatis, qui eidem Monasterio præesse dignoscitur: omne scilicet forestum & prædium inter ipsum Monasterium & Danubium, hoc est in Pago de Steine usque in Khrapfenzayn, inde in Pranne: inde in die Zwerchloe usque in Zeidlorn & sic usque in Danubium. Itaque quidquid infra scriptos terminos habere visi fuimus, totum in proprietatem Dominationis jam dicto Abbati & Fratribus prædicti loci perpetualiter possidendum condonavimus, ut eos pro Nobis, pro Conjuge & Prole nostrâ, & totius Regni „prosperitate misericordiam omnipotentis Domini meliùs exorari delectet. Et ut hæc „nostræ concessionis authoritas firmior habeatur, & per futura tempora fidelibus nostris „melius credatur, manu proprâ nostrâ subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione assignari jussimus.

Signum HLudovici Serenissim. Regis.



Arnulphus Cancellarius ad fidem Luitberti Archicapellani recog.

„Datæ quinto Nonas Maji Anno Dominicæ incarnationis DCCC LXXX. Indictione XII. „Anno quarto Regni Hludovici Serenissimi Regis. Datum Forcheym villa Regia, in Dei „nomine feliciter. Amen.

5. RICHARIUS eligitur anno Domini 892. Accepit sequenti anno Privilegium ab *Arnulpho* Rege, qui eum custodem suum dilectum & Metaniensis Cœnobii Abbatem vocat. Post hunc Abbatem nihil certi de Abbatibus hujus loci reperio, sed nuda tantùm hæc nomina, sine ullius annorum aut regiminum numeri assignatione.

6. HETTHARDUS obiit in die Visitationis Marianæ.

7. RUGERUS obiit in Decembri.

8. EPPO Abbas hujus loci.

9. WALCKHERO Abbas hujus Congregationis.

10. ODELHARDUS.

11. HANNO.

12. RUDMARUS.

13. ADALBERTUS.

14. GEBEHARDUS.

15. WOLFRAMUS.

16. HAYMO.

17. WOLFHARDUS.

18. LEOPOLDUS.

19. GERBERTUS præfuit anno Christi 1128. Sub hujus Gubernatione periit universum *Metaniense Cœnobium* anno 1134. Anno enim Domini 1133. *Henrico IV.* patri in Regni Solio succedente, diversisque Ducibus *Bavariæ* Ducatum tenentibus, uno nimirum ejecto, alio recepto, pax à tempore *primi Othonis* per successionem sex Imperatorum adhæc usque tempora vigens tepescere cœpit. Dissensionibus ortis in Regno, Ecclesia perturbata est, Monasteria destructa sunt, Clerus in odio & contemptu erat, Justitia, & Religio sub pedibus impiorum jacebant. In hac ipsa calamitate Monastica etiam Regula & Disciplina, pristinis annis strenuè hic observata, in hoc etiam *Metaniensi* Cœnobio collapsa desiit, ita ut locus iste aliquamdiu sub sæculari Clero Canonicorum in *Pfaffenminster* (quod est Collegium elegans, hodiè adhuc è regione civitatis Straubingensis ad Danubium, vel paululùm à Danubio versus Boëmiæ montana & nemora situm, à *Tassilone* Bavarorum Rege olim fundatum & liberaliter donatum) esset, ad annum nimirum 1153. usque. Tum enim Friderico primo, Friderici *Suevorum* Ducis filio, ad Imperii decus & dignitatem evecto, pax diu desiderata, universæ Germaniæ feliciter est restituta. Hic Ipse Fridericus cognomento Barbarossa, *Henrico* Saxonum Duci, Henrici alterius, ejus nimirum qui à Conrado Rege proscriptus, & ex universa Bavaria ejectus erat, filio, Bavariæ ac Norici Ducatum restituit: & Henricum patruum suum Marchionem

nem Auſtriæ, tunc Ducem Bavariæ, ab eodem Ducatu tranſtulit ac amovit. Quia verò ejusdem Henrici Marchionis præcipua nobilitas ac ſumma honeſtas exigebat, ut nomen Ducis neutiquam amitteret: & ut Duces Bavariæ minùs deinceps contra Imperium tumultuari, rebellare & ſuperbire poſſent, Imperator de voluntate & conſenſu Principum in Comitiis anno Domini 1156. *Ratisbonæ* habitis, *Marchionatum Auſtriæ* à Jurisdictione Ducum Bavariæ eximendo, & quosdam ei Comitatus de Bavaria adjungendo, convertit in *Ducatum*. Sic iſte Henricus factus & deſignatus legitur Primus Dux Auſtriæ. Is anno Domini 1157. Monachos in *Metanienſe* hoc Cœnobium reduxit, Sacerdotibus ſæcularibus ad *Pfaffenminſter*, unde antea adducti fuerant, redire juſſit. Sic Auſtriæ iſte nobiliſſimus Dux, Secundus hujus loci Fundator eſt & dici meretur. Quis verò hujus ſecundariæ fundationis tempore ad clavum hujus loci ſederit, nusquam reperio in literas aut monumenta relatum.

20. GERBERTUS Abbas hujus nominis in hoc loco ſecundus, legitur præfuiſſe anno Chriſti 1181. qui comparaſſe legitur Syivam & vineam *Müllbergenſem*.

21. RUDEGERUS præfuit anno ſalutis 1203.

22. BERNOLDUS præfuit anno Gratiæ 1232. quo dedit ei duas curias in *Venebach* Albertus Comes de Pogen, habitans in caſtro *Naternberg* trans Danubium ſito, transfretaturus ad ſepulchrum Dominicum ob delictorum ſuorum veniam, & cæleſtis præmii retributionem: Sic enim habet *Diploma*, ſuper ea donatione ſcriptum. Hujus Abbatis tempore, incendio periit univerſum *Metanienſe* Cœnobium anno Gratiæ 1236. & Mœnia totaliter deſtructa & vaſtata ſunt: jacuitque locus totus penè deſolatus ad annum usque 1264. quo renovari denuò cœpit, ut infra audiemus. Præfedit idem Abbas adhuc anno Domini 1239. Aliud de eo extat nihil. Sequuntur iterum Abbates admodum obſcuri, de quibus nihil annotatum invenitur.

23. Abbas qui præfuit anno Chriſti 1240.

24. MARQUARDUS Abbas.

25. ALBERTUS qui præfuit anno 1252. & anno Chriſti 1264. quo Cœnobium reſarciri & reſtaurari cœpit 4. Iduum Junii promovente negotium *Othone* Bavarorum Duce. Præfuit & adhuc anno 1268. quo impetravit prædia in Windpoching ab *Henrico* Palatino Rheni ac Bavarorum Duce, quæ poſſederat antea *Gerbochus de Fremelſperg*. Succeſſit huic Canonicâ electione ſubrogatus.

26. FRIDERICUS, qui præfuit anno Chriſti 1273.

27. ALBERTUS *Friderico* ſubrogatur. Obiit anno 1275. Nonis Martii. Sepelitur in ambitu propè ingenioſè pictas, & variis inſcriptionibus ſacris, Mathematicis ac hiſtoricis inſignitas feneſtras. Extat de eo in perveteri quodam Codice, (quem ſcribi ipſe curavit) tale epigramma.

Abbas Albertus, vir providus atque diſertus
Librum Chriſte tibi jubet hunc pro munere ſcribi:
Quem pro mercede cæleſti collige ſede.
Dans ſibi poſt mortem cum Sanctis ſumere ſortem.
Huic adjungatur Gerhardus cum moriatur.
Vir bonus atque pius, & ſcriptor Codicis hujus:
Lector dicat amen ſibi depoſcendo juvamen.

Hujus Gerardi Verſificatoris & Cœnobitæ Metanienſis extat in alio quodam Codice tale de Chriſto Encomion.

Spes meo Chriſte Deus hominum tu dulcis amator
Lux, via, vito, ſalus, pax & decus omne tuorum.
Omnia pro quorum voluiſti ferre ſalute
Carnem, vincla, crucem, vulnus, mortem atque ſepulchrum
Poſt tres inde dies devictâ morte reſurgens
Diſcipulis viſus nutantia corda reformas.
Luce quater dena cælorum ſumma petiſti
Vivis ubi æternum nunc & per ſæcula regnas.

28. CONRADUS ſubſtituitur *Alberto* Abbati anno Chriſti 1275. quo confirmata ſunt ei à Papa *Gregorio X.* omnia Anteceſſorum privilegia. Præfuit anno etiam 1278.

29. HENRICUS Stahr cognomento, præfuit anno Domini 1280. & duobus ſequentibus.

30. CONRADUS de Auwerbach eligitur ab *Othone* Bavarorum Duce & Rheni Palatino, cujus ope & præſidiis præclarè reſtauravit hoc *Metanienſe* Cœnobium, Abbas iſte præfuit anno 1287. & 1293. quo *Otho* Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ intendens (hæc Diplomatis verba ſunt) graves defectus, quos *Metanienſis* Eccleſia in ſuis hominibus & bonis, ex diverſis rapinis & incendiis perpeſſa erat, cum beneplacito fratrum ſuorum *Ludovici* & *Stephani*, fecit Abbati & Conventui hujus loci triennalem remiſſionem omnis præſtationis Steurarum, herbergarum, & omnis Juris Advocaticii, faciens eis hanc

hanc de suæ liberalitatis munificentia specialem gratiam. Obiit Abbas iste anno salutis 1297. Sepelitur in media Ecclesia.

31. ULRICUS anno ætatis suæ 30. successit *Conrado*, confirmatus à *Friderico* Episcopo Ratisbonensi (in cujus diœcesi situm est hoc Cœnobium) anno 1298. Præfuit annis 20. utilissimè, comparans & multa prædia & multum agri. Sub ejus gubernatione cœpit Concursus hominum ad miraculosum *fontem S. Uthonis*, anno 1306. Sub ejus Regimine venit Cœnobium anno 1310. in tuitionem Dominæ *Jutha*, Bavarorum Ducillæ ac Rheni Palatinissæ, quæ soror fuit Ungarorum Regis *Othonis* & Uxor Bavarorum Ducis *Stephani*. Profectus erat Abbas iste studiorum ergò Bononiam anno 1316. cum consensu Episcopi, & Conventus sui, erat enim literarum omnium amans ac scientissimus. Ibi verò anno sequenti 1317. rebus humanis exemptus ac honorificè terræ parenti redditus est 17. Calend. Augusti. Domi verò erectum est ei in ambitu propè aram S. *Erhardi* honorarium monumentum ex marmore anno 1318. Sub ejus gubernatione obiit anno 1315. Dominus *Eberwinus* miles de *Degenberg* Fundator sacelli ad S. *Laurentium*, in quo celebris est ejus Gentis sepultura.

32. ULRICUS secundus hujus nominis, & Senior in *Neuhausen*, Ulrico primo successit: per viam Compromissi concorditer electus 10. die Calend. Octobris anno 1317. Vir prudens ac devotus, & qui in minori regimine (ut de eo scriptum reperitur) *Neuhausensis* nimirum *Parochiæ* sic vigil fuit & sollicitus, ut ei pro laboribus devotis, pro moribus castis & actionibus strenuis, celsioris loci præmium meritò deberetur. Sub ejus gubernatione obiit Dominus *Wittmarus de Degenberg* anno nimirum 1324. Aliud de hujus Abbatis rebus invenio nihil.

33. ALBERTUS junior cognomento *Egker* successit *Ulrico*, præfuit annis 24. laudabiliter, iniens fraternitatem cum plurimis Monasteriis *Cluniacensi*, *Wimbergensi*, *Mallerstorpho*, *Wiltsburgo*, *S. Crucis* in Danubiana Peninsula, *Cella Dei*, *Michaëlis* Campo, *Prifeningo*, *Osterhofeno*, *Georgii valle* ad *Oenum* sita, Castello, utroque *Altachio*, *Richenbachio*, & *Krembsmunster*, & aliis, unde apparet hominem fuisse singulari humanitate & dexteritate præditum, qui tot amicitiis sese ingessit, & tot clarorum hominum amicitiâ & mutuâ fraternitate dignus est habitus. Fuit rerum hujus Cœnobii augmentator fidelis ac strenuus. Habuit sororem *Ucengardim* munificam hujus loci donatricem. Decessit anno Christi 1348. Sepelitur in sacello B. *Virginis*, quod primum hujus loci templum fuisse perhibetur, ut hodiè adhuc monstrantur Saxea Monachorum sedilia parieti inserta. Tumulo ejus tale carmen inscisum legitur.

M, ter C. quater X ac octavo simul anno
Abbas Albertus obiit virtute refertus
Alter fundator claustri fuit ac reparator
Prædia ditavit, structuras magnificavit.

34. ULRICUS, cognomento *Kraczer de Egk*, eligitur in hujus loci Abbatem concordi omnium fratrum consilio & suffragio in ipsa Vigilia S. *Jacobi*, anni Gratiæ 1351. præfuit laudabiliter annis triginta tribus, renovans totum pene Cœnobium, & egregiè id ipsum prudenti suâ gubernatione ditans. Resignavit tandem propter ingravescens senium, & adversam valetudinem in die *Vigilii* Martyris anno Domini 1382. idque consentiente *Alberto* Palatino Rheni & Bavarorum Duce, qui pensionem ei decrevit & ordinavit, præsentibus *Dietherico* Episcopo Ratisbonensi, *Joanne* Landgravio in Leüchtenberg, Comite Hallensi & inferioris Bavariæ Præfecto. Obiit eodem anno Idib. May. Sepelitur in ambitu sub tumulo *Alberti* ad ingeniosè pictas fenestras cubantis. Sub hoc Abbate obiit, & terræ parenti reddita est Domina *Petronelle Baronissa de Degenberg* anno 1348. & hujus Petronellæ germanus frater paulò post, anno Salutis 1351. Dominus *Hardwicus* Cœnobita Metaniensis, qui sepelitur in ambitu.

35. ALTMANNUS Baro de *Degenberg* eligitur in hujus Cœnobii Abbatem anno Domini 1382. præfuit annis sex. Obiit Idib. Septemb. anni à nato Christo 1388. Hujus ætate ac consensu conditum est sacellum, propè parochiale templum *Neuhausenense* anno 1387. ab *Alberto Forstero* de *Wildenforst* Equite aurato, & Præfecto in *Naternberg*, ejusque fratre Hardwico. Sepelitur in sacello B. *Virginis* propè *Albertum Egker*. Sub ejus gubernatione obiit, & in S. *Laurentii* sacello humatus est Dominus *Joannes* Baro & miles *de Degenberg* anno 1385. bujus *Altmanni* Abbatis cognatus, magnus ejusdem loci fautor.

36. PETRUS subrogatur *Altmanno* anno 1389. præfuit laudabiliter & utilissimè annis 38. Decessit ex hac lacrymarum valle anno Incarnationis Dominicæ 1427. Sepelitur in dextra Chori abside, memoriali saxo in pariete collocato. Emit anno 1399. domum in propinquo oppido *Degkendorfensi*, & anno 1408. Decimas in veterrima Parochia *Plædlingensi*, ad Isari & Danubii congressum sita. Fecit fieri fenestras illas ingeniosissimè picturatas & loquacissimas, de quibus supra.

37. ANDREAS eligitur anno 1427. præfuit annis 19. Emigravit ex hoc sæculo mortali anno 1446. duodecimâ Calend. Februarii. Sepelitur in sacello S. *Benedicti* ante

aram. Is anno Christi 1439. *Infulam* & cætera *Pontificalia ornamenta* per *Albertum* Illustrem Bavariæ Ducem à toto *Consilio Basilienfi* impetravit pro Se & Successoribus suis usurpanda. Sub hoc Abbate obiit, & apud S. *Laurentium* terræ parenti commendatus est illustris Baro *Bigolaus Gebolphius de Degenberg* anno 1458. cujus pater Dominus *Fridericus à Degenberg* anno 1393. decessit, & eodem loco humatus est.

38. PETRUS *Veltel* secundus hujus loci Abbas infulatus, præfuit post *Andream* annis 13. Excessit è vivis in die S. *Thomæ* Apostoli anno 1459. Sepelitur ante aram maximam Chori pulcherrimè à se renovati, & sedilibus novis illustrati

39. JOANNES Hopffel mirus hujus Cœnobii illustrator, & qui summam ejus Basilicam de novo totam condidit, & firmissimâ testudine concameravit, eamque cum ambitu marmoreo stravit. Sedit is ad Abbatiæ hujus clavum annis 20. utilissimè. Obiit anno 1479 Sepelitur in media Ecclesia. Sub ejus gubernatione obiit *Erhardus Forster de Wildenforst*, ultimus hujus Familiæ, in suorum majorum sacello, S. *Andreæ* dicato, honorificè sepultus anno Gratiæ 1464.

40. PANCRATIUS successit *Joanni*, præfuit annis 16. Obiit undecimâ Kalend. Januarii anno Salutis 1495. Sepelitur in media Ecclesia propè vel infra potius Antecessorem.

41. OSWALDUS Mayer, quod latinè *Villicum* sonat, patriâ *Degkendorphius*, vir religiosus, sapiens, doctus, facundus ac diligentissimus, præclarus Scriba, præclarior Orator: Imperatorum & Regum amicus singularis: eligitur in Abbatem anno 1495. Præfuit annis 19. laudabiliter & utilissime. Habuit singulari amicitiæ vinculo conjunctum sibi *Jacobum Locher* Philonusum, poëtam laureatum, suique sæculi poëtarum facilè principem. Construxit tabernam, excoluit vineam Cœnobio proximam, renovavit aras omnes fecit fieri pretiosam Infulam. Sub ejus gubernatione viguit peregrinatio ad miraculosum fontem S. *Udonis*, & liberati sunt ejus beneficio à morbo Gallico multi advenæ: Hanc peregrinationem mox pestis secuta est. Abbas Oswaldus decessit ipsâ die S. Agathæ anno 1515. Sepilitur ante aram Chori maximam.

42. WOLFGANGUS *Angelus* ex oppidulo seu Marca *Engelspergensi*, propè inferius Altachium in sinistra Danubii sita, natus, successit *Oswaldo*: Vir probus & honestus, præfedit Abbatiæ annis decem. Obiit anno 1526. in die *S. Sylvestri*. Sepelitur in Choro ante aram maximam.

43. WOLFGANGUS Hæberlin *Degkendorphius* subrogatur *Angelo*, præfedit Abbatiæ annis 9. laudabiliter, vir religiosus & orandi studiosissimus. Obiit anno 1535. decimâ Calend. Februarii. Sepelitur propè Antecessorem in Choro.

44. CAROLUS *Dorn* Ambergius, ex matre mendicâ natus, Ratisbonæ diligenter & feliciter studuit: & literis mediocriter instructus ad cœnobium *Metaniense* venit, cujus cum aliquamdiu Cœnobita & incola fuisset, mox post *Wolfgangi* obitum Abbas ejusdem designatus est: vir candidus & integer, omniumque eruditione aliquâ commendabilium fautor & Mæcenas summus. Præfuit annis duobus, & aliquot mensibus. Obiit 16. Augusti anno 1537. Sepelitur propè Antecessorem ante aram Chori maximam.

45. LEONHARDUS Ortmayr *Degkendorffius*, ex Priore Miles factus, & aliquamdiu *Cæsaris Caroli V.* castra secutus, tandem ad monasterium suum revolat, ubi Abbas novâ Metamorphosi ex milite factus, ipse quoque pater insignis, eligitur anno 1537. Præfuit annis quinque. Auxit fratribus suis Præbendam, ut vocant; vino. Pulchrè illustravit & quasi in ordinem redegit præterfluentem fluviolum, Metaniensem fontem duxit ad Refectorium. Obiit anno 1542. decimo Julii. Sepelitur in Choro propè Antecessorem. Post ejus obitum præfuit aliquandiu, sed tantum administratorio titulo, Reverend. ejus loci Prior, Dominus *Adreas Allthaymerus* ex Bisanio veteri civitate, ad Danubium duobus à Monasterio lapidibus sita, & ab *Attila* Hunnorum Rege olim vastata, natus: cujus urbis reliquias hodiè *Wassbelburgun* accolæ appellare consueverunt.

46. JOANNES Oedmayer *Deggendorffius* eligitur anno 1544. vir humanissimus, & egregiâ formâ præditus. Præfuit penè quatuor annis. Obiit 13. Calend. Aprilis anno Domini 1548. Sepelitur in media Ecclesia principali, quam Monasterium vocant.

47. JOANNES OSWALDUS Marius, ex Ingolstadio natus, patre librorum industrio compactore: designatur Abbas anno 1548. tricesimâ Julii, Præfidet hoc adhuc currente anno Domini 1552. Condidit is de novo insignem, & amœnissimam Abbatiam. Stabula equorum tria testudinibus concameravit, & Granarium renovavit, fecit erigi Sibi, me Authore, saxum cum tali Epigraphe memoriali.

Joannes ego, Osvvaldum quem turba Monastica dixit
Anglo poli Mario de genitore satus:
Hoc mihi constitui monumentum vivus, ut istic
Nominis olim extet fama decusque mei.
Spero libris etiam vitæ indita nomina nostra
Sanguine quem fudit Christus imago Patris.

Ut

Ut tamen & norint me sæcla futura, sciantque
Ista quibus mihi sit vita peracta modis:
Istius Abbatem fidum me nobilis ædis
Nec plane ignavum scito fuisse patrem.
Cætera nunc taceo, nam nulla glorior in re
Quàm Christus pro me quod tulit ipse crucem:
Hæc est vita salus: hæc est via, duxque, comesque
Ad vitæ æternæ gaudia vera mihi.

In memoriam verò Fundatorum hujus loci tale meum Epigramma in principali templo erigi curavit.

Carolus, ast alio Martellus nomine dictus
Magnanimum genuit Germanis Carolomannum
Atque gravem multâ meritorum laude Pipinum,
Quem dicunt lacidi Scriptores voce pusillum:
Contigit huic Regni Francorum amplissima sedes
Zachariæ nutu Romani Præsulis: huic est
Ex Bertha tandem natus ter maximus ille,
Multorum victor Regnorum Carolus, orbis
Quem totus vocat, & virtute, & nomine Magnum
Fundator fuit istius qui nobilis ædis.

ALTACHIUM, seu ALTECHIUM *Inferius*, Germanicè Nidern Altach, ad differentiam *Superioris* Altachii, & à veteri quodam ex quercubus constante luco sic dictum: Cœnobium *Benedictinæ Professionis*, Monachorum in inferiori Bavariâ ac Pataviensi Diœcesi amplissimum magnificentissimumque, antiquitus etiam opulentissimum, nunc plurimum attenuatum, ac longè ab illo veteri mutatum: in sinistra descendentis Danubii, ad unum milliare Germanicum, infra *Deckbendorffum* civitatem Bavaricam, propè *Hengersbergensem Marcam* (quæ hodiè adhuc eidem Cœnobio subest tota) fæcundo solo, & peramœno loco situm: fundatum legitur anno 741. quo natus *Thassilo*, in honorem *S. Mauritii* ab *Udilone* potentissimo Bavarorum Duce, qui septem Monasteriorum fundator esse legitur, & sepultus creditur in *Gengenbacensi*, Argentinensis diœceseos præ potenti Cœnobio, quod unum etiam ex his septem esse scribitur. Obiit *Udilo* iste Fundator anno Christi 765. Datur singulis annis die *S. Priscæ*, Spenda ut vocant, carnis scilicet porcinæ & panum solennis distributio, aliquot hominum millibus in sempiternam Fundatoris memoriam. Auctum & ditatum est ab *Hiltrude* etiam Regina, ejusdem *Udilonis* Conjuge ac *Pipini* Francorum Regis sorore, quæ in *Osterhofensi* vicino Monasterio à se condito ac ditato humata dicitur. Dotatum est munificentissimè multis prædiis à *Carolo Magno* Imperatore. Floruerunt in hoc Cœnobio semper ferè bonæ literæ, & est hodiè adhuc mediocris ibi satisque frequens schola, in qua Abbas ejus loci multos adolescentes alere & vestire solet, eisque cruditos homines præficit, qui bonas literas, tanquam in Academia aliqua, magnâ laude profitentur: quam virtutem utinam alii etiam nostræ ætatis Abbates pio Zelo æmularentur. Habentur ibi in ambitu ornatissimo spatiosissimoque imcomparabiles fenestræ, quæ & historica, & Theologica, Astronomiam universam, Physicen, Musicam, atque alias plures Philosophicas Disciplinas loquacissimè profitentur, & Lectori præclare ob oculos ponunt, ita interim ingeniosissimis picturis illustratæ, ut invitent spectatorem plurimum, nec patiantur cum, nisi cum plurimo lectionis fructu, discedere. Abbatum hujus loci talis extat Catalogus, quem mihi ejusdem Cœnobitæ humaniter communicàrunt, etsi is à me auctus & illustratus sit historiolarum brevium subnotatione.

1. EBERSWINDUS. Præfuit adhuc anno sexto *Thassilonis* Ducis.
2. WOLFFBERTUS interfuit *Synodo Dingolsinensi* in ripa Isaræ anno 768.
3. VROLFFUS: Misit is ad inchoandum ac plantandum *Wessoniani fontis* Cœnobium, in superiori Bavaria situm, & à *Thassilone* Bavarorum Duce fundatum, *Usingum* Monachum, qui primus apud Wessonis fontem Abbas designatus est ab ipso primo ejus loci Fundatore.
4. TEUTPALDUS.
5. GOSSBALDUS alibi Gotsboldus: huic dedit *Ludovicus junior*, Rex munificentissimus, anno Domini 840. anno Regni sui septimo, duas Ecclesias cum Decimis suis in villa *Ingolstad* dicta, & curtem Dominorum illic existentem cum centum & triginta agri jugeribus, pratis item, quæ faciunt 400. fœni vehicula, cum servis & ancillis in eadem curte degentibus, cum omnibus item bonis ad eandem pertinentibus, hoc est campis, sylvis, pratis, pascuis, equis, aquarumque decursibus, molendinis mobilibus & immobili-

bilibus. Actum in regio palatio *Heiligbrunnensi* 18. Augusti anno ut supra. Inde venit quòd Duces Bavariæ antiquitus, & ad nostra ferè usque tempora (nuper enim hoc privilegium per *Wilhelmum* Ducem anno 1521. ademptum est) *Ingolstadiensis* civitatis, & Parochiæ *Mauritianæ*, ejusdem loci Universitate nunc incorporatum, feudum ab hujus loci Abbate acceperint, ut hujus loci Abbatum Vasalli. Præfuit idem Abbas anno adhuc 851. Impetravit à *Gregorio IV.* Pont. M. corpora SS. Martyrum *Felicissimi* & *Agapiti*, in *Iserboven* collocata, unde extant in vitro Chori ad *S. Stephanum* tales versiculi.

Sunt à Gregorio Romano Præsule quarto
Gosbaldo de Altha Sanctorum tradita membra.

6. OTGARIUS.

7. WOLFFBERTUS secundus, huic dedit cum consensu *Thassilonis* Nobiliss. Principis, *Mariol* quidam villulam *Altorph* juxta fluenta *Feterah*, à patre moriente sibi relictam, anno Regni Thassilonis 42.

8. EBERSWINDUS secundus.

9. GRIMALDUS.

10. OTTOWALDUS.

11. CHUNIBERTUS habuit beneficiam fœminam quandam ingenuam *Gadgardim*, quæ dedit *Mülindorphium*.

12. EGELOPHUS.

13. AARON.

Post hos Abbates (de quibus nihil extat in literas aut fastos relatum) defecit ac cessavit in isto loco ordo Monasticus ad centum ferè annos, ad tempora usque *Othonis* Imperatoris, qui anno Domini 990. collapsas Monasterii res præclarè & feliciter denuò instauravit.

14. ERCHAMBERTUS præficitur huic Cœnobio auxiliis *Othonis* Imperatoris, restaurato ab ipso Imperat. anno Domini 990. Præfuit laudabiliter annis 6. Obiit anno 996.

15. S. GODEHARDUS, ex illustri Comitum *Schyrensium* Prosapia & Gente natus, successit *Erchamberto:* Præfuit piè & laudabiliter annis 26. Consecutus est aream in Ratisbona ab *Henrico* Imperat. anno 1002. Condidit primus insigne sacellum super *Hengerspergensem Marcam*, in peramœno colle situm, quod *S. Trinitati* ac *Beatiss. Virgini* Matri consecratum ac dicatum est à *Wernhero* Pataviensi Episcopo ipsâ die Purificationis Marianæ, anno Domini 1008. Addidit verò eidem Ecclesiæ aliud etiam sacellum, *S. Benedicto* dedicatum. Habuit in commendis etiam *Hersfeldiam*, præpotens Monasterium *Hassiæ*, sed resignavit & reliquit anno 1011. & rediit ad *Alttachium*. Fuit vir literis & vitæ sanctimoniâ clarus: idcirco ad *Hildesheymensis* Episcopatûs clavum ac gubernaculum avocatur anno 1022. ubi cùm sedecim annis piè & utiliter præfuisset, ex hoc mortali sæculo evocatus est anno Domini 1038. Sepelitur Hildelshaymii in sui nominis magnifico Monasterio.

16. WOLFRAMUS sedit annis 4. obiit subitaneâ morte præventus, anno Christi 1026. cum synodus in *Seelgenstad* inter Episcopos *Aribonem* Moguntinum & *Godehardum* Hildeshaymensem celebraretur. Sepelitur ad Apostolos in medio Choro, propè Corporis Dominici ædiculam.

17. RATMUNDUS, nepos *S. Gothardi* ex sorore, successit. *Wolframo* anno 1027. Sedit annis 23. Obiit anno 1049. Sub hoc Abbate pernoctavit in hoc Cœnobio *Conradus* Imp. anno 1030. cum exercitu in Ungariam properans. Sub eodem Cœnobium igne periit totum ferè, anno Domini 1033. quarto Nonarum Martii, reædificatum à fundo, anno 1037. Consecratum iterum Divino honori undecimâ Calend. Octobris. Plurima emit Abbas iste prædia, multumque terræ incultæ excoli fecit.

18. DIOTMARUS ex Decano Abbas, vir omnigenâ pietate probatus, sedit annis sex. Decessit ex mortali hoc sæculo anno Gratiæ 1055. Consecutus est *Tegenbachium* à *Conrado* quodam libero homine.

19. ADELHARDUS præfuit annis septem. Obiit anno salutis 1062. Condidit sacellum *S. Chiliani*, dedicatum anno 1060. ab *Egilberto* Pataviensi Episcopo.

20. VENCESLAUS Abbas designatur ab ipso Rege, Natalem Domini in *Frisingen* celebrante, anno 1063. Præsedit Abbatiæ annis sex. Emigravit ex hac vita anno 1068.

21. WALTKERUS successit *Venceslao*. Sub ejus gubernaculo floruit in hoc Altacensi cœnobio *S. Thiemo*, Regius sacellanus, *Episcopus* postea *Hildesianus*.

22. WOLFRAMUS secundus.

23. RUPERTUS donatur à *Pezaph*, quadam muliere & ejus filia *Enzibele*.

24. LEOPOLDUS præfuit anno 1118. quo sacellam *S. Chiliani* reconciliari fecit per Episcopum Pataviensem *Udalricum*.

25. ADALFRIDUS sedit ad Abbatiæ hujus clavum annis 12.

26. CHUNRADUS.

27.

27. BOLESLAUS vir nobilis tàm moribus, quàm genere, sic enim de eo scribit *Eberhardus* Episcopus Babenbergensis in Diplomate, quo testatur se eum investivisse de feudo Regali Abbatiæ Altacensis, nomine sacri Rom. Imperii. Præfuit Boleslaus iste anno Christi 1152. quo *Fridericus* primus Romanus Imperator, ad petitionem supranominati Episcopi Babenbergensis, transtulit infeudationem hujus Monasterii seu Jus Regale ad Ecclesiam *Bambergensem*, eâ conditione, ut Episcopus Bambergensis Abbatem hujus loci investiat in temporalibus, & ut Episcopus loco & vice Abbatis plenius & devotius Curiæ Regali deservire valeat. Actum *Aquisgrani*. Aliud de hoc Abbate extat nihil.

28. DIETHERICUS.

29. GERHARDUS.

30. VOLSTHALCUS emigravit ex mortali & lugubri hac vita anno Domini 1192.

31. UDALRICUS præfuit annis sex. Obiit anno salutis 1198.

32. DIETMARUS secundus præfedit Abbatiæ annis 23. Decessit anno 1221. Sub ejus gubernatione dedit nobilis vir *Altmannus de Helingersberg*, arcem suam *Hengersbergensem* in colle sitam *S. Mauritio*, patrono Altacensis Monasterii, anno 1212. quo idem hujus loci benefactor rebus humanis exemptus esse legitur.

33. POPPO primus hujus nominis, sedit ad hujus loci gubernaculum annis 18. Obiit anno gratiæ per Christum reparatæ 1229. Huic *Eccenbertus*, Babenbergensis Episcopus, Advocatum dedit *Albertum* Comitem Pogensem. Sub hoc Poppone Abbate volebant fratres Altacenses arcem *Hengersbergensem* ab Altmanno donatam dejicere & evastare, quod Comites de Pogen (qui Altmanno isti sanguinis propinquitate conjuncti erant) admittere nequaquam volebant, nisi Conventus Cœnobitarum prius numeraret Comitibus certam pecuniarum summam, pro arce in Monasterii proprietate retinenda. Emptam itaque de novo arcem à Pogensibus, valdè injuriis huic loco, Cœnobitæ postea unanimi consilio dejecerunt, & solotenus evastarunt totam, ne quid ex ea detrimenti caperet Cœnobium: idque factum est anno 1224.

34. BERTHOLDUS præfuit post *Popponem* per menses saltem septem. Obiit anni 1230.

35. CONRADUS successit *Bertholdo*, præfedit dignitati annis duobus. Obiit anno Gratiæ 1232.

36. DIETMARUS tertius subrogatur *Conrado*, præfuit annis 10. mensibus septem. Primo gubernationis anno statim eum inclementissimè excepit novercans fortuna, novâ enim dissensione coortâ inter *Bertholdum* & *Albertum*, Comites *Pogenses*, unius, & *Rapathonem* ac *Henricum* Comites de *Ortenberg*, alterius partis, Monasterium rapinis, incendiis ac suorum hominum captivitatibus, jumentorum abactionibus miserè quassatum & vexatum est. Hengersbergensis Marca & Altachensis villa incendio vastatæ sunt, templa parochialia undiquaque miro sacrilegio effracta, calices & alia ornamenta templorum, piis usibus dicata, prophanata & ablata, pecora & armenta abacta sunt: ita ut Abbas & Conventus fecerint in hac calamitate jacturam viginti millium Rhenensium aureorum. Decessit Abbas Dietmarus ex mortali hac ad meliorem vitam anno Gratiæ 1242.

37. HERMANNUS, Chronographus sui Cœnobii, substituitur *Dietmaro*, præfuit annis 30. mensibus 4. diebus sedecim. Is anno Domini 1262. B. Virginis sacellum *Hengersbergense*, in superioribus tumultibus direptum & vastatum, præclare renovavit, & denuò consecrari fecit per *Ansbelmum* Legatum quendam Apostolicum, consensu *Othonis* Episcopi Pataviensis. Decessit ex hac misera vita anno Christi 1273. Sepelitur in splendido Mausolæo marmoreo in absíde Chori meridionali. Sub ejus gubernatione interempta est gladio à marito suo *Ludovico* Bavarorum Duce, Domina *Maria* Ducissa Burgundionum, & ejus pedissequa *Heylca* de castro præcipitata est anno Domini 1256. Sepeliuntur in Cœnobio S. Crucis in Donawerda.

38. ALBINUS sedit ad clavum Abbatiæ annis sex. Obiit anno Gratiæ 1279.

39. VOLCMARUS alibi Wolchimarus sedit annis duobus, mense uno, diebus 19. Obiit anno 1282. Iniit fraternitatis amicitiam ac fœdus cum *Brunone* Prufningensi Abbate anno 1280.

40. POPPO secundus, ex superioris Altachii Abbate, Inferioris Abbas designatus est anno salutis 1282. præfuit annis sex, mensibus totidem, qui superiori prius Altachio laudabiliter præfederat annis 22. Emigravit ex hac lacrymarum valle anno 1288.

41. WERNHARDUS successit *Popponi*, præfuit annis 28. mensibus duobus, diebus 18. Iniit fraternitatis fœdus cum *Hildebrando* Abbate S. Gotthardi in *Hildesheim* anno 1290. Privilegiata est ei & immunis reddita domus seu Civia (quam habet ex antiquo Abbas Altacensis in Ingolstat) ab omnibus Heerbergationibus (sic barbarè tum vocabant *Jus hospitalitatis*) à *Rudolpho* Comite Palatino & Bavarorum Duce, anno Christi 1295. Condidit *Erlacense* sacellum propè *Marcam Spiez.* anno 1308. Excessit è vivis anno 1317. 14. Calend. May. Sepelitur splendidè in Septentrionali absíde.

42. FRIDERICUS primus hujus nominis fucceffit *Wernbardo*, præfuit annis 5. menfibus 7. Deceffit anno 1323. quo renovatum eft facellum in colle *Hengersbergenfi*.

43. RIEGERUS, vel RUGERUS, germanus frater *Herdwici* militis fundatoris, fed unà cum *Ludovico* Bavaro Imperatore Cœnobioli Benedictini in *Augiâ* beatæ Virginis ad *Fludinezium* amnem anno 1342. filius *Eberwini* militis de *Degenberg* defignatur Abbas anno 1323. præfuit annis duodecim, defiit effe inter mortales anno gratiæ 1335.

44. OTHO de Ratisbona, primus hujus nominis, ex gremio hujus Ecclefiæ Canonicè eligitur anno Domini 1335. fedit annis 8. confirmatus ab *Alberto* Patavienfi Epifcopo. Sub hoc abbate incorporata eft huic Cœnobio inchoata nuper Præpofitura *Augiæ Marianæ*, quæ Richingenfi vicina eft, anno 1342. Obiit anno 1343.

45. PETRUS primus fubrogatur *Othoni*, fedit annis 18. *Carolus* quartus vocat eum compatrem fuum dilectiffimum. Obiit anno 1361. Sub hoc Abbate evocatus eft ex hac mortali vita laudatiffimus Imperator *Ludovicus Bavarus*, anno 1347. Benefactor hujus loci munificus, Monaci in collegiata B. Virginis Bafilica humatus.

46. OTHO fecundus præfedit Abbatiæ huic annis fex. Obiit anno Chriftianorum 1367.

47. ALTMANNUS fucceffit *Othoni* fecundo, præfuit annis 35. Evocatur ex hoc fæculo mortali, anno Domini 1402. Sepelitur eodem tumulo quo Hermannus fupra celebratus, abfide videlicet templi Meridionali.

48. JOANNES Neulichius, nobilis genere & virtute, fubftituitur *Altmanno*, præfuit annis duodecim. Obiit anno 1414. Sepelitur in abfide Meridionali. Sub hoc cœpit conftrui alterum Parochiale templum beatæ Virginis in civitate Ingolftadlana anno Domini 1407. fub *Stephano* & *Ludovico* Bavariæ Principibus. Sub hoc ipfo Abbate floruit in hoc Cœnobio inter cæteros doctus Monachus, & Verfificator infignis *Joannes Peyfferus*, ex majoribus meis natus, Obiit anno 1424. Cujus inter cætera plura hoc extat eruditum & elegans epigramma.

Navita, corrector, juvenis, matricula, pictor.
Ducit, caftigat, domitat, caftigat, adornat.
Navem, difcipulum, pullum, puerum, parietem.
Remige, Verberibus fræno, fermone, colore.

49. JOANNES, cognomento *Kuchelmundt*, fucceffit Joanni Neulichio anno 1414. præfuit annis 18. Obiit anno 1432. quo tanta fuit aquarum inundatio, ut & pavimenta templi ac Monafterii tegerentur aquis. Duravit hæc inundatio dies 10. & fecuta eft eam chariftia & difficultas annonæ maxima.

50. ERHARDUS Raitthamer fubftituitur *Joanni*. Sedit annos 19. Refignavit, etfi non adeò voluntariè, anno Domini 1451. graviter enim accufatus fuit à Cœnobitis fuis quòd prodigus effet, & negligenter præfideret. Obiit poftea anno 1468. Dejecit & denuò renovavit facellam in colle *Hengersbergenfi* fitum, anno Domini 1441. Sub ejus gubernatione renovavit, & ampliavit Domum, feu curtem veterem Abbatis in *Ingolftadianâ* civitate *Ludovicus Trundel* anno 1450. Ejusdem Curiæ tunc incola.

51. ALBERTUS fucceffit refignante *Erhardo*, fedit ad clavum per annum faltem unum, menfes duos, dies octo. Afcenderat *Landisbutam* (quæ celebris Bavariæ civitas eft) pro commodo & utilitate Cœnobii fui anno Domini 1453. unde cum iterum defcenderet navigio, ad fuum Monafterium rediturus, naufragium in *Ifaro* flumine paffus, miferè periit cum maximo omnium fuorum luctu. Cadaver 15. die poft inventum fepelitur honorificè ante aram S. Crucis.

52. PETRUS hujus nominis fecundus fucceffit *Alberto*, fedit annis 13. menfibus quinque, diebus octo: Ampliavit facellum B. Virginis in colle fitum. Refignavit anno 1466. Deceffit verò ex hac mortali vita poftea anno Gratiæ 1483.

53. WOLFGANGUS Paufingerus, vir non vulgariter doctus & fenio confectus, eligitur anno, quo Anteceffor deceffit: Præfuit annis octo, menfibus fex. Obiit anno Chrifti 1475. Erat principibus etiam à confiliis.

54. FRIDERICUS fecundus fucceffit *Wolffgango*, poftulatus in die S. Thomæ Apoftoli anno Domini 1475. fedit annis decem folus, poftea adhibitus eft ei Coadjutor in fpiritualibus & temporalibus *Gregorius Hauer*, vir literatus & virtuofus, à totâ *Ingolftadiana* Academia commendatus. Fridericus nihilominus auctoritatem canendi fub Infula retinuit. Obiit poftea anno 1491. Menfe Januario.

55. JOANNES Sumerlin fubrogatur *Friderico*: præfuit annis 12. Obiit anno 1502. ipfâ die S. Bernhardi: Vir in fubditos pius & æquus, qui Monafterium, gravibus oppreffum debitis, diligenti ac providâ fuâ gubernatione magna ex parte libertati vendicavit. Fecit ædiculam Corporis Dominici, poftquàm in Septentrionali abfide decenter eft humatus.

56. BERNHARDUS, vir manfuetus & per omnia humaniffimus, præfuit 16. tantùm

tùm Septimanis. Obiit anno Domini 1503. in die *S. Stephani* Protho martyris. Sic à festo S. Bernhardi usque ad Natalem Domini tres Abbates habuit hoc Cœnobium.

57. CHILIANUS Weydenbegkius ex *Arimstorpho* oppidulo, ad *Kolbium* fluviolum sito, natus eligitur anno Domini 1503. præfuit laudabiliter annis 31. Inchoavit construere ex imis fundamentis turres hodiè adhuc imperfectas, renovavit parochiale templum anno 1520. Vidit belli Bavarici tumultus anno suæ gubernationis secundo. Anno 1513. vidit in ipso S. Trinitatis festo sub matutinis calamitosissimo incendio 30. domos conflagrare privatas, in vicino oppidulo suo *Hengersbergensi*. Sub ejus gubernatione incorporata est *Ingolstadianæ* Academiæ à *Wilhelmo* Bavarorum Duce, etsi refragante Abbate & Conventu, Parochia *S. Mauritii* Ingolstadiana, anno Domini 1522. quæ olim à *Ludovico* Rege (ut supra dictum) Abbati ac Conventui hujus loci tradita & donata fuerat munificentissimè cum adjacentibus curtibus, & agris omnibus. Obiit Abbas iste anno 1534. Sepelitur in medio templo sub Saxo, cui Mortis miserrima imago ingeniosè insculpta est.

58. VICTOR Laufferus Parochus antea in *Spiez*, per annos 20. fit hujus loci Abbas anno 1534. vir literis, humanitate & prudentiâ clarus, latinè eximiè doctus ac eloquentissimus. Principum etiam Consiliarius, præfuit 9. tantum mensibus & obiit apoplexiâ tactus in suggestu, dum concionaretur anno 1535. maximum sui desiderium omnibus post se relinquens. Sepelitur post Chorum in Septentrionali absìde cum tali monumento.

Hoc jacet in busto, reverendus nomine Victor
Abbas, quem rapuit mors nimiùm rigida.
Qui doctrinâ fuit nulli & pietate secundus,
Et gratus populo moribus ingenuis.
Vivit in æthereo sanctus per sæcula cœlo,
At caro terrenis vermibus esca patet.

59. CASPAR Leucgebius, ex *Heerczenburgo* Austriaco oppidulo, tribus à Krembsio milliarib. natus. *Victori* succedit, prius Cœnobita D. Andreæ in *Trayssen*. Præfuit annis 10. & aliquot mensibus. Vir in providendis rebus temporalibus prudens & doctus, inconservanda Religione pius: sed ferè valetudinarius. Construxit & elegantissimè illustravit hypocaustum vicinum aut contiguum Abbatiæ pro honoratioribus quivis excipiendis anno 1544. *Dedit exactiones 14. millium aureorum Principibus.* Obiit anno 1546. sextâ Iduum Martii. Sepelitur in principali Basilica cum tali Epigrammate, parieti septentrionali inserto.

Casparus hoc tumulo tegitur venerabilis Abbas,
Qui multis notus Relligione suâ est.
Huic vitam Deus omnipotens concede perennem,
Membris sit tellus non onerosa nimis,
Qui legis hunc titulum noli transire viator:
Dic, requiem Christus det tibi perpetuam.

60. MATTHIAS Dennescherus, ex *Donndorpho* psgo, è regione Cœnobii sito, natus, subrogatur *Casparo*: Præfedit Abbatiæ annis 5. *Dedit exactiones 7. millium aureorum Princip.* Obiit anno 1550. 3. Calend. Julii. Sepelitur in templo primario ad aram B. Virginis cum tali elogio ac saxo memoriali.

Matthias Dennscher quondam hic venerabilis Abbas,
Ingenio felix & probitate fuit.
Hoc tumulo tegitur terrenis vermibus esca,
Sed nunc cum Sanctis cœlica Regna tenet.
Huic Pater omnipotens vitam concede salubrem,
Et nobis cœli gaudia vera tui.

61. PAULUS Gmainer, patrâ *Landovianus* ex Elegsnti Bavarorum oppido ad *Isarum* amnem situm natus. Vir proceræ & elegantis staturæ, faciei liberalis, morum verò gravitate eximiâ præditus; Eligitur anno ætatis suæ vicesimo tertio, ipsâ die *S. Laurentii*, in anno Jubilæo, habet in Conventu hoc tempore personas 32. Præsidet feliciter hoc adhuc currente anno Domini 1552. In cujus Calend. Januariis tali ibi carmine Deo Opt. Max. gratias egi pro conservatione & bonitate suâ, quâ me defendit per præcedentem annum.

Nunc ô tempus adest, nunc venit amabilis hora,
Conveniens lætis versibus hora meis,
Quâ pia laudatur tua Circumcisio Christe,
Christe palestinâ virgine nate puer.
Jam bonitate tuâ rursus complevimus annum,
Atque bonis avibus cernimus ire novum,

Ergo tibi meritas ago grates Christe Redemptor,
Quod fueris vitæ portus & aura meæ:
Quod me per totum hunc pulchrè defenderis annum,
Quod semper fueris Duxque, Comesque mihi.
Quod mihi præclaros tot conciliâris amicos,
Doctrinâ magnos, & pietate viros.
Conciliaris item Regumque Ducumque favorem,
Quorum sum factus ditior auxiliis.
Te Duce Bojorum & Rhætorum vicimus alpes
Julius ille olim quas superavit ovans:
Julius Imperii Romani maximus Author,
Artibus & belli clarus & arte togæ,
Te duce Spelucam superavi, ubi concipit ortum
Rhenus, & ad Larum venimus inde lacum,
Quo superato, etiam Insubrum lætissima Regna
Vidimus, atque urbem Carole quinte tuam.
Quam propter toties certatum est vindice dextrâ
Et finem Mavors nondum habet iste suum.
Te Duce, Christe Deus, per mœnia celsa Paviæ
Sum quoque robusti tergore vectus equi.
Urbis ubi doctæ spatiosum vidimus hortum
Infaustum illum olim Galle superbe tibi.
In quo pugnantem cœpit te Carolus heros
Martius: haud toto (quem regit) orbe minor.
Te Duce, Christe Deus, Ticinum trajecimus amnem
Imò Padum & Trebiam flumina nota nimis.
Te Duce successi Lygurum feliciter urbi,
Quâ non conspectâ est pulchrior ulla mihi.
Hic primum classem conscendi, altasque Triremes
Quarum est Andreas Dorius ille pater.
Patritius, Lygurum Dux, & fortissimus urbis:
Neptunus Lygurum maximus ille maris:
Quem metuunt Turcæ, Gallus tremit, omnis adorat
Ausonidum terra, ut Numen in orbe novum.
Te Duce, Christe Deus, rursum ista per omnia Regna
Ad patriæ veni mœnia pulchra meæ.
Incolumes ubi non tantum matremque, patremque
Inveni, imprimis pectora chara mihi:
Sed Conigundin eam quoque quæ mihi contigit uxor,
Moribus integris & pietate gravis.
Omnia salva illic invenimus atque beata,
Pro quâ gratus ero nunc bonitate tibi
Tu mihi Christe Deus defensor ubique fuisti,
Tu tutatus es hoc corpus ubique meum.
Grates ergo tibi Rex Christe, orbisque Redemptor
Maxime, quas possum & debeo, gratus ago.
Te Dominum cœli, Dominum terræque marisque,
Agnoscam ac omni Religione colam.
Te vitæ & rerum partem laudabo mearum,
Omne bonum acceptum Rex tibi Christe feram.
Tu me per patrias equitantem etiam insuper urbes,
Juvisti immenso Christe favore tuo.
Tu mihi nunc etiam quærenti Pannonas arces
Quærenti Regem Christe paratus ades.
Tu mihi defensor, tu Duxque, Comesque viarum
Angelico cœtu, te comitante, veni.
Sic nihil hic durum, nihil hic hostile timebo,
Te præsente Deo & vindice tutus ero.
Tu mihi commotum placabis ut ante parentem
Tu cœlum potes hoc conciliare mihi.
Sic nihil infestum, sic nil mihi triste nocebit
Sed novus hic totus commodus annus erit.
Annus ab æthereo veniens mihi lætior orbe
Si clemens fueris tu Deus alme mihi.

Abbas

Abbas iste anno 1552. tabulam cum picturis erecti in deserto serpentis, & pasci pro magnitudine peccatorum totius mundi Christi Filii Dei in Templo erigi facit cum tali Epigraphe.

Paulus Gmeynerus, templi venerabilis hujus
Sexagesimus & primus sed humillimus Abbas,
Hanc fieri feci tabulam mihi: ut omnibus esset
Illa meæ fidei monumentum, & pignus amoris,
Quo sum semper eum primis complexus ab annis,
In quem spemque fidemque meam super omnia pono,
Christus imago Patris, lumen de lumine, vitæ,
Lucida lux sine quâ tenebræ sunt cætera cuncta:
Ille salus datus est nobis via, vita, triumphus,
Nostra suis humeris onera hic portavit, & ipsa
Sanguine nostra suo delevit crimina, & omnem
Sustulit offensam, iratum placando Parentem.
Hunc tu quisquis ades Spectator, honora & adora:
Solum unumque Deum: & pro me quoque sæpius ora.

Sub ejus gubernatione obiit peste pulcherrima & ingeniosissima puellula Susanna, Joannis *Pettendorfferi* Caocellarii ex Brigitta uxore filiola, quæ cum tali Epitaphio terræ parenti illic cum maximo parentum luctu reddita est, mense Decembri anno 1551.

Hic Susanna jacet Pettendorphina, Joanni
Pettendorphero filia chara patri.
Vixerat illa novem vix annis, abriperet cùm
Præmatura ipsam & mors inopina nimis.
Sed non abripuit totam, quæ vivit in arce
Cælorum, patri conspicienda suo:
Tum, cum judicium celebrabit Christus & ad se
Transferet (illum ipsum qui coluêre) pios.

****

Habet Abbas & Conventus Altachii Interioris sub se Præposituram quandam *Rinchnam* dictam: hæc sita est tribus ab Altachio milliatibus versus montana & nemora Bohemica. Fundata verò & inchoata est sub *S. Godebardo*, Abbate Altachensi & primo Rinchinensi Heremita, qui illic ad sui nominis saluberrimum footem, precibus & jejuniis Deum strenuissimè coluit. Donatur locus iste ab *Henrico I.* Imp. & ejus uxore *S. Cunigunda* existeotibus *Morsenburg*. Io hoc loco semper Cœnobita aliquis Altachiensis residere solet cum aliquot Sacerdotibus, eum Præpositum vocant: Habetur verò eorundem etiam talis Catalogus.

1. GUNTHERIUS primus. Obiit anno 1045. extat de eo tale Epigramma.

Guntherius vitâ decedens hîc Eremita
Percipit in cœlis bravium cujusque laboris
Quem priùs in mundo tiderat carni dominando.

Post quem loogus tamen hiatus est, nam eorum, qui sunt secuti per annos ducentos, nomina interciderunt ad annum usque 1300.

2. HENRICUS Senior, præfuit anno 1300. quo reliquias consecutus est Coloniæ à Domina *Elisabetha*, Abbatissa Mooasterii undecim millium Virginum.

3. HENRICUS de Geyerstadt, præfuit anno 1310. Is anno 1338. *Albertum* Pataviensem Episcopum summum habuit Benefactorem, & hujus Cellæ secundarium quasi fundatorem. Post hunc iterùm desunt aliqui Præpositi hujus Monasterioli.

4. ALBERTUS Præpositus exauthoratur anno 1416. Obiit postea anno Domini 1424.

5. STEPHANUS Alberto subrogatur. Obiit in Præpositurꝛ gubernatione anno salutis 1425.

6. CHRISTOPHORUS obiit anno 1460.

7. WOLFGANGUS Fliuosbeggius præfuit annis 11. Obiit anno 1471.

8. WERNHERUS præfuit annis 12. Obiit anno Domini 1483.

9. JOANNES Leuttholdus sedit annis 12. Decessit anno salutis 1497.

10. JOANNES Lanckheymer de Fridberg, (quod oppidum est Bavariæ ad Lycum, non procul à Viodelicorum Augusta situm) successit Leuttholdo. Præfuit laudabiliter, & utilissimè anois 30. insignis Concionator. Obiit anno 1527.

11. UDILO præfuit annis 16. Obiit anno 1543.

12. SIGISMUNDUS Schoffelius, ex Altachensi pago natus, præfuit annis octo. Decessit ex mortali hac vita anno redempti orbis 1551.

13. WILIBALDUS Milchtaler Ingolſtadianus ſucceſſit Sigiſmundo, præſidet adhuc currente hoc anno Salvatoris nati 1552.

JOANNI Pettendorphero, Cancellario Altachenſi Monumentum poſitum à Bruſchio. Joannes loquitur.

Laus tibi Chriſte Deus, tibi gloria ſemper honosque
Sit tibi pro meritis gratia larga tuis.
Quod vires mihi, quod vitam ingeniumque dediſti,
Moribus excultum, litterulisque bonis:
Quod mihi conjugio, Brigittam induxeris iſtam,
Qua totus mihi nil pulchrius orbis habet.
Quæ mihi tot peperit ſocialis pignora lecti
Eximias Nymphas ſex, totidemque mares.
His pro muneribus, Deus ô ter maxime, grates
Ipſe tibi toto pectore gratus ago.
Hoc facit una etiam mecum mea candida Conjunx
Et faciunt noſtri pignora chara thori.
Sed te Chriſte Deus tua per pia vulnera teſtor,
Ut deinceps etiam meque meosque juves.
Fac nobis placidum Genitorem, Chriſte Redemptor,
Et trahe nos cœli in Regna paterna tui.

OSTERHOVIUM Cœnobium Præmonſtratenſis inſtituti, in inferiori *Bavaria*, non procul à Danubio ſitum, ad dextram nimirum deſcendentis fluminis, medio fere itinere intra *Deckendorphum* & *Vilsbofen*, ſupra *Oſterhofenſem* civitatem, antiquitus *Podigen* dictum, in peramœno colle ſitum. Fundatum legitur anno Chriſti 1002. ab *Henrico Hezilone*, patruele *Henrici* Imperatoris ejus, qui cognominatus eſt *Sanctus*. Qui cum duos filios amiſiſſet ab Hunnis trucidatos, Chriſtum ejusque teſtes ſibi hæredes decreverat. Facta eſt hæc fundatio ſub *Benedicto IX.* Pontif. M. Fundator morte præventus, propoſiti ſui hæredem & executorem inſtituit Imperatorem *Henricum Sanctum*. Cum verò & ipſe hæredibus careret, & *Babenbergenſem* Epiſcopatum fundaret, hoc etiam *Oſterhovenſe* Cœnobium in honorem, *S. Margaridis* conſtruxit, & Epiſcopatui ſubjecit, ſæcularesque Canonicos ibi ordinavit, qui ibi vixerunt ad tempora usque *S. Othonis* Babenbergenſis Epiſcopi octavi. Qui à *S. Norberto* Archiepiſcopo Magdeburgenſi admonitus, eum ipſum locum Præmonſtratenſi Ordini mancipavit anno 1138. ſub *Honorio* Pontif. Max. imperante *Lothario Secundo*: tandemque Eccleſiam præclare privilegiavit, & ab omnibus gravaminibus immunem ac indemnem eſſe voluit. Habuit hoc Cœnobium initio *Præpoſitos*, poſtea *Abbates*, quorum Catalogus à me ſtudioſè collectus ſequitur.

1. RICHWINUS eligitur anno 1138. præfuit duobus annis, & reddidit dignitatem ſenioribus Conventûs anno Chriſti 1140. Habuit Advocatum primum Meſtlinum de Chamb. Succeſſit ei.
2. TRUMARUS, præfuit annis 15. Obiit anno 1155.
3. ENGELSCHALCUS præfuit annis 25. Deceſſit anno 1180.
4. DIETMARUS ſedit octo Menſibus, & duabus Septimanis.
5. WALTHERUS ſucceſſit anno 1180. Præfuit annis 15. penè. Obiit anno 1194. undecimo Calend. April. Sepelitur in ambitu.
6. GERUNGUS præfuit annis 36. Deceſſit anno 1228.
7. ULRICUS ſubrogatur Gerungo. Sedit ad clavum annis duobus. Deceſſit anno 1230. Reſignans gubernaculum his, à quibus idipſum acceperat antea.
8. HENRICUS præfuit annis decem, & poſito gubernaculo anno 1240. poſtea ſui Cœnobii Concionator factus, reliquum vitæ piis ſacrarum literarum ſtudiis impendit omne.
9. BERTHOLDUS præfuit per unius tantum anni ſpatium & reſignavit.
10. HENRICUS ſecundus eligitur in *Præpoſitum* anno 1241. Sedit annis 13. & reddidit claves Conventui ad liberam alterius electionem anno 1254.
11. EBERHARDUS præfuit per unum duntaxat annum, & exauthoratur.
12. ULRICUS præfuit duobus menſibus, & reddidit clavum Confratribus ſuis.
13. HERMANNUS ſubſtituitur *Ulrico*, præfuit menſibus ſex & exauthoratur.
14. ALBERTUS eligitur anno 1257. Sedit annis 3. Obiit anno 1260.
15. DIETBOLDUS præfuit annis quinque: Deponitur & amovetur iterum anno 1265.
16. HARDWICUS ſedit ad clavum Præpoſituræ menſibus ſex, & reſignavit.

17.

17. CONRADUS eligitur anno 1266. Præfedit dignitati annis 17. & transfertur.

18. ULRICUS constituitur hujus loci *Præpositus* ac Rector anno Domini 1283. Præfuit annis 4. Septimanis 17: & exuit se magistratu volens.

19. ALBERO eligitur anno 1285. Præfuit 2. annis. Obiit anno 1288. Sepelitur in ambitu, & propè eum sunt ossa *Richardis*, puellæ miræ longitudinis, Saxo pulchrè conclusa. Huic Saxo insculsum est tale distychon.

Non diffidatur, quod mortem vita sequatur,
In me cernatur quia mors vitæ dominatur.

20. ULRICUS de Holczheim, *Primus* hujus loci *Abbas*, de Ordinis licentia & consensu designatur anno Domini 1288. Invenit Monasterium ære alieno maximè gravatum: Præfuit laudabiliter annis 36. Septimanis 20. diebus duob. & universæ carnis viam ambulavit anno reparatæ salutis 1324. Sepelitur in ambitu pulchrè testudinato.

21. ULRICUS Spörin successit anno 1325. secundus hujus loci Abbas, præfuit annis 10. mensibus octo. Decessit ex hac mortali ad meliorem vitam anno 1335.

22. HERMANNUS substituitur *Ulrico.* Sedit annis 13. Obiit anno Christi 1348. Sepultus ante aram *S. Augustini.*

23. PETRUS Hermanno successit, præfuit annis 10. & resignavit.

24. ALBERTUS designatur Abbas anno 1359. Præfuit Septimanis 36. Congregatus est ad Patres & Antecessures suos anno eodem. Sepelitur ad absidem Meridionalem.

25. ENCELBERTUS Abbas, obiit anno 1361.

26. WILHELMUS præficitur Abbatiæ anno prænominato. Sedit ad clavum annis 5. & exauthoratur. Quiescit in communi Prælatorum sepultura. Sub hoc Abbate obiit & Osterhovii sepultus est anno Domini 1375. ipsâ die S. Gregorii *Leopoldus ultimus Comes de Halss*, cujus erat totum oppidum Osterhoviense cum vicino lacu, totus Comitatus ad Bavaros devolutus est. Is Viennæ suis hæredibus, fortè illegitimis, testamentum fecit 4. millium librarum Ratisbonensium.

27. RUGERUS eligitur anno 1367. præfuit annis 23. laudabiliter. Obiit anno 1390. ultimâ Aprilis. Sepelitur ad *S. Augustinum* in abside Meridionali. Sub eo sepelitur in media Ecclesia, sub magnifico & splendido marmore principali anno 1375. *Leopoldus de Hals* Comes & Landgravius de Leutenberg, Advocatus hujus Cœnobii cum uxore & liberis.

28. ANDREAS dictus Eshelhover, eligitur anno Domini 1390. Sedit annis 15. Obiit anno 1405. Idib. Maji, liberalis & perbenignus provisur fratrum suorum. Sepelitur ante aram *S. Mariæ Magdalenæ.*

29. JOANNES, cognomento Vetter, Andreæ subrogatur anno salutis 1405. Præfuit annis 15. Impetravit sibi & Successoribus suis *Infulam*, & cætera ornamenta Pontificalia. Sepelitur in illustri Divi Joannis Evangelistæ sacello à se fundato anno 1420. decimâ sextâ Calend. Maji, in quo nobiles etiam de *Rorbach* sepulturam habent. Sub hoc Abbate obiit, atque in hujus Cœnobii sacello (quod *D. Wolfgango* dicatum est) terræ parenti reddita est 5. Calend. Maji anno 1419. Domina *Chunigundis* Landgravia de Leutenberg, nata de Schaumberg, quæ ex arce suâ, prope *Osterhofen* sita, fecit templum *S. Georgii.*

30. JOANNES secundus eligitur anno 1420. Præfuit annis duobus, sepelitur in communi Prælatorum Sepulturâ propè tumulum Leuchtenbergensis Landgravii, in quo cubant etiam Domina *Agnes*, Comitissa de Hals & Rotenegk Leuchtenburgia & ejusdem Gentis Domina *Udelhildis*, quæ obiit anno Domini 1351.

31. ANDREAS, Cognomento Caucz, eligitur anno 1422. ipsâ die *S. Barbaræ.* Sedit ad gubernaculum Ecclesiæ & Abbatiæ annis septem. Obiit in die *S. Clementis.*

32. MARTINUS Wirtingus, designatur Abbas annò Christi 1429. in ipso die solstitii hyberni. Præfuit annis octo, & obiit in die Octavarum *S. Stephani* anno 1437. Sepultus ad *S. Augustinum* ad absidem Meridionalem.

33. PETRUS cognomento Lamp, Artium Philosophiæ Magister, eligitur in die *S. Agnetis* anno Gratiæ 1437. Præfuit annis decem, mensibus 4. Obiit 4. Calend. Junii anno 1447. Sepelitur in Septentrionali abside ad *S. Nicolaum*, propè *Hiltrudin.*

34. JOANNES Ammelstorpherus, vir nobilis, eligitur in ipso solstitio æstivo anno 1447. Præfuit annis 14. mensibus 7. Sepelitur sub insigni marmore ante aram *S. Christophori* à se fundatam.

35. JOANNES Schiltius Ratisbonensis, eligitur in die *S. Eligii* Confessoris annò 1461. Præfuit laudabiliter & utilissime annis 23. multa construens & plurima utilia comparans. Sepelitur honorificè in domo Capitulari, quam ipse unà cum reliquo toto templo insigni testitudine concamerari fecit. Decessit anno 1484.

36. GEORGIUS Holczelius eligitur in die *SS. Fabiani & Sebastiani* Martyrum anno Domini 1484. Præfuit utilissimè annis 16. mensibus 6. Exauthoratur anno 1500. Idcircò in *Osterhofensem* curiam, circa *Krembsium* Austriæ civitatem sitam, inde profectus reli-

reliquum vitæ ibi exegit. Obiit Krembsii, ubi in Prædicatorum Cœnobio humatus est, post ejus exauthorationem cœperunt res hujus Cœnobii in deteriorem statum duci.

37. JOANNES Retzingerus, eligitur in ipso Jubilæo anni à nato Christo 1500. ipsâ die *S. Marthæ*, vir prudens ac solerti ingenio præditus, Concionator insignis: Præfuit annis quatuor. Decessit ex hoc sæculo mortali anno 1505.

38. VITALIS Seubelstorpherus, vir nobili genere apud Bavaros natus, eligitur in Monasticæ hujus congregationis Abbatem & moderatorem anno 1505. Præfuit annis tribus, vir integer & laude singulari dignus.

39. STEPHANUS Wirsingus ex *Osterbovensi* oppido natus. eligitur anno 1508. undecimâ Decembris. Præfuit annis 36. mensibus 6. Obiit senio confectus in civitate Straubingensi, sub curâ Medicorum, anno salutis 1545. Sepelitur cum magno omnium suorum luctu in veteri sepulturâ Prælatorum.

40. JOANNES Pock, ex *Osterbovensi* villâ natus, successit Stephano. Præfuit annis duobus cum dimidio. Obiit anno Christi 1548. non sine porrecti veneni suspitione. Sepelitur in absìde Meridionali cum tali Epitaphio:

Hoc Joannes jaceo (sed tantum carne) sepulchro,
Qui pater atque Abbas istius ædis eram.
Spiritus in Christo requiescens, omnibus atque
Liber ab ærumnis cælica Regna tenet.

41. GEORGIUS Schregelius, ex *Ingolstadio* natus, vir proceræ & heroicæ staturæ, literis & bumanitate clarus, Eques egregius: eligitur in hujus loci Abbatem anno Domini 1548. die 4. post Dominicam Quasimodogeniti, anno ætatis suæ vicesimo sexto. Præsidet laudabiliter hoc adhuc currente anno salutis 1552. Is hæc mibi Cœnobii sui monumenta, non sine significatione singularis humanitatis & clementiæ suæ, benigniter communicavit. Huic monumentum sibi aliquod ad posteritatem erigere volenti tale lusi de sempiternâ libri vitæ memoriâ Elegidion in ipso trium Regum seu Epiphaniæ festo.

Hac in Heremitica nunc æde Georgius Abbas
Schregelius patrio nomine dictus ego.
Anglopolitanæ non filius ultimus urbis,
Et doctæ ejusdem portio parva scholæ.
Tale mibi erexi monumentum vivus, ut inde
Noscere me possent sæcla futura quoque,
Omnia de fragili pendent mortalia filo:
Et nibil est, firmum quod queat esse diu.
Sola manent, scriptis doctorum inserta virorum
Nomina, virtutem quæ peperêre sibi.
Sed nec in bis aliquid stabile est, nam corruit ipso
Cum mundo, bæc etiam nomina nostra cadent.
Ni sint scripta libro vitæ, quem spiritus ipse
Æthereâ digitis scripsit in arce suis.
Ergò Deus pater, ergò Dei sanctissime Fili
Et tu procedens Lux ab utroque Deo:
Scribite me placidâ in vestrum bonitate volumen:
Scribite, & in vestro me finite esse Choro.
Inque pio cœtu Sanctorum, uno ore salutem
Solius à Christi qui bonitate petunt.
Hoc libro nibil est omninò perennius, isto
Nil etiam immensus firmius orbis babet.
Nec tineas liber bic nec blattas pascet inertes,
Nec poterit diris vermibus esse cibus:
Sed velut est author scriptorque æternus, ita ipse
In memori laude & nomine semper erit.
Quisquis & huic dederit sacro sua nomina libro
Vivet in boc ipso cum Patre Christe tuo,

Habent in hoc Monasterio sepulturas ante domum Capitularem nobiles viri ab *Asenbeym*, & alii *Ufelli dicti*: in Capitulo verò nobiles à *Tanbergk*, ante sacellum *S. Joannis Baptistæ* nobiles à *Precz*, & *Hartliebo de Puchberg* cujus cognati etiam proprium habent sacellam ibi, & Domina *Hartwigildis* de *Satelbogen*, quæ obiit anno 1305. Ad aram omnium Sanctorum cubant nobiles *ab Hausen*, & juxta est tumulus cum tali inscriptione

Mundo defuncti, Christo vivant: sibi juncti
Corporibus mundis quondam Petrus & Conigundis.

In Sacello *S. Georgii*, quod est in cæmiterio, talis legitur Saxo cuidam incisus versiculus:

Hoc ego sum Fridericus Sachso de Loterboven.

In Sacello *S. Joannis Baptistæ*, est saxum marmoreum cum tali Epigraphe metrica.

Hac

Hæc Petra Burchardi sociat sibi, vi quasi Nardi
Fratres defunctos quos junge Deus tibi cunctos.

Sepelitur eodem loco M. *Albertus*, Physicus *Wernbardini* Episcopi Pataviensis, qui obiit anno 1309.

POSTERITATI SACRUM.

IN die Valentini *Anni* 1552. *boram circiter* 10. *peracto sacro aperiri fecit Reverend. in Christo Pater ac Dominus, Dominus* Georgius Schregelius *Abbas Osterbovensis tumulum, qui est ante summam aram Chori, & alterum, qui est ad parietem absidis Septentrionalis, de quibus splendide exstructis, & nulla prorsus Epigraphe insignitis, magna erat ac dubia altercatio. Fecit vero hoc ipsum bono studio, & amore omnium antiquitatum singulari ac neutiquam reprehendendo, instigatus ad hoc per novum* Bruschii *Poëtæ opus, in quo omnium Germaniæ antiquitatum Annales æternæ posteritatis memoriæ commendantur. In tumulo Septentrionali inventa sunt ossa, & ea ipsa longissima, hominis robusti, ligneo inserta Sarcophago, qui pene totus perierat. Adjacebat membranula, sed & ipsa temporis longinquitate consumpta, ita ut in ea nihil appareret legibile. Ferrum quo munitus erat ligneus sarcophagus fragillimum erat, & minus robustum quàm lignum, Ossa sarcophago inserta jacebant in excavato saxo, cui super injectum erat, tecti instar, alterum saxum robustum ac grande, cui iterum sex Epistiliis subnixum, in summitate desuper incumbebat album ac perelegans marmor. In altero monumento ante summam aram posito, etsi plerique crederent esse vacuum monumentum, tamen cum id aperuissemus, non sine animi quadam singulari trepidatione invenimus mulieris cadaver, facie versus aram positum, serico nigri coloris villoso, pretiosis aquis, herbis, & aromatibus madefacto & condito ita superinductum, involutum, & sericinis filis seu laqueolis illigatum, ut quid ibi jaceret initio dubitaremus. Ego vero* Bruschius *(qui antea ex inferioris Altachii Annalibus Hiltrudin,* Pipini *Gallorum Regis sororem,* Caroli Martelli *filiam, ac* Udilonis *Bavarorum Principis conjugem, veramque hujus Osternbovensis Cœnobii Fundatricem hoc loco cubare sciebam, veniâ à Reverendo Domino Abbate petitâ & impetratâ, audacter involucra contrectans, deprehendi tanquam pistâ incrustaturâ cadaver esse involutum. Mox verò effractâ aliquâ involucri serici parte, inveni ossa, quibus in suum locum repositis, totum involucrum amovi, & apparuit nobis totum scheleton pulchræ & inprimis latæ frontis fœminæ, optimis dentibus, iisdemque elegantissime exornata. Quærebam studiose an plumbea aliqua tabula (quæ nobis loqueretur aliquid de illustri hac Domina) alicubi lateret, sed inveni nihil. Uno itaque dente ex superiori mandibulâ exempto, & cranium & cætera ossa omnia diligenter suo quodque loco reposuimus. Dentem Dominus Abbas retinuit in* Hiltrudis *memoriam. Tumulus testudini (quâ subterjacens Crypta conclusa & concamerata est) insertus esse apparet, ita ut saxum (in quo cadaver positum est) circumquaque sit concavum, quod tegitur alio saxo eleganter & affabrè exsculpto. Huic ab ipsa terrâ & testudine prominente, elegantissimum nivei coloris marmor sex epistiliis suffultum superincumbit. Hæc te Lector quisquis antiquitatum studiosus es, latere nolui: quibus præsentes fuerunt Reverend. in Christo Pater ac Dominus, Dominus* Georgius *Supernominatus hujus loci Abbas, & ejusdem Judex nobilis & eximiâ virtute præditus vir* Achatius Embhoferus *de Schirlinga, ejusdemque honorabilis conjux, Domina* Susanna Offenheymerin: *ac venerabiles viri Dominus* Wolffgangus Scharffmikhelius *parochus, & Dominus* Joannes Reyttmarius *Prior, totusque loci reliquus Conventus. Ego verò qui manibus meis indignis optimæ ac laudatissimæ Dominæ Hiltrudis, Dominæ olim potentissimæ, sed in qua nunc potententiæ ac speciei nihil amplius reliquum apparet, cranion, mandibulam, costas, & omnia ossa, contrectavi ac inspexi diligentissimè, sed dignè etiam ac reverenter reposui; Ut aliquid retribuam piis defunctæ Reginæ manibus, pro violato quietis loco, hoc quidquid est epigrammatis (quod vice Epitaphii posteris esse, eosque de honorifica hac sepulturâ certiores facere possit) observantiæ, quam tantæ Dominæ debemus, amoris (quo defunctam etiam prosequimur omnes, qui hujus rei Spectatores fuimus) & gratitudinis ergò (quod tanta olim Domina adeò patienter nunc se contrectari passa sit) piè ac studiosè adjeci. Æternus Pater Domini ac liberatoris nostri JEsu Christi, qui sono tubæ resuscitabit eam à mortuis in extremo die, largiatur ei vitam cum omnibus Dei electis sempiternam, Amen, Amen.*

Hiltrudis Regina, Soror generosa Pipini,
Ac Carolomanni, Regum super inclyta cœli
Sydera notorum, jaceo hac sub mole sepulta:
Fundatrix veneranda loci venerabilis hujus,
Corpus & ossa, cinis fient, nunc pulverulentus,
Sed mens (quæ Christo totam se tradidit) omnis
Expers tristitiæ, sed & omnis nescia curæ,
Cum Christo vitæ ac cælorum Principe vivit.
Hoc te scire volo quisquis Spectator ad ista
Marmora nostra venis. Tu sic vive omnibus horis
Ne te pœniteat quondam vixisse, subintrat
Mox extrema dies, ratio & reddenda peractæ
Omnis erit vitæ: Satis ergo ut flemus honestè
Judicis ante Dei vultus, sacrumque tribunal,

Vitam bone Divorum juxta præscripta regamus,
Et verâ Dominum Christum pietate colamus,
Omnis Justitiæ fontem, portumque salutis
Humanæ, sine quo tetræ sunt omnia mortis.



ALDERSPACHIUM Monasterium, olim Regularium Canonicorum *S. Augustini*, fundatum legitur ab illustribus Viris Comitibus *Ruperto & Calocho de Alderspach*, arcem suam dantibus Religiosis viris, auctum postea & amplificatum ab *Othone* Episcopo Bambergense, vero fundatore, qui septem prædia & partem dedit sylvæ Noricæ, *Hardt* dictam, & ab *Adelramo de Cham S.* Margaridos in Osternhoven Advocato, item ab *Eberhardo & Rotoldo de E.k:nheim*, & ab *Eberhardo de Sunczingen*. Dicatum *S. Petro* Anno Domini 1145. Obiit tertius & ultimus hujus loci Præpositus Dominus Asquinus, post cujus ex hac mortali vita discessum, Canonici Regulares S. Augustini ex *Alderspachio* ad *Subenium* (quod hodie adhuc Canonicorum Collegium est ad Oenum, supra Scherdingen Bavariæ civitatem situm) translati sunt, & introductus est de consilio *Episcoporum Babenbergensis & Pataviensis* Ordo *Cisterciensis* anno Domini 1146. Monachi Cistercienses primi cum eorundem gubernatore Abbate ex *Eboraco*, Franciæ orientalis præpotenti Monasterio, adducti, & in hunc locum positi sunt. De hac fundatione & mutatione tale extat *Wolfgangi Morii* Abbatis Epigramma.

Sustulit Ecclesiam nostram dignissimus Otto
Babenbergensis Præsul sub origine prima,
Tunc licet exiguo censu vel jure refertam,
Præposito Asquino fundator credidit, atque
Ad superos anno sanctus migravit eodem.
Canonici paucis sedem tenuere diebus,
Secedunt moniti: mox cæpto ubi templo relinquunt,
Ordo subintravit Bernhardi clarus in orbe:
Qui tunc per mundum primo surgebat ab ortu,
Virtutum & rodios latè spargebat in omnes.

Abbatum hujus Monasterii, ex Chronico quodam *Wolfgangi Marii*, Aldersbacensis Abbatis satis prolixe & eleganter scripto, talis à me collectus & congestus est Catalogus, quem ad nostra usque tempora deductum ego auxi, & novis quibusdam adjectionibus variè hinc inde locupletavi.

1. SIFRIDUS Eboracensis Monachus, præficitur novæ huic plantationi anno Domini 1146. vir magnæ Religionis, & qui vigilanti curâ ac diutissimè huic loco præfuit annis nimirùm 36. Obtinuit primum Privilegium Apostolicum à P. M. *Eugenio* tertio, in quo Cœnobitis locus *Alderspach*, *Gumprechtingum*, *Liessingum*, *Gundolfingum*, & aliæ possessiones confirmantur: & Monasterium in S. Petri & sedis Apostolicæ protectionem suscipitur anno 1147. Obiit plenus dierum in festo Conceptionis Marianæ, anno Christi 1182. Sepelitur in loco Capitulari citra omnem pompam & celebritatem, quemadmodum plures ejus Successores.

2. EBERHARDUS, subrogatus *Sifrido* ex hac mortalitate discedenti, vir fuit & pietate & literis clarus: Præfuit annis 16. laudabiliter, multa privilegia impetravit & ab Imperat. ac Rom. Pontif. nec non Austriæ Ducibus. Cessit humanis rebus in Vigilia *Bartholomæi* Apostoli, anno Christi 1199. Sepelitur simplicissimè propé Antecessorem.

3. LUDOVICUS, Vir non vulgaris doctrinæ, nec mediocrem habens rerum cùm spiritualium tùm secularium experientiam, *Eberhardo* successit: Præfuit annis 17. laudabiter & utilissimè. Deposuit onus carnis pridiè Iduum Aprilis, anno Christi, 1216. Tenebat eâ ætate Bavariæ Ducatum *Ludovicus* Princeps, *Othonis* ejus (qui *Philippum* Imperatorem trucidàrat) filius: Is ex multis Bavariæ villis Civitates fecit: Nam *Landishutam* construxit & munivit anno 1204. *Straubingam* anno 1218. *Landovium* anno 1224 *Brunovium* item, *Dingelfingum* & *Vilsbovenium*. Consecutus est *Ludovicus* Abbas utilissimum privilegium ab *Innocentio III.* P. M. anno 1213. Successit eidem Canonicè declaratus.

4. NICOLAUS, virtutum meritis & pietate, diligentique religionis cultu ac provectione Antecessoribus neutiquam inferior, Præfuit sagacissimè & utilissimè annis 17. Consecutus est anno Domini 1224. à *Ludovico* Bavariæ Duce Decimas quorumcunque proventuum ad castrum *Vremerignen*, propè *Landovianum* oppidum situm, pertinentium. Eam patris donationem *Otho* Ludovici filius non modò non infregit, sed & confirmavit & auctiorem reddidit anno 1231. omnem enim frumentorum Decimam in Granariis *Landovo* & *Tekbendorf*, huic ipsi Abbati & ejus Successoribus appropriavit, & autenthicis literarum monumentis confirmavit. Sub isto *Othone* Principe Monasterium hoc Alderspacense in Ducum

Ducum Bavariæ poteſtatem ex veteri Imperiali & Pontificiâ libertate redactum eſt: & Duces ex Tutoribus ac Advocatis, Domini ac Principes Cœnobitarum hujus loci fieri cœperunt. Obiit in æquinoctio autumnali anni Chriſti 1232. Sepelitur propè Anteceſſores ſuos citra pompam omnem ſæcularem.

5. ANSHELMUS, Paſtor & Abbas hujus loci ordinatur poſt *Nicolai* ex hac vitâ diſceſſum, præſedit Abbatiæ annis 6. ſub turbulentiſſimo rerum Bavaricarum ſtatu, concertantibus inter ſe Pontifice & Cæſare, & in eorundem gratiam, *Friderico* etiam Auſtrio, & *Othone* Bavaro Imperii Ducibus. Deceſſit anno Salutis 1239. collocatur ad Patres & Anteceſſores ſuos.

6. THEODORICUS *Anshelmo* ſucceſſit, præſedit Abbatiæ annis 13. & reſignavit anno 1253. Donatur liberaliter ab *Eberhardo* laudatiſſimo Archiepiſcopo Salisburgenſi, anno 1246.

7. ALBERTUS, antea Prior in *Raytenbaslach*, hujus loci Abbas deſignatur anno ſalutis 1253. Præfuit annis 5. Sub ejus gubernatione cæpit fundari filia hujus Alderſpacenſis Eccleſiæ, Cœnobium videlicet Principum-campi, ſeu *Furſtenfeld* à *Ludovico* Rheni Palatino, *Henrici* Bavarorum Ducis fratre Germano, in loco, antiquitus *Eberhardi hortus* dicto. Circa hæc tempora Comitatus *Mulburgenſis* ad *Henricum* Bavariæ Ducem devolutus eſt. Caſtrum *Teusbach* vaſtatum eſt, & *Dingolſingum* exſtructum. Valedixit huic ſæculo Albertus Abbas, anno 1258. Huic iterum ſubrogatus, ad clavum Eccleſiæ denuo revocatus eſt Dominus *Theodoricus*, ſextus hujus loci Abbas, qui præfuit iterum annis 19. laudabiliter. Dedit primum Abbatem D. *Anshelmum* Principum-Campi recens inchoato Cœnobio. Sub hujus gubernatione cæpit ſecunda hujus loci filia, *Principum-Cella* Cœnobium inferioris Bavariæ, fundata in die *S. Servatii* à M. *Hertwico*, Eccleſiæ Patavienſis Canonico, quem juvit in hoc ſuo inſtituto plurimum *Henricus* Bavariæ Dux liberaliſſimus. Obiit Theodoricus Abbas in die S. Bricci, anno Dominicæ Incarnationis 1277. Sepelitur in loco capitulari, ſub parvo marmore, annum obitus ejus & nomen Lectori oſtendente. Horum Abbatum tempeſtate, *Bavaria* graviter quaſſata & vexata eſt à ſeditioſo Boëmorum Rege *Ottocaro*: qui anno 1255. *Patavam* cum magno exercitu ingreſſus, inde *Landishutam* ferè usque hoſtiliter progreſſus eſt, hinc etiam ad pagum *Kunczing* (quo loco quondam potentiſſima fuiſſe fertur Civitas *Quintiana* appellata) & ad *Vilſi* vallem, ad caſtrum usque *Fraunhofen* hoſtiliter venit, omnia ferro & igne vaſtans. Occurrebat ei validâ ſuorum manu Bavarorum Dux *Henricus*, cum auxiliaribus copiis fratris *Ludovici*, perſequens fugientem *Ottocarum Muldorffum* usque, ubi dum Bohemi præcipiti curſu *Pontem Oenanum* transvolare certant, Pons tantam hominum, & equorum molem ferre non valens concidit, ſic magna Boëmorum viri fortes 400. incendium & naufragium paſſi. Sequenti anno rediit *Ottocarus* in *Bavariam*, & *Epiſcopatum Salisburgenſem*, *Pataavienſem*, & *Ratisbonenſem* violenter adorſus miſere vaſtat, Civitates occupat, & ſua in ipſis præſidia collocat, arcem *Regenſteuff*, & alias diruit ac incendio delevit: Penuriâ tamen comeatûs coactus eſt per *Egram* civitatem *Nariſcorum*, infecto negotio, in *Bohemiam* redire. *Henricus* Bavarorum Dux injuriam ulturus cum ingenti exercitu *Pataviam* contendit, & *Ilſo* ibi ſuperato, *Feldenſe* oppidum ac adjacentem regionem omnem ferro & igne populatur: Denique in reditu tertio Calend. Nov. unâ civitatis *Pataavienſis* portâ callidè effractâ, in urbem irruit & in novum forum, ibique & civium & Canonicorum quorundam ædes incendio vaſtat, non ſine multorum etiam civium ſtrage, ejectus tamen virtute civium, urbem non retinuit.

8. ALBERTUS ex majore hujus loci Cellario, Abbas deſignatus eſt poſt obitum *Theodorici*: Præfuit tribus annis & aliquot menſibus, ac ſponte ſuâ Abbatiam iis reddidit, à quibus eandem prius acceperat, quâ ratione compulſus, incertum eſt. Ipſe ad vicinum Monaſterium *Cellæ-Principum* diſceſſit, ubi Prioris dignitatem & officium deinceps tenuit ad vitæ ſuæ finem usque. Idcirco in Catalogo *Alderſpacenſium* Abbatum non recenſetur, quem ego tamen (cum aliquandiu præfuerit) omittere nolui, ne hiatus iſte errorem pareret in his Annalibus. Reſignavit verò anno 1280. Ex ea *Alberti* ceſſione cæpere res hujus loci hactenus ſplendidæ & felices retrò labi, propter ambitionem & diſcordiam fratrum, quorum quisque ad dignitatem & nomen Abbatis aſpirabat, quod tamen ipſorum nulli contingere potuit.

9. HENRICUS Babenbergenſis, ex *Eberaco* Franciæ Orientalis cœnobio (cujus iſte locus filia etiam eſt) miſſus, Abbatiæ & fratribus inter ſe diſcordibus præficitur anno 1280. Ipſa Dominicâ Invocavit, vir doctus, ætate maturus, prudens, & ad ſingula negotia expedienda aptus, idoneus & paratus: & qui de Cœnobio hoc non malè eſt meritus: Antea fratribus tantum in feſtivitatibus (quibus duo Sacra haberi ſolebant) vina data erant, hic ſingulis diebus, vina liberaliter, hoſpitali manu non Monachis tantum, ſed & fratribus laicis, quos *Converſos* vocant, ſubminiſtravit. Cenſum annuum auxit, multa prædia comparavit, ac utiliſſime præfuit annis 15. Habuit benefactores *Gebhardum*, generoſum *Comitem de Hirsberg*, & hujus generum *Leotholdum* de *Chunring* Auſtriæ Pincer-

nam, qui *Jus Patronatûs* Ecclesiæ *Zeynensis* monasterio huic assignârunt, anno 1291. multorum privilegiis confirmatum. Hujus laudabilis Abbatis temporibus dedit nobilis quidam homo, Henricus *Ofellinger* Ecclesiæ Alderspacensi villam *Droslachium*, cum Molendino & Piscaria pleno jure possidendum, eâ lege, ut nova ibi Cistercensis instituti Cella inchoaretur: Eam donationem *Henricus* Ratisbonensis Episcopus confirmans, mutavit nomen loci, & pro *Droslachio Cellam Dei* vocari deinceps jussit. Factum id est anno Christi 1285. quo eadem Cella ab omni subjectione Parochi in *Geyerstal* exempta est. Episcopus etiam, ut novellæ plantationi subveniret, adjecit Decimas in *Rudmersfelden* & Parochia *Geyerstal*. Tanta viguit sub hoc Abbate in hoc Alderbacensi Cœnobio pietas & disciplina, ut Canonici non pauci ex *Patavia* discedentes, huic loco, & se, & sua omnia manciparent, & ibi vitam hanc reliquam traducerent, quorum primarii fuerunt *Reinhardus* quidam, ante aram S. Crucis humatus, & eodem loco cubans, *Engelschalkus* artium Magister, & Decretorum Doctor, vicini hospitalis, pro 12. pauperibus reficiendis, Fundator munificus & liberalis. Id hospitale postea sub contentioso *Liebhardi* Abbatis regimine defecit, & in usu esse desiit. Abbas *Henricus* tandem valetudinarius effectus, multa in Physicos & Medicos (quos consulere solebat) contulit, non parvam Monasterii substantiam absumens: Nam non in Germania tantum eos quærebat, qui aliquod singulare habebant celebritatis nomen, sed & Parisios usque eos persequebatur. Obiit sexto Calend. Octobrium Anni 1295. Sepelitur in loco capitulari sub marmore, talem inscriptionem habente:

Abbas Henricus jacet hic virtutis amicus.

10. HUGO, Patriâ *Straubingensis*, successit in die 4. Coronatorum anni 1295. Abbas autem per decennium in *Hylaria*, & inde translatus iterum per decennium aliud, Abbas in *Cellâ Principum*, unde ad hujus loci gubernaculum evocatus est: Vir ætate maturus, prudens & mansuetus, qui in literis publicis etiam omnium hominum mitissimus appellatus est. Sed & multæ experientiæ homo, quam ob causam in negotiis Principum pertractus, & in iis plurimum usurpatus est. Obtinuit jus Patronatûs Ecclesiæ in *Geyerstal* ab *Othone* & *Stephano* Ducibus Bavariæ. Induxit aquas fontanas per Aquæductûs ex villa *Gumprechtingensi* in Cœnobium & fluviolum *Alderspacensem*. Ambitum totum testudine concameravit, & Cœnobium à domo hospitum ad Infirmatorium usque mœnibus cinxit, Sacellum *S. Petri* ante portam Cœnobii situm, in quo antiquitus Monialium Congregationem fuisse perhibent, & cujus Chorus vetustate consumptus jam corruerat, præclare restauravit. Tum in majori ejus templi (quod nunc Parochiale est) altari inventæ sunt reliquiæ, sigillo venerabilis quondam, *Pataviensis* Antistitis *Engelmarii* consignatæ, à cujus Pontificatûs tempore (sicut ex catalogo Episcoporum Pataviensium liquet) usque in annum Domini 1306. (quo hæc facta sunt) quadringenti & triginta quatuor effluxerunt anni. Juxta fidelem ergò supputationem, sacellum hoc *S. Petri*, circa annos Domini 872. tempore *Ludovici II.* qui tertius à *Carolo Magno* Imperator fuit, erectum & ædificatum est. Idem *Hugo* Bibliothecam quoque plurimum auxit 40. voluminibus ejusdem in membranâ eleganter scriptis, adhuc superstitibus. Fieri fecit crucem argenteam, quinque Marcas ponderantem, anno 1302. à *Chunrado* juvene Monacho quodam fabricatam, & affabrè illustratam cum tali inscriptione.

Ista crucis forma vivendi sit tibi norma
Hanc Hugo donavit, sed Chunradus fabricavit.

Præfuit Hugo laudabiliter annis 13. Rediens ex generali Capitulo Cisterciensi, apud fontium salutarium rivulos ægrotare & decumbere cæpit, ubi etiam rebus humanis exemptus, & terræ parenti redditus est 17. Calend. Novembr. anno Christi 1308.

11. CONRADUS, ex *Budweis* oriundus, subrogatur in festo *S. Martini*, vir doctus & sagacissimo ingenio præditus, huic loco perutilis, sub quo etiam hoc Cœnobium in summo flore fuit. Sedit ad clavum annis 22. ferè. Innovavit sacellum Beatæ Virginis in *Wengen* anno 1312. Erexit sacellum *S. Joannis* in dextro latere principalis Oratorii, expensis nobilis viri *Chunradi Eckhartingeri* anno 1324. Succidit & præparari fecit trabes ducentas & septuaginta quinque pro restauratione ruinam minitantis Dormitorii, anno 1329. Culinam ex imis fundamentis erexit: Oratorium eleganti horologio illustravit. Ecclesiam in *Geyrstal* monasterio plene acquisivit, & incorporavit anno 1325. Contra *Henricum*, Bavariæ Ducem, gravaminibus intolerabilibus Ecclesiam onerantem, fulmen excommunicationis solus Romæ impetravit. Sub ejus gubernatione *Cella Dei* Abbatia facta est anno Christi 1320. quæ jam 35. annis Præpositura fuerat. Factusque est primus ejus loci Abbas ex Præposito Dominus *Bertholdus*, præsentibus Abbatibus *Conrado* Alderspacensi, *Friderico* Eboracensi & aliis. Accepit magnum vulnus circa hæc tempora *Alderspacensis* Ecclesia propter bella civilia, quæ primum inter Duces Bavariæ, postea inter duos Imperii competitores *Ludovicum Bavarum*, & *Fridericum Austrium* exarserunt: & quod eâ tempestate muri oppidi *Vilshofensis* ad Danubium siti construerentur anno 1320. quorum magnam partem Abbas iste coactus fuit ædificare Monasterii expensis, Ægrotare cœpit

pit in Austriâ, dum ibi vindemiæ præest, inde domum reversus decubuit ad Pascha usque, ubi Spiritum Deo reddidit laudabilis Pater. Sepelitur die *S. Tiburtii* in loco Capitulari anno Virginei partus 1330. Substituitur ei post sex Septimanas (quibus deplorabatur) die *Urbani*.

12. HENRICUS antea Cellæ principum Abbas: ex *Vilsenbofiano* oppido natus. Præfuit sex annis fideliter quidem, sed propter sui temporis tumultûs, & steriles annos parum feliciter. Videt suâ ætate geri bellum inter Bavariæ Ducem & *Comitem de Hals*, qui à Bavaro facile victus, & omni ditione suâ exutus est, anno 1331. Obiit postridie *Bartholomæi* Apostoli anno Domini 1336. Sepelitur in domo Capitulari prope Antecessorem cum tali Epigrammate memoriali:

Abbas Henricus jacet hic virtutis amicus,
O pie nate Dei loca confer ei requiei.

13. CHRISTIANUS ex Majore Cellario Abbas eligitur concordibus Fratrum suffragiis in festo *S. Lucæ* Evangelistæ, vir maturi consilii, & experientiæ plurimæ, qui multum huic loco profuisset, si diutius ei præsidere licuisset. Præfuit verò annis tantum, duobus. Sacellum Abbatiæ construxit Sanctis Christi Apostolis *Philippo & Jacobo* dedicatum: Sedilia Chori denuò instauravit. Efflavit, Deoque reddidit animam sexta Calend. *Augusti*, anno Domini 1338. Sepultus in loco Capitulari, sed citra marmorei monumenti honorem. Sub ejus gubernatione crudele hoc & vulgò notum facinus *Deckendorfensium Judæorum* accidit, qui in contumeliam Domini nostri Jesu Christi venerabile Sacramentum, à quadam Christiana ancillâ venditum, emerunt, & spinarum aculeis pupugerunt, & in furno incenso liquefactum, malleis postea ferri instar cuderunt. Sacramentum de fornacis incendio, vi propriâ sublatum in aëre volitavit, & in devoti cujusdam fabri pellem (quâ is præcinctus erat) sese inclinavit. *Hartmannus* verò *de Degenberg*, Naternbergensis arcis præclaræ, non procul à *Metamid* ad Danubium sitæ, præfectus, re tali cognitâ, mox cum Christianis ejus oppidi civibus, *Judæos* utriusque sexus miserè trucidârunt, & eorum domûs vastârunt. Actum id anno Domini 1337. quo illicò conditum est in hujus rei memoriam sempiternam, elegans Dominici in eâ civitate sepulchri templum, in quo reliquiæ hæ adservantur, peregrinantibus ostenduntur, in cujus cryptâ furnus (de quo supra) fuisse legitur, & alia omnia ad parietem templi Septentrionalem ibi eleganter picta sunt. Paulò post scelcratissima illa Judæorum gens, puteos passim omnes in omnium Christianorum internecionem veneno inficere ansa fuit. Unde gravissima lues per totam Germaniam desæviit. Idcircò Judæi tam pestilentis Epidemiæ authores per fontium intoxicationem inventi, passim per universam Germaniam à plebe furente ad Supplicia trahuntur anno Christi 1348.

14. ULRICUS *Stettingerus* eligitur in hujus Ecclesiæ Moderatorem, anno 1338. Præfuit per biennium, & cessit ex Abbatiæ gubernatione, etsi non voluntariè, dejectus nimirum, & exauthoratus propter malè administratam functionem pastoralem, diu postea adhuc superstes.

15. HEROLAUS subrogatur *Ulrico* in festo *S. Laurentii*, anno 1341. Vir maturus & senio jam propè confectus, quia antea 35. annis fideliter huic loco serviverat, sub Oeconomi nomine honore & titulo. Præfuit ille laudabiliter & utilissimè annis tribus. Donatur anno 1343. à *Ludovico* Bavaro, laudatissimo Imperatore, Jure Patronatûs Parochialis Ecclesiæ in *Münster* propè *Aspacense* Monasterium sitæ. Excommunicatum fuit hoc Cœnobium à Rom. Pontif. diutissimè, quòd Imperatorem *Ludovicum excommunicatum*, benefactorem suum Abbas & Monachi hospitio suscepissent, & debitam eidem reverentiam & benignitatem exhibuissent. Reconciliatum postea sub *Liebhardo* Abbate anno 1361. *Innocentio sexto* ad Pontificatum sedente. Obiit *Patavii* sub cura Medicorum postridiè *S. Lucæ* anno 1343. Revehitur *Aldersbachium* & honorificè sepelitur sub insigni marmore, in capitulari domo ei eleganter adornato.

16. CONRADUS ex *Landow*, oppido Bavarico ad *Isarum* amnem sito, natus, eligitur concorditer in Abbatem, ipso die *S. Damasi* Papæ Homo civilis, & ad sæcularia omnia gubernanda præclarè appositus, patriæ Ducibus admodùm familiaris. Principi Stephano filium ex baptismi fonte levavit. Præfuit honorifice annis 17. Instauravit & in triennii spatio absolvit Dormitorium. Aquæductum *Hugonis* reformavit Piscinas intra & extra Cœnobii muros fodi fecit. Migravit ex hoc sæculo mortali, anno redempti orbis 1361. in Octava *S. Agnetis*. Sepelitur in domo capitulari.

17. LIEBHARDUS *Milt* Bursarius, à Visitatore Abbate videlicet *Eboracensi* & majore Conventûs parte electus per viam compromissi, in Abbatia successit *Conrado*, sed non solus; per controversiam enim, quæ huic Cœnobio perniciosissima fuit, electus est contra eundem alius quidam Cœnobita, & major Cellæ Præfectus Henricus *Liebungus*. Hi duo per integrum quinquennium pro hujus loci possessione digladiati sunt, & dum neuter cedere voluit, Cœnobium totum ad nihilum penè redactum est, adeò verum est illud sapientissimi gentilis dictum. *Concordiâ parvas res crescere, & discordiâ maximas dilabi.*

Liebhardus ad gubernaculum sedit annis sex. *Henricus* verò pecuniis & equis instructus Romam contendit, acturus causam suam coram Pont. Max. *Sixto*, qui cum apud *Avenionem* in Galliis sederet, eò etiam properare non erubuit ambitiosus Monachus: antequam verò is negotium suum in Curiâ expediret, decessit ex hac mortali vitâ Pontifex prædictus. Infecto itaque negotio in Germaniam reversus, dum incautius: per vicina Cœnobio *Alderspacensi* loca ambulat & divagatur, ab *Alberto de Nussberg* capitur, & in *Hilckberspergense* castrum abducitur, ubi tribus ferè mensibus in duro carcere detentus est, tandem *Liebhardi* Abbatis interventu libertati restituitur; prævio tamen juramento, quòd jus electionis profesqui deinceps nequaquam, nec Cœnobium super ea re amplius inquietare unquam vellet. Sic à Cœnobio etiam dimissus est. Nondum autem quievit *Henricus*, sed Avenionem reversus, coram novo Pontifice *Nicolao V.* negotium suum agit, à quo malè informato cum impetrasset Pontificium Diploma, & Commissarios *Fridericum* Præpositum S. Nicolai, & *Gundecarum* summæ Ecclesiæ Pataviensis Decanum, in Bavariam rediit, & Cœnobium hoc, animatus jam Pontificiis literis, & per judices pro negotii discussione datos concitatior factus, miris ac miseris modis diu vexavit: Ita ut *Liebhardus* suum etiam Legatum pro informando Pontifice Avenionem mittere cogeretur. Missus est verò *Christianus*, hujus loci Oeconomus, vir disertus, & egregiâ virtute prædictus. Is totam *Henrici* vitam Pontifici declarans, & quomodò ille furtim 300. aureos ex Abbatia secum sustulisset, unà cum equis & aliis rebus pretiosis, & quod alia etiam plurima antea à Cœnobio alienasset, sufficienter exponens, causam contra *Henricum* facilè obtinuit. Sic cedere tandem coacto *Henrico*, *Liebhardus* in gubernatione suâ mansit. Qui decessit, non ex hac mortali vita, sed à regimine, an verò sponte, vel dejectus, incertum est, anno Christi 1367. in Octava *S. Joannis Baptistæ*. Impetravit *Liebhardus* iste absolutionem Pontificam ab excommunicatione, quam incurrerant Monachi propter benignius tractatum *Ludovicum* Bavarum Imperatorem excommunicatum.

18. HENRICUS Cellarius substituitur resignanti *Liebhardo*, ab unanimiter consentiente *Alderspacensis* Ecclesiæ Senatu, in ipsis Calend. Juliis anno à nato Christo 1367. Præfuit annis quinque competenter: & quia videbat superioribus temporibus valdè attenuatas esse res Monasterii, & difficiliùs esse onerosiusque gubernandum, volens, se iterùm Magistratui abdicavit: retentâ sibi in reliquum vitæ provisione in Curia *Gnenchsendorph* propè *Krembs* sita.

19. NICOLAUS eligitur Abbas anno Domini 1372. Is etsi Cœnobium inveniret admodùm attenuatum, & ære alieno obnoxium, tamen annis 23. ita sapienter præfuit, ut sub eo cristas iterùm attolleret Cænobium, & ad pristinas vires penè rediret. Reliquit is sui monumentum baculum Pastoralem majorem, octodecim argenti marcas in pondere habentem. Habuit liberalissimum admodùm munificumque benefactorem strenuum virum, & in armis admodùm potentem, Equestris ordinis Militem, *Henricum Tuschelium*, Collegiatæ *S. Joannis* Ecclesiæ in oppido *Vilshoven*, & aliorum etiam piorum locorum, utpote Xenodochii, & sacellorum laudabilem fundatorem in *Seeldnavo*, arce celebri (quæ hodiè *Comitum Ortenburgensium* sedes est) habitantem, qui longâ peregrinatione terram sanctam lustravit, & filium Sultani in Bavariam, tutoris vices fungens secum adduxit, & patri post aliquot menses salvum in Syriam remisit. Is *Tuschelius* in Vilsenhovena collegiata Ecclesia sepultus, sub saxo, cui tantum hæ Germanicæ voces inscriptæ leguntur, *Tuschel*, allein; De quo mira narrantur, alibi carmine à nobis exposita, ex hac mortali vita emigravit anno Christi 1388. in *Seylenburg* arce versus montana. Habuit idem Abbas liberalissimum benefactorem, & veteris status Monastici erectorem, strenuum virum *Henricum Johanstorpher de Gutenegk*, octo prædia restituentem Cœnobio, ab eodem prius vendita & alienata. Is in Cœnobio hoc ipso terræ parenti redditus est ante Auditorii januam in ambitu, anno salutis 1383. quo in Civitate *Straubingensi* res satis prodigiosa accidit, cum enim fulmine tacta civitas, cælesti igne tota penè in cineres & favillas redigeretur, quidam oppidanus D. *Petro* Apostolorum Principi admodum devotus, *Jordanus* nomine, in tanta afflictione Icona Apostoli (quam domi asservabat, & diu in delitiis habuerat) in medio domus suæ locans, & domum ipsam *S. Petro* talibus verbis (*Tu nunc bone Petre tuère hanc domum, quam ego miser tueri nequeo, te enim diu hospitem habuit charissimum*) commendans, clauso ostio exivit. Sic boni & simplicis hominis fide, in medio incendio domus hæc illæsa mansit sola. Resignavit Abbas iste senio confectus, & curis defatigatus 18. Calendar. Octobr. anno 1395. Obiit posteà anno 1407. Sepelitur in Capitulo.

20. ANDREAS Abbas in Cella Dei, Monasteriolo versus sylvam Bohemicam sito, ad hujus Cœnobii gubernaculum evocatur anno 1395. Præfuit rebus spiritualibus saltem tribus annis, temporalium enim cura ab ipso Principe Bavarorum *Alberto*, nobili cuidam viro *Eglolpho Schermero de Marchtelhoven* anno 1394. commissa fuerat, Andreas vir grandævus valedixit huic sæculo 7. Calend. Octobr. anno 1398. Sepelitur in Capitulo sine tamen saxo memoriali. Assumptus fuerat, quòd Cellæ Dei fideliter, & utilissimè priùs præfuisset. 21.

21. HENRICUS de *Eckharding*, ex gremio hujus Ecclesiæ electus, successit *Andreæ*, præfuit mediocriter annis decem. Ambulavit viam universæ carnis anno salutis 1408. Sepelitur in loco capitulari, sine Marmoris tamen honore.

22. HENRICUS quintus de *Osterhoven* natus, sed unus hujus loci *Alderspacensis* Conventualium, eligitur in Abbatem ipsâ die *S. Sylvestri*: Sub cujus gubernatione Cœnobium totum ad extremam miseriam redactum est; Nam vir erat prodigus, malusque redituum Ecclesiasticorum administrator. Proinde cum 14. annis gubernationem Conventus, maximo cum ejus damno usurpâsset, nec quicquam meliorationis sperandum fuerat, exauthoratus & ex Cœnobio relegatus est; Spe igitur restitutionis omninò orbatus in *Hungariam* abiit, nemini hujus loci postea visus.

23. JACOBUS ex professionum Monasterii in *Austriâ* Procuratore particulare universalis, jam ejecto ignavo *Henrico*, totius Cœnobii *Alderspacensis* gubernator constituitur, in festo *S. Ulrici* anno Domini 1422. Huic propter attenuatas admodum hujus loci Monastici, & circumquaque convulsas res illicò *à Joanne*, Bavarorum Principe Monaci residente, Coadjutores & Præfecti positi sunt, nobiles & strenui viri *Georgius Aichberger de Seeldnau*, & *Wilhelmus Fraunbergerus de Weinting*, sine quorum consensu, & scitu novus Abbas in temporalium præsertim curâ administrare, & statuere audebat nihil. Hæc gubernatio duravit per triennium, quo completo, cùm jam se Monasterium aliquantulum recollegisset, Coadjutores amoti sunt, & tota gubernatio uni Domino *Jacobo* commendata est, qui posteà solus præfuit per integrum adhuc sexennium, mediocriter reparans res domesticas: Sed multa tamen impignorans, multa vendens, ut Cœnobium aliquo modo ex ære alieno liberaret, quod supra octo aureorum ungaricorum millia debebat. Consecutus est omnium à Ducibus *Bavariæ* Cœnobio concessorum privilegiorum confirmationem à Principe *Henrico*, anno 1429. Sub ejus regimine principalis Oratorii superior tabulatura cum quibusdam aliis ædificii etiam renovata & instaurata est. Obiit pridiè Calend. Martii anno salutis 1431. Sepelitur in communi Abbatum sepulturâ, hoc est in Capitulari loco, sine omni tamen monumento saxeo, quòd tenuius esset tum Cœnobium, quàm ut ista omnia (quæ rebus felicibus usurpari solent) Sepulturæ adhiberentur.

24. GODEHARDUS de hujus Ecclesiæ gremio, vir probus & satis idoneus tali gubernationi, *Jacobo* rebus humanis exempto, subrogatur: Sed is initio statim gubernationis contagiosâ leprâ infectus, omnibus factus est abominabilis, & ad tale gubernaculum planè inutilis. Præfuit annis tribus, & videns se inutilem, ac veluti divinitus ab hoc clavo avocari, suâ sponte (retentâ sibi cum Conventualium suorum consensu exiguâ pensione) resignavit, ac deinceps ab omnibus civilibus, & Ecclesiasticis rebus immunis, privatus vixit cum famulo, in privata quadam Cœnobii domo. Sepelitur in Cœmiterio fratrum prope sacellum *S. Joannis* sub tiliis.

25. JOANNES Cellæ-Principum Professus, ejusdem loci Sacellanus, Abbas hujus loci constituitur, non quidem à Conventu electus, sed per generalem ordinis Commissarium *Joannem*, S. Crucis Abbatem intrusus: assistentibus tamen eidem Commissario aliis etiam Abbatibus *Nicolao* de Cella Angelorum, *Thoma* de Cella Principum, & *Joanne* de Cella Dei: Factum id est anno Christi 1434. pridiè Nonarum Maji. Præfuit octo annis, sed non admodum profuit. Reddens verò Abbatiam Conventui libereque resignans, & ad eum, unde huc accersitus erat, locum rediens, profuit hoc uno plurimum. Reversus est ad Cellam Principum anno 1442.

26. JOANNES, Cognomento *Pluetel*, ex marcâ *Hoffkirchen* Danubiana oriundus, in die *Felicis* feliciter & felici omine in hujus loci, hactenus gubernatorum culpâ infelicissimi, Abbatem electus & constitutus est, non aliunde accersitus, sed de gremio hujus Ecclesiæ assumptus, & Curiæ in *Krembs* provisor: homo quidem non admodum facundus aut doctus, sed sagacis ingenii, Oeconomus & vir bonus ac honestæ vitæ. Præfuit is annis sex, ita utiliter, ut sub eo exererit se iterum Cœnobium Alderspacense plurimum, Acs alienum exsolvit, vineas præclare excoluit. Plurima construxit, imprimis Oratorii utramque absidem totam testudinibus concameravit, Armentarium Stratense muro communivit. Interfuit *Consilio Basiliensi*, ubi anno 1444. impetravit primus pro se & Successoribus *Mitram*, *Infulam*, & cætera Pontificalia omnia. Valetudinarius effectus aliquandiu decubuit. Obiit 10. Martii, Anno Salutis 1448. Sepelitur in loco Capitulari sub marmore.

27. JOANNES, cognomento *Pluber*, Ostrofrancus 10. Aprilis eligitur in Abbatem, adductus per Visitatorem ex Eboraco, vir honestus, pius, impiger, vigil, providus, & industrius. Is annis 15. ita laudabiliter ac utilissimè huic loco præfuit, ut meritò Secundus Alderspacensis Cœnobii fundator, ejusdemque locupletator dici possit. Impignorata omnia redemit, possessiones sub Antecessoribus amissas recuperavit omnes, excepto uno *Rudmansfeldensi* oppido, quod tenebant *Barones à Degenberg*. Ædificia multa præclarè construxit. Clinodia & vasa argentea plurimum auxit. Obiit torminibus

 ven-

ventris anno Christi 1463, pridiè festi Exaltatæ Crucis. Sepelitur in templo primario honorificè ante aram *S. Jacobi* in Meridionali abside, cum eleganti marmore.

28. VITUS Cœnobita Alderspacensis, & rerum & possessionum Austriacarum Procurator, in Abbatem eligitur de Ecclesiæ (ut præcedens *Joannes* moriturus sedulò monuerat) gremio: Vir probus, & ad res gerendas promptus & egregiè industrius, senio tamen penè confectus. Præfuit is annis tribus, exactionibus plurimum gravatus. Fodi fecit piscinam. Apoplexiâ tactus, penè animo etiam attonitus, & quasi stupidus ac gubernationi inutilis est factus, quod ipse etiam facilè animadvertens, & jam de resignatione cogitans, dum Visitatorem accersit, extremum diem clausit ipso die *S. Floriani* anno Domini 1466. Sepelitur in Capitulari loco sub honorifico marmore.

29. GEORGIUS, ex oppido *Osternhovensi* natus; ex Suppriore & plebeno *S. Petri*, ad Abbatiam gubernandam vocatur 7. Iduum Maji anno 1466. Confirmatur à *Burcardo* Eboracensi Abbate: Vir honestus & devotus in conversatione, diligens in temporalium rerum administratione, multa prospiciens, nihil negligens, qui fratres nusquam non, & verbo & vivo exemplo ad meliora provocavit. Observantiæ Regularis observans & studiosus, in Choro & divinis rebus frequens & diligens, & qui, quid fratribus faciendum esset, prius ipse vitæ suæ normâ demonstravit. Hinc læta etiam ci fortuna arrisit, quæ huic ecclesiæ non modò rerum omnium copiam, sed quandam etiam superabundantiam videtur conciliasse. Collegerat Abbas *Joannes Pluber* insignem thesaurum pecuniarum, desperans itaque de longiori vitâ, eundem thesaurum in quodam muro sepelivit, & cemento obduxit, uni tantum soli conventuali Domino *Stephano* negotium tale aperiens, eâ lege, ne cui ille thesaurum ostenderet Successori, nisi quem aliquâ experientiâ honestè & piè præsidere videret. Sic thesaurus Georgio fuit revelatus & ostensus est à *Stephano*, qui eum in Cœnobii utilitatem optimè collocavit. Auditorium, & prompruaria quædam testudine concameravit. Domum magnam, Schwenthoff dictam, & tabernam vinariam è fundamentis crexit. Ecclesias B. Virginis in Weng, & D. *Petri* ante portam, antiquitus Monialium Cœnobium, decenti antemurali circumsepsit. Cliniodia Ecclesiæ præclarè auxit. Sub ejus gubernatione combusti sunt *Judæi*, Pataviæ, qui in venerabile Sacramentum sævierant, ad unum omnes: anno 1478. Sub Antistite ejus Civitatis *Udalrico*. Sedit *Georgius* Abbas ad clavum annis 20. penè. Obiit in urbe *Patavienfi* sub cura Medicorum 6. Cal. Februar. anno 1486. Revectus *Alderspachium*, sepelitur in medio Oratorio principali ante aram maximam.

30. SIMON ex *Kastensi* pago propè *Eckhenfeldium*, elegantem Bavarorum Marcam sito oriundus, ex *Ekbelbeymensis* Ecclesiæ provisore Abbas constituitur in festo Annunciationis Marianæ, anni quem supra dixi: Vir probus, & tali honore & dignitate dignissimus: Confirmationem ab Abbate *Eboracensi* difficillimè consecutus est, quod is electioni non interfuisset, & hic sine Visitatoris consensu, jussu *Georgii* Ducis electus esset. Erat vir gravis, & regularis disciplinæ observator curiosissimus, qui omnia sui ordinis *Bavarica* Monasteria visitavit, & reformavit diligentissimè. Fecit fieri majorem mitram Pontificalem, cum insigni pedo pastorali; Argentea pocula comparavit. Oppidum *Rudmarsfeldense* versus sylvam Bohemicam situm, quod sub Domino *Jacobo* Abbate ante 60. annos *Baroni* de *Degenberg* 600. Ratisbonensium denariorum libris impignoratum fuerat, post obitum Domini *Joannis Gevvolphi à Degenberg*, sub annis Domini 1496. 1800. nigræ monetæ libris, præter alias graves expensas, iterum in propria reduxit. Curias in *Austriâ* reparavit, in Monasterio nihil construens. Piscinam superiorem in *Schesbach* fodi jussit. Præfuit laudabiliter & utilissimè annis 15. mensibus 6. Obiit plenus dierum & Sexagenarius in die SS. *Prothei* & *Hyacinthi*, anno salutis humanæ 1501. Sepelitur ante aram *S. Joannis Evangelistæ* propè Sacellum *Wolffgangi Lobelsingeri* nobilis viri, sub marmore ejus imaginem repræsentante, cum talibus Elogiis, quorum author erat *Wolffgangus Marius*, ejusdem loci Cœnobita, tandem verò (ut infra audiemus) laudabilis, & omni præconio dignissimus Abbas.

Aspice quæ longæ vitæ spes pascis inanes
Mortales cunctos, facta quàm acerba rotent:
Non honor aut aurum: non flamma in rebus egestas,
De nexu mortis eripuisse queunt.
Mors eadem rapit, & finis manet omnibus idem,
Consimili stamen Parca mucrone secat.
Simon & hic quondam venerandus, & altus honore
Abbas exuvias hic locat ecce suas.
Et brevis urna tenet tenebroso carcere corpus
Subter humum clausum, sub pede jamque situm.
Spiritus interea dubias evectus in oras
Aut requiem plaudit, verbera sive luit.

Nam

Nam dum vitales miseri spiramus in auras
Immunis durat crimine nemo sine.
Ergò si quid aquis Phlegetontis fortè piandum
Hæret, devotus diluat ipse labor.
Quare funde preces humili de pectore puras
Ut vivat felix jam super astra pater.
Arbiter utque ferox, positurus lance sub æqua
Examen, veniet: Dextra locetur ovis.

Sequitur aliud Saxo insculptum.

Anno Millerio, quingenteno, quoque primo.
Septembrisque die undenâ, venerabilis Abbas
Simon grandævus mortales deserit auras,
Membris hîc gelidis sub Christi pace sepultus
Cui Christus requiem donet pius ipse perennem.

31. JOANNES Riemer, ex *Vilsenbovio* vicino, & ad Danubium sito oppido, natus, eligitur in hujus loci Abbatem unanimi omnium consensu in die *S. Francisci* anno 1501. Vir staturâ magnus, qui antea Parochiæ *Schœnaviensi* 20. annis præfuerat piè & eleganter. Conviviorum frequentiâ res Cœnobii aliquantulum attenuavit. Præfuit annis 12. & dimidio. Obiit 5. Maji anno 1514. Patavii Septuagenarius, revehitur in Monasterium, & ibi ante aram *S. Joannis Apostoli* honorificè est terræ parenti redditus, sub marmore quod sibi vivus præparârat.

32. WOLFGANGUS Marius, è superiori *Dorffbachio*, familiâ quidem humili, sed honestâ & piâ oriundus, anno ætatis suæ 45. in hujus loci Abbatem canonicè & concorditer eligitur 2. Junii, anno Christianorum 1514. vir bonitate & honestâ conversatione vitæ clarus, prudentiâ magnus, ingenio & doctrina maximus. Præfuit laudabiliter annis 30. totum Monasterium præclarè ditans, & pristinæ dignitati restituens, non tantum Occonomicis rebus (quarum inspector tamen, & fidelis & prudentissimus fuit) deditus, sed studiis sacris ac aliarum optimarum disciplinarum totus mancipatus: fuit & Versificator insignis: Scripsit heroici carminis libros quinque de bello Norico seu Bavarico, suâ ætate gesta. Epigrammata verò & epitaphia plurima. Chronicon item de sui Cœnobii Fundatoribus ac Abbatibus omnibus prolixum, ex quo hoc, quod vides Lector compendium, excerpsimus: Sed & aliud chronicon de omnibus Ecclesiæ Pataviensis Episcopis: Dialogum item in Lutherana aliquot Paradoxa prosâ oratione, in quo Abbas & Monachus de omnibus Christianæ Religionis partibus (quæ hodie in controversia sunt) copiose colloquuntur, aliaque insuper plurima: Imprimis suorum temporum tumultus, & alia posteritatis cognitione digna, diligenter prosâ oratione complexus est. Cœnobii tecta reparavit, Infirmatorium renovavit, Refectorium reformavit & illustravit, Dormitorium circumquáque ruinosum de novo præclarè instauravit annis 1519. & 1520. Divinum cultum ornavit summo zelo & studio incomparabili. Molendinum à fundamento instauravit anno 1528. Stabula etiam cum contiguo deambulatorio de novo construxit: redemit de novo omnia, comparavit plura de novo, reliquit post se Cœnobium opulentum. Vidit anno 1539. gravi incendio conflagrare in vicino oppido *Vilshoven* 36. domos cum totidem horreis ipsâ die Cathedræ Petri. Consecutus est ex vineis suis anno 1540. optimi vini ternarios 45. quod centum annis huic loco non contigit. Decessit optimus & venerandissimus senex plenus dierum, anno nimirum ætatis suæ 75. ex hac misera ad meliorem, ex momentanea ad sempiternam vitam 11. Octobrium anni à nato Christo 1544. qui natus fuerat anno Christi 1469. Ordinem verò ingressus erat anno Domini 1489. Sepelitur in facello novo, quod nobilis quidam ab *Eckhertingen* construxisse legitur, sub honorifico marmore, cui vera ejus imago, gravem & præstantem virum repræsentans, affabrè insculpta, & hoc Tetrastychon (quod ipse sibi vivus inter cætera fecerat) superadditum est.

Abbas Wolffgangus Marius post fata sub isto
Marmore computrui & Vermibus esca fui.
Munera viventi tua qui mihi sponte dedisti
Defuncto requiem da, mea Christe salus.

Habuit eruditus iste Abbas doctos apud se Cœnobitas. quorum unus (hoc anno Christi 1552. adhuc superstes) Dominus *Bartholomæus Madaucher*, ex vicina Marcâ Monasteriensi natus, Versificator & Mathematicus insignis, omnis generis horologiorum conditor, sed & pictor ingeniosus, & Scachiæ lusor jucundissimus, tale ejus in memoriam sempiternam composuit, & parieti inscidi curavit Epigramma Encomiasticon.

Wolffgangus Marius hoc marmore conditur Abbas
Lux studii & verâ Religione parens.

Cui semper pietas, cultus, reverentia, virtus,
Candida pax, mores complacuere graves.
Huic igitur merito constructa est ista tabella,
Quæ reddat memores nominis usque sui.
Occidit ut lustrès vitæ ter tempora quinque
Contigit: Et gelido reddidit ossa solo.

33. JOANNES Zanckherus, à *Joanne Philophio* viro doctissimo apud Bavaros, cujus ingenii monumentis celebratus est, *Philonicus* dictus, ex vicino pago *Gumprechtingen* humilis fortis, sed honestis parentibus, natus: ex Concionatore Monasteriensis oppiduli Abbas Alderspacensis designatur, unanimi omnium confratrum suorum consensu postridiè *S. Catharidos* Virginis anno Domini 1544. vir mediocris staturæ, literis & humanitate clarus. Præsidet prudenter atque utiliter hoc adhuc recens currente anno 1552. Quo ego etsi absente, & suis negotiis occupato Domino Abbate, hæc de hujus loci Abbatibus, ex prolixo Marii chronico, in talem Methodum redegi, sub incredibili, & nostro ævo inaudita prius, & quatriduanâ ventorum tempestate: in quo me labore non gravatim juverunt venerabiles viri Dominus *Bartholomæus Modaucherus* Major-Cellæ Præfectus, Mathematicus ille supra etiam nominatus, & Dominus *Christophorus* Prior. Circa hæc tempora Bavariæ Duces, vigore commissionis ab Apostolica sede impetratæ, universo Clero Bavarico triennales Decimas Ecclesiasticorum bonorum, instaurandæ totius collapsæ, & nunquam benè erectæ Academiæ Ingolstadiensis ergò, indixere: hujus negotii Commissarius fuit à Bavariæ Principibus destinatus, ut summus Academiæ Cancellarius Reverendiss. Princeps D. *Mauritius* Episcopus Aichstetensis; ex celebri ac perveteri *Huttennorum* familia prognatus. Ei additi sunt Collectores Decimarum ex quatuor Bavariæ quæsturis, quatuor Abbates à tali decimatione immunes, ex *Landishutana* Joannes Abbas Alderspacensis, ex *Strubingensi* Ulricus Abbas Prifennigensis, ex *Burggbusiana* Præpositus Raushovianus, ex *Monacensi* verò Abbas Tegorinus. Prima decimatio collecta est anno 1550. Secunda dum colligitur anno Domini 1552. veniunt à *Julio III.* inhibitoriæ literæ ad Episcopum *Mauritium*, quibus jubetur, ut ab ulteriori decimatione in aliud usque Pontificium Breve vel mandatum abstineatur. Actum id mense Januario.

Principum-*Cella*, Cisterciensis Ordinis Cœnobium, medio ferè itinere inter *Alderspachium* & *Pataviam* in inferiori Bavaria, fertili & peramœno loco situm, Pataviensis diœcesos, visitationis verò Alderspacensis. Fundatum est initio annum Christi circiter 1275. ab egregio viro M. *Hertwico*, Canonico & Physico Pataviensis Ecclesiæ, qui primum huic loco nomen indidit, ut Cella vocaretur. Obiit is anno 1285. Sepelitur honorificè in templi Choro ante aram Max, insigni marmore. Is cum solus inchoatam fundationem persequi, & ad finem deducere non posset, ædificiis plus requirentibus, quàm bonus senex speraverat, & splendidiùs inchoatis quàm ipsius facultates paterentur, exoravit Bavariæ Principem *Henricum*, ut is inchoato loco Monastico suppetias ferret: Id faciens Bavarus, nomen etiam loci auxit, & non tantùm Cellam, sed *Principum-Cellam* augustiori voce dici voluit. Obiit anno 1290. dono dedit monasterio 50. magnas cuppas salis ex Burchusio domibus. Benefecit huic loco etiam *Otho* Dux Bavariæ, Rex Ungariæ, filius *Henrici* ex matre *Elysa* Ungarorum Regis filia, cujus splendida ibi habentur privilegia. Habuit hoc Cœnobium benefactorem etiam *Henricum Tuschelium*. Fuit ante fundationis hujus initium, hoc loco sacellum *S. Stephani*, quod hodiè adhuc integrum est, id construi fecit Sacerdos quidam *Wernherus*, in eo sepultus.

1. BATHERUS ex Hylaria, vulgò *Welleringen*, Abbatia propè Linzium, in Anasinâ provinciâ sitâ accersitus: primus huic loco præficitur Abbas. Sedit annis duobus.

2. PICTROLPHUS successit Bathero, sedit annis tribus.

3. HENRICUS Sumer ex *Alderspacensi* Cœnobio assumptus, præfuit quinque mensibus, decessit. Post ejus decessum iterum assumitur Batherus seu Waltherus supranominatus, præfuit is quinque annis & propter nimiam infirmitatem iterùm resignavit anno 1285.

4. HUGO Straubingensis ex *Hylaria* accipitur, ubi 10. annis præfuerat. Præfuit huic Monasteriolo annis 10. etiam: Postea anno Domini 1295. ad Alderspacensis Cœnobii gubernaculum vocatus, ibi etiam laudabiliter præfuit annis 13.

5. THIEMO ex *Alderspachio* translatus ad Principum-Cellam Cisterciensem anno 1295. præfuit ibi annis 6. & Alderspachium rediit, sponte sese magistratu abdicans.

6. CONRADUS Premyngerus de *Campo-Liliorum* assumptus anno 1301. Sedit annis duobus, & rediit ad suum Monasterium.

7. ALBERTUS Pataviensis. Vel Albero de Fonte, sedit annis 6. Obiit anno 1309. Sepelitur in Capitulo magnus hujus loci benefactor.

8. CON-

8. CONRADUS Schnabelius ex *Alderspachio* assumptus. Sedit annis tribus, postcà rediit Alderspachium, ejus dispensatione prodigâ hoc Cœnobium ad magnam paupertatem redactum est.

9. OTHO Straubingensis ex *Alderspachio* excitus, præfuit anno 1312. quo Procurator Decimarum fuit unà cum Alderspacensi, quas *Clemens quintus* persolvendas imposuit universo Clero Germanico per sexennium. Sedit annis 3. Sepelitur in S. Crucis Cœnobio. Obiit Viennæ anno Domini 1315.

10. BERTHOLDUS Suevus, de *Cella Dei* assumptus, præfuit annis duobus, & ad eum locum, ex quo huc appulerat, rediit, ubi Abbas posteà factus est.

11. PETRUS Harbegkhius *Pataviensis*. Sedit annis 10. & anno Domini 1327. resignavit.

12. HENRICUS Vilshoverus præfuit tribus annis, & vocatur Alderspachium, ubi postea præfuit annis quinque.

13. CONRADUS Krembsianus, à patria dictus, rexit anno 1333. qui etiam obiit in Cœnobio: bonus hujus loci dispensator, sedit annis tribus. Sepelitur in Capitulo. Post hujus gubernationem & decessum repetitus est ad clavum Petrus Harbegkhius, qui iterùm præfuit per biennium, & quievit posteà resignans.

14. FRIDERICUS Wasserburgerus, scriptor librorum plurimorum pro augmentatione Bibliothecæ. Sedit ad clavum per annum unum, menses quatuor, & resignavit, manens tamen in Cœnobio, in quo plurima scripsit.

15. HARTMANNUS de Degkhendorph ex *Alderspachio* accitus. Rexit anno 1336. tantùm mensibus novem, & equitans Alderspachium nihil tale de eo cogitantibus, aut sperantibus fratribus resignavit, & in veteri loco suo mansit.

16. RUGERUS Schelnacherus *Pataviensis* laudabiliter præfuit annis 4. & mensibus tribus, postcà resignavit anno 1341.

17. HENRICUS Herbipolensis, ex *Eboraco* accersitus, sedit ad clavum 7. annis, & à *Sifrido*, quodam perverso homine, compulsus est ad resignationem. Posteà in Franciam Orientalem ad Eboracense Cœnobium reversus est anno 1348.

18. ANDREAS ex Krembsio oriundus, præfuit per annum unnm & aliquot menses, cumque negotiorum quorundam ergò in Austriam descendisset, ubi grassabatur pestis, eà correptus, in itinere obiit, sepultus in Valle Dei, Cœnobio Austriaco. Vacante sic Cœnobio *Sifridus* Procurator rerum Monasterii, & *Udalricus Tuschel de Seelnau* defensor bonorum constitutus est, donec alius Abbas eligeretur: erat verò anno 1350. discors electio, in qua constituebantur tres Abbates: quorum unus occupabat Abbatiam, alter habitabat in porta: tertius se ad castrum Neuburgense receperat.

19. HUGO secundus ex Alderspachio receptus, cæteris per controversiam electis, omnibus repudiatis, eligitur in verum Abbatem. Sedit annis 4. Resignavit anno 1354.

20. ULRICUS filius domus, magnus hujus loci benefactor, sedit annis 7. faciens multa novalia. Obiit anno 1361. Sepelitur in Capitulo honorificè.

21. ULRICUS secundus, eligitur in die *S. Blasii* anno 1361. Sedit utilissimè annis 19. Obiit anno 1380.

22. JACOBUS Westerndorpherus ex Cellario Abbas factus, sedit annis 17. laudabiliter, ornans Cœnobium elegantibus & pretiosis clinodiis, & muniens altiori muro. Obiit anno 1397. sepelitur in loco capitulari.

23. JACOBUS secundus de Weels oppido: Valdè charus Principi, sedit annia 12. Obiit anno 1409. Sepelitur in introitu domûs Capitularis.

24. ANDREAS Zullingerus sedit per Spatium 4. annorum, obiit anno 1413. Sepelitur in Capitulo. Impetravit ab Imperatore *Sigismundo* Monasterii insignia.

25. STEPHANUS dictus Rumelius Emulus de Aytenbach, marcâ Bavaricâ natus, ex Parocho in *Hohenstad* Abbas electus, præfuit sex mensibus & anno 1414. ad parochiam suam, resignatâ Abbatiâ, rediit.

26. THOMAS de superiori Molendino natus, eligitur anno Domini 1414. Præfuit anno 1434. ex Bursario Abbas factus, præfuit laudabiliter & utilissimè annis 36. Obiit anno 1440. Sepelitur in ingressu Capituli. Habuit beneficum Dominum *Ulricum Nussel*, Episcopum Thermopilensem & Suffraganeum Jaurinensis Episcopi in Pannoniis, qui olim professus fuerat hujus loci.

27. ACHATIUS Samuthus *Pataviensis* præfuit anno 1448. Eligitur in Vigilia *S. Martini* anno Christi 1440. singularis benefactor hujus loci, cujus Ecclesiam totam testustine curavit pulchrè concamerari: Fenestras ambitûs renovari, Abbatiam dilatari, taberna & alia ædificia plura erigi, comparavit multa prædia, & majorem baculum pastoralem argenteum, cum calice pretioso & aliis clinodiis. Impetravit *Beutelspachium*, sedit annis 17. Obiit anno 1457. in die Purificationis Marianæ. Sepelitur in sacello Capitulari à se fundato.

28. KILIANUS Schauher *Landovianus*, vir doctus & sagaci ingenio præditus, sedit

annis duobus & dimidio. Obiit in die *S. Luciæ* anno Domini 1459. Sepelitur in domo Capitulari.

29. JOANNES Schlotterer ex *Formbachio* oriundus, fucceffit *Kiliano* in Vigilia Epiphaniæ anno Domini 1460. Præfuit annis 36. Is anno Domini 1473. Infulam & cæpera Pontificalia ornamenta pro fe & Succefforibus, fed & fuorum privilegiorum honeftam confirmationem obtinuit à Sixto quarto P. M. Emit mitram Pontificalem, illuftra vit ædificia. Renovavit Chorum B. *Margarethæ* virginis in porta anno 1490. Obiit anno 1496. Sepelitur Dominicâ Trinitatis horâ Vefperarum in Sacello *S. Stephani* Prothomartyris in ipfo Monafterio. Confecratur & infulatur primus ab Epifcopo Patavienfi 17. Calend. Augufti, anno 1475.

30. PANCRATIUS Rücherus de *Lafelden* natus Anafianus, præfuit laudabiliter annis 16. Obiit anno 1512, Sepelitur in templo primario. Cognatus & alumnus Domini *Laurentii* hodiè præfidentis.

31. GREGORIUS Nadler ex *Scheerdingo*, inferioris Bavariæ ad Oenum amnem fito oppido, natus: Præfuit anno 1514. Sedit ad clavum annis 9. Obiit anno 1521. Vir litteris & virtute clarus. Sepelitur in principaliore templo cum tali difticho.

Conditus hac gelidâ eft tellure Gregorius Abbas
Uni fe tradens & fua cuncta Deo.

32. JOANNES cognomento Vicedominus, fucceffit *Gregorio*. Præfuit annis 18. natus ex *Munfter* marca vallis Rolonæ in Bavaria inferiori: Obiit anno 1549. Sepelitur in templo primario ante aram *S. Sebaftiani* cum tali Epigrammate.

Sub gelida cubat hac Abbas tellure Joannes
Vicztumb, quem fuperæ nunc habet aula domus.

33. LAURENTIUS Pergerus de *Lafelden* marcâ Anafinæ provinciæ natus, eligitur anno 1540. Sedet ad clavum hoc adhuc currente anno Domini 1552. Vir fenex & humanitate, & hofpitalitate clarus, fecit fibi ipfi tumulum cum tali Epigraphe.

Hic jaceo Pergerus ego Laurentius Abbas
Cui folus Chriftus vita falufque fuit

34. LAURENTIUS alius fucceffit &c.

S. NICOLAI Monafterium Canonicorum Regularium *S. Auguftini* in inferiori *Bavariâ*, extra *Patavienfis* civitatis muros, in finiftrâ defcendentis & jam jam fe in *Danubium* exoneraturi *Oeni* fitum: Fundatum legitur in honorem *S. Andreæ* Apoftoli, *S. Panthaleonis* Martyris & fanctiffimi Confefforis & Pontificis *Nicolai*, anno Chrifti 1074. ab *Agnete* Imperatrice Romanorum, *Henrici IV.* matre nimirum, quæ aream dedit & duas curias, *Senfftlingen* & *Neuenboven* & alia, *Altmanno* Epifcopo Patavienfi, qui in *Gottwvicenfi* Auftriæ Cœnobio, à fe etiam fundato, terræ parenti redditus, honorificè fepelitur. Altmannus ifte patria *Weftphalus*, *Paderbornæ* (quæ Epifcopalis civitas eft in occidentali *Saxoniâ* fita) fcholafticam juventutem initio docens, paulò poft, *Paderbonenfis* Ecclefiæ, à *Carolo Magno* fundatæ, Canonicus fuiffe legitur, & mox *Aquifgranenfis* etiam Præpofitus defignatus, *Henrico III.* Rom. Imp. à Sacris fuit concionibus & confeffionibus. Quo rebus humanis exempto, Altmannus cum *Agnete* Imperatrice *Pataviam venit*, præfidente illic Cathedræ Epifcopali *Egilberto*. Ambulavit is ad terram fanctam cum *Gunthero* Herbipolenfi Epifcopo & aliis multis, inde reverfus, cùm deceffiffet *Egilbertus* Epifcopus, mox eidem fufficitur *Agnetis* Imperatricis favore adjutus, aliorumque regni Optimatum, judicantium eum, quem viderent doctrinâ & bonitate pleniffimum, Epifcopali etiam honore effe digniffimum. Is fundator hujus loci primarius eft, qui omne fuum patrimonium, divenditis in Saxoniâ prædiis, huic loco impendit, adjutus tamen munificentiffimè etiam ab *Agnete* Imperatrice. Bene fecerunt huic Cœnobio plurimùm *Auftriæ Marchiones* & Duces, *Albertus*, *Fridericus*, *Leopoldus*, *Rudolphus*, *Albertus fecundus*. Perpetui hujus loci Advocati, etfi primi Advocati fuerint *Comites* de *Formbach*. Benefecerunt eidem loco *Duces Bavariæ*, *Comites* item à *Schaumberg* Auftrii, *Comites de Pogen* & *Ortenberg* & *Wafferburg*, & alii plurimi. Catalogus ejus loci Præpofitorum talis à me collectus eft, in quo labore juvit me Dominus *Leonhardus Paningerus* Muficus & Componifta infignis, qui Præpofito ei, qui nunc ad clavum fedet, Confiliarius eft.

HARTMANNUS primus fuit, ut ex vitâ fundatoris apparet. *Agnes* Imperatrix & fundatrix *Romæ* obiit, & ibidem in *S. Petronellæ* Ecclefia honorificè, fub infigni marmore fepelitur.

1. LUGDERUS.
2. ENGILBERTUS.
3. RICHERUS.
4. UDALRICUS.

5. BERN-

5. BERNHARDUS.
6. MEINHARDUS.
7. SIBOTHO.
8. ALBERTUS vel Adalbertus præfuit anno 1136. & anno 1144. Sedente ad Episcopatus *Pataviensis* clavum Antistite Reinberto. De aliis nihil extat.
9. ENGELMARUS.
10. HAYMO.
11. HENRICUS.
12. CONRADUS.
13. BERNHARDUS secundus.
14. ULRICUS patriâ *Pataviensis*, cujus pater dictus in der Hulgen, præfuit anno Domini 1220. & adhuc anno 1238. Impetravit anno Domini 1227. omnium suorum Privilegiorum confirmationem ab Episcopo Pataviensi *Gebhardo*.
15. GERBOTO præfuit anno 1240. & adhuc anno 1253. Huic *Comites Ortenburgii* benefici fuerunt, & *Otbocarus* Rex Bohemiæ, & *Otho* Rex Ungariæ, Palatinus Rheni.
16. HENRICUS.
17. LEOPOLDUS præfuit anno Domini 1263. & adhuc anno 1284. Obiit in Nonis Februariis.
18. CONRADUS præfuit anno 1293. Decessit ex hac mortali vitâ anno 1304. Sub hoc Præposito obsidione cinctum & oppugnatum est castrum *Neunburg*, ad Oenum supra Pataviam situm, quod hodiè *Comitum à Salm* est, ab *Othone* & *Stephano* Bavarorum Ducibus. In qua obsidione magnam accepit rerum suarum jacturam Cœnobium hoc S. Nicolai.
19. UDALRICUS Cæsar præfuit anno 1318. & adhuc anno 1323. quo vel resignavit vel obiit.
20. WOLFFHARDUS successit *Udalrico* anno Domini 1323. præfuit adhuc anno 1336.
21. WERNHERUS de *Lampoltingem*. Præfuit anno 1342.
22. FRIDERICUS præfuit anno 1362. & adhuc anno 1378.
23. OTTO præfedit anno Christi, 1382.
24. URBANUS successit *Othoni* anno 1382. præfuit annis 4. Obiit anno 1386.
25. PHILIPPUS *Camerarius* successit *Urbano* anno 1386. Præfuit adhuc anno 1388. Circa hujus gubernaculum periit incendio tota Bibliotheca hujus Cœnobii, unà cum omnibus ejusdem clinodiis in Castro Neunburgensi postridie Resurrectionis Dominicæ, anno Christi 1389. Successit ei
26. HARTWICUS *Leuczinrieder*, præfuit anno 1396. & adhuc anno 1399.
27. MARTINUS sedit ad clavum anno 1412. Obiit anno 1421. ipsâ die S. Blasii.
28. CAROLUS successit *Martino*, præfuit annis tribus. Obiit anno 1424. in die *S. Catharinæ*.
29. JOANNES Hechingerus *Straubingerus* præfedit annis 26. Decessit 1451. in die *S. Panthaleonis*. Consecutus est privilegia à *Sigismundo* Imperatore anno Domini 1434.
30. JOANNES Wolffius, matre *Petronellâ*, virtuosâ fœminâ natus; Sedit ad clavum annis 21. Excessit è vivis anno Christi 1472.
31. LEONHARDUS Kabauner vel Kalawiner artium Philosophiæ Magister successit *Joanni*: Præfuit annis quatuor & resignavit. Post *Fridericum* tamen repetitus ad gubernaculum: Præfuit enim anno etiam 1479. usque 1489. quo legitur ex hac mortali ad aliam meliorem vitam concessisse.
32. FRIDERICUS *Camerarius*, præfuit anno 1477. Obiit anno sequenti, quo revocatus est *Leonbardus* ad administrationem Cœnobii, cui prius valedixerat.
33. STEPHANUS *Hager* præfuit tredecim annis. Resignavit anno 1502. Obiit anno 1506.
34. GEORGIUS eligitur anno 1502. præfuit annis 13. Incorporavit Monasterio Ecclesias quasdam. Obiit in Vigilia *Simonis & Judæ* Apostolorum anno 1515.
35. MICHAEL, vir doctrinâ & vitæ bonitate clarus, fideliter præfuit annis 4. desiit esse inter mortales anno Domini 1519.
36. SIGISMUNDUS *Reisacherus*, ex *Vilspiburgo* Bavarorum oppidulo natus, fabriferrarii filius: vir gravis & bonus. Præfuit annis 22. multorum ædificiorum erector, imprimis variarum contra ignis & Vulcani violentiam testudinum & Abbatiæ, ac marmorei fontis in vestibulo erecti & viridi tecto superinducti. Obiit anno 1540. Sepelitur in Sacello *S. Ruperti*, ubi insignis est tabula addita quam pinxit *Wolffgangus Huberus* Apelles Germanicus.
37. VALENTINUS Gotingerus, ex *Weelsio* Austriaco oppido natus: vir literis clarus, & literatorum summus fautor ac alumnus. Celebratus carmine egregii quidem, sed propter diutinum morbum, quo contabuit tandem, infelicissimi adolescentis *Balthasaris*

Panningeri, cujus extant plurima in eo Cœnobio scripta pia & elegantia. Obiit is anno ætatis suæ 24. Præfuit annis 7. Obiit anno 1547,

38. THOMAS Gunnesus patriâ *Hauczenbergius*, ex marcâ quâdam Pataviensis Abbatiæ natus, eligitur anno 1548. vir humanitate & hospitalitatis officiis nemini cedens: Præsidet hoc currente adhuc anno Domini 1552. literarum & literatorum fautor & promotor sedulus, qui constitutâ in suo Cœnobio honestissimâ scholâ, utrumque *Panningerum* patrem & filium, *Leonhardum* & *Sophoniam* alit Musicos insignes, & *Christophorum Bielerum Collatinum* Pannonium, doctissimum Mathematicum ac senem longè optimum. Prætervectus est Elephas Indus sextâ Februarii, altitudinis 12. pedum, annorum 15. cognomento Signos. Hoc Cœnobium prætervectus est ultimâ Januarii anno 1552. Serenissimus Rex, Divus *Maximilianus*, Bohemiæ & Ungariæ Rex, Archidux Austriæ: cui obtuli Centuriam Operis mei Monastici primam, hâc Elegiâ, pulchrè serico rubei coloris villoso superinductam, & auro pulchrè vestitam.

Hesperiis igitur cum laude reversus ab oris
Jam nobis iterum Maximiliane venit?
Exoptate diu nobis Rex Maximiliane
Exoptate piis omnibus atque bonis
Jamque iter emensus longum plenumque periclis
Rursus ades patriæ portus & aura tuæ?
Sis felix, superum quem concio tota Deorum
Suspicit, & veluti numen adorat, amat,
Tota tibi reduci applaudit Germania, quæ se
Commendat manibus Maximiliane tuis.
Illa sibi de te quæ pollicita omnia dudum
Est bona, te Chari filii ad instar habet.
Et tibi se totam Machometico ab hoste tuendam
Subjicit, ut gnato mater alenda probo.
Jamque tibi Regnum nemorosa Bohemia pandit,
Appositura comis mox Diadema tuis.
Nuper & absenti miserunt Pannones acres
Et Diadema suum & regia Sceptra tibi.
Ergo opportuno venisti tempore nobis,
Quem votis juvet virque puerque suis.
O quoties pro te vidi procumbere ad aram
Qui tibi divorum voce petebat opem.
Omnium in ore fuit tantum Rex Maximilianus
Huic fudit crebras fœmina virque preces.
Ipsa sed omnigenas quoque læta juventa plateas
Percurrens solita est tollere ad astra manus:
O redeat nobis (clamans) Rex Maximilianus,
Incolumis divum Maximilianus ope.
O redeat felix in cujus nostra salute
Hæc æterna salus non mediocris inest.
Obvia sed quoniam venit huc Germania tota
Læta, tibi studiis officiosa suis.
Quæ venisse suum Regem Dominumque triumphat
Prospera jamque tibi cuncta precatur ovans:
Et venienti una bellæ divæque Mariæ:
Assurgit vasto corpore tota suo:
Nos studiosorum pars etsi parva virorum
Quorum in pectoribus divus Apollo sedet:
Prodimus, reduci tibi ut horum nomine salvum
Gratemur reditum, carminis arte rudis.
Offerimusque librum, quem nuper scripsimus ad te,
Ad fratremque pium Maxmiliane tuum
In quo una veniunt mecum, tota agmina Patrum,
Et Regum, & Procerum Nobiliumque virum.
Qui tibi gratantur reduci, & te voce salutant
Unanimi, Dominum te excipiuntque suum.
Te Regni per sceptra tui oblatamque Coronam
Pannonii Regni testor & oro tui:
Excipe clementer Rex Maxmiliane, Deorum
Sanguis, & hæc hilari munera parva manu.

Cui

Cui (si vixerimus) dabimus meliora: quotannis
Ante tuas aras munera namque cadent.
Munera quæ testabuntur quoque Posteritati
Quis fueris? quanti numinis atque, vale.

Penultima Januarii Anno 1552.

Serenissimo Illustrissimoque Principi Divo Maximiliano Bohemiæ & Ungariæ Regi potentissimo, Archiduci Austriæ mitissimo: Potentissimi Romanorum Cæsaris Divi Ferdinandi filio: secundario jam ex Hispaniis redeunti, salutem precatur & omne felicitatis genus, omnium Germaniæ Poëtarum nomine Caspar Bruschius Poëta laureatus & Comes Palatinus.

Maximiliano Regi, Bruschius Poëta.

Regiam M. V. sub clypeo misericordis Dei, in hac temporum difficultate salvam ac incolumen, secundario jam ex Hispaniis in patriam rediisse, certatim gaudent & singulari exultatione ex animo gratulantur, summo pariter ac infimo loco nati omnes. Pollicetur enim de verè regiis tuis virtutibus nihil non optimum, nihil non fortissimum sibi Germania universa: non secus ac honestissima mater de forti, prudenti ac optimo filio suo. Ne verò in hoc communi Patriæ gaudio, in hac publica omnium gratulatione, Nos (qui in literarum studiis haud segnes alioquin versamur) soli taceamus, & officio nostro defuisse videamur: ego eruditorum Germaniæ omnium infimus, in R. M. Tuæ occursum gratulabundus prodeo, afferens simul librum recens à me editum, & R. M. tuæ sacrosancto nomini dedicatum, in quo centum ac decem præcipuorum, & maximè illustrium Germaniæ Monasteriorum origines Annales, ac celebria monumenta, bonâ fide recensentur. Oro autem humillimè, ut R. M. & Majorum suorum exemplo singularis literarum omnium Patrona, exiguum munus literarium, quod in omnia tamen sæcula victurum est, clementer velit complecti, & me Majestati Suæ gratiosè habere commendatum.

Epitaphium Domino Michaeli Neuvvenhofero. &c.

Hic Michaël situs est Neuwenhoferus, in urbe
Qui Scherdingensi Concionator erat.
Qui Christum rectè norat, rectissimè eundem
Proposuit populo fidus ubique suo.
Hujus membra sub hac gelida tellure quiescunt,
Mens cum cælitibus regna superna tenet.

Benè merito viro P. S. M. ergo Stephanus Abbas Formbacensis amicus mittit. Obiit anno 1551.

Formbacensium, & Pütinensium & Neunburgensium Comitum Genealogia.

Ulricus Comes: Ex quo nati sunt

Arnoldus. — Pilgrinus. Ab aliquibus dictus Comes Peregrinus. — Bruno. — Thiemo. Ex hoc nati — Cunradus. Salisburgensis Canonicus & Præpositus. — Meginhardus. ex hoc nati perhibentur Udalricus. Hermañus Provinciæ Comes & Conradus.

Henricus. — Fridericus. Interfectus quod Getrudin Regis neptem uxorem duxisset, invisus idcirco Optimatibus Regni: Excepit is ex Imperatoris nepte Domina Getrude unicam filiolam Hadegwin, quæ mater fuit. — Thiemo. Iunior ex hoc iterum geniti. — Hermannus. — Dietericus. Hunc Henricus Imperator à Gregorio septimo excommunicatus, rebellem, captum Romam secum duxit, ubi cum ægrotare cæpit à Rege dimissus, cum Basulam venisset ibi obiit, & humatus est.

Lotharii Imperatoris. Itæ Comitissæ in Burghausen. Fridericus iste Formbachium delatus ante Ecclesiam S. Marci sepulturæ traditus est.

Eccenbertus. ex hoc prodierunt. — Thiemo. tertius. — Henricus. ex hoc Diethericus. Gebehardus.

Godfridus. — Dietmarus. — Eberhardus. — Eccenbertus. Iunior qui obiit anno 1143. Secundus hujus nominis. *Ex eccenberto Juniore rursus.* — Chunigunda.

Eggebertus, qui Friderico Barbarossæ adstitit in obsidione Mediolanensis urbis, & ibi occubuit anno 1158. & inde reve&tus in Cœnobii Formbacensis Capitulo splendidè est humatus cum sororio suo Bertholdo, Duce Dalmatiæ & Marchione Istriæ.

FORMBACHIUM Monasterium Benedictinæ Professionis Diœceseos *Pataviensis*, in inferipri *Bavaria* infra *Scherdingam*, celebre Bavarorum oppidum, duobus ferè milliaribus supra *Pataviam* in sinistrâ, & ad cataractas *Oeni* fluminis, satis ibi impetuosi, & ob latentia sub aquis saxa admodum Charybdis, aut Scyllæ instar verticosi, amœno loco situm, & ab adjacente ac præterfluente fluviolo (qui mox in Oenum cadit,) sic dictum: fundatum est, & liberaliter donatum, præclarè absolutum anno Domini 1093. à *Lothario* Imperatore, qui obiit anno 1136. & *Thiemone* ac *Eggenberto* Comitibus *de Neunburg*. Est id hodiè adhuc celebre & magnificum castrum, non procul à Monasterio versus Pataviam, ad Oenum situm, *Comitum à Salm*. *Eggenberti* fundatoris conjunx fuit sedula hujus loci Benefactrix. *Thiemonis* conjunx erat Domina *Himeltrudis* Regina. Principes hujus fundationis, Coadjutores & cooperarii leguntur fuisse, *Uricus* Comes *de Formbach*: *Pertholdus* Dux Dalmatiæ & Marchio Histriæ, qui consensu *Agnetis* Conjugis suæ, dedit prædium Bubendorff. *Henricus* Dux Meraniæ, *Leopoldus* Dux Styriæ, Marchiones & Duces Austriæ, *Pilgrinus de Burghausen* Comes: *Wolffgangus* Comes de *Wennberg*. *Conradus* Comes de *Raytelberg*? *Hermannus* Comes de *Winndberg*, *Arnoldus* Comes de *Julbach*, *Dietericus*, Comes de *Viechtenstein*, Duces item Bavarorum varii. Facit Oenus propè Monasterium hoc insulam ex robusto saxo & rigido scopulo natam, in eâ antiquitùs arcem *Comitum Formbacensium* sedem, aulamque extitisse fama est. Catalogus hujus Abbatum talis extat, in quo colligendo juvit me doctus & egregiâ virtute præditus *Guilielmus Hartlius* Scherdingensis.

1. BERENGERUS eligitur, & à *Pataviensi* Episcopo consecratur anno 1094. Primus hujus loci Abbas, qui bonis suis moribus & simplicitate ac integritate vitæ aliis pro exemplo esset, omnesque in sui admirationem & amorem pellexisset. plurima etiam virtutis suæ præmia, pro se & Successoribus prædia, prata, agros, vineas & similia impetravit; non à Nobilibus tantùm viris & circumjacentis provinciæ Regulis suprà partim commemoratis, sed & à vicina plebe, quæ cum se putabat esse felicissimam, quando plurimum Dei ministris largiretur & benefaceret. Præfuit piè & prudenter annis 15. Correptus febri decessit ex hac mortali ad meliorem vitam anno Domini 1108. 4. Calend. Novembr. Sepelitur in Sacello Mariano.

2. WIRNNTO successit *Berengero*, cui meritis & virtute non erat inferior, nobilis genere (ut *Gerochus Monachus* de eo scriptum reliquit) sed nobilior bonitate vitæ & morum. Præfuit annis 19. Miraculis clarus. Obiit anno Domini 1127. 6. Iduum Martii. Sepelitur non ut Antecessor in B. Virginis Antemurano Oratorio, sed in media majori Ecclesia, cum tali Epigraphe.

Felix, jucundus Wirnnto pater ille secundus
Ecce Deo vivit quem Formbach hic sepelivit.

3. THEODORICUS subrogatur Wirnntoni, vir perbenignus & misericors, multæque probitatis: miserè à suis Monachis tandem vexatus, resignavit, cùm videret rapi Abbatiam cùm ab Episcopo, tum à Marchione *Neunburgensi* vicinis suis. Postea Hierosolymam petiit, ubi è vivis excessit 3. Calend. Julii. Hostis ejus præcipuus *Eccenbertus* Marchio Neuburgensis in obsidione *Mediolanensis* urbis sub Imper. *Friderico* Barbarossâ occubuit anno 1159. Revehitur Marchio ad Monasterium, & decenter terræ parenti redditur, loco in quo parentes etiam ejus positi perhibentur: *Eccenbertus* pater. *Eberhardus* avus & Sororius, *Bertholdus* Dux Dalmatiæ & Marchio Istriæ, *Eggebertus* item senior fundator: & *Fridericus* pater *Hedewigis*, Matris *Lotharii* Regis Romanorum. Huic tumulo, qui est in domo Capitulari tale inscisum legitur Epitaphium.

Unica cunctorum requies & vita bonorum
His da nate Dei loca perpetuæ requiei.

4. LEOPOLDUS successit *Theodorico*, sed de eo nihil aliud, ut etiam de Successoribus, scriptum aut in fastos relatum reperitur.

5. GERHOCHUS.

Antequam Monasterium inchoaretur, fuit eo loco anno etiam 1030. Simulacrum B. Virginis Mariæ, ad quod magna turba peregrinantium quotidiè affluebat. Ad hoc approperanter etiam venit Domina *Himeltrudis* Regis Ungarorum filia cæca. cùm verò ad fontem (qui hodie adhuc sacer dicitur) pervenisset, desiliens è curru, percurrit mirâ aviditate ad Sacellum Marianum, in quo cùm venisset precabunda, mox visum recepit. Hinc illicò eo loco Monasterium, gratiarum actionis ergò, erigendum curavit. Habuit illa sororem Germanam *Jutam*, fundatricem *Subensis* Præpositurae, supra *Scherdingam* ad Oenum sitæ. Hæc dicitur fuisse vera hujus Formbacensis Cœnobii origo. Domina *Himeltrudis* Fundatrix, constituit Advocatum & Defensorem fundationis suæ Comitem *Thiemonem*, quem posteà, in eodem officio multi alii Comites Formbacenses insecuti sunt.

6. HENRICUS primus, alibi Haidenricus, homo non inutilis tali gubernationi, *Gerbo-*

Gerbocbo subſtituitur. Huic tradidit *Eggebertus* Comes Formbacenſis & Neunburgenſis Marchio *Grafendorphum*: iturus ad expeditionem & obſidionem Mediolanenſis urbis cum Imper. Friderico Barbaroſſâ. Obiit Abbas anno Domini 1155.

7. BERNHARDUS.

8. HENRICUS Secundus obiit anno 1193. Sepelitur in domo Capitulari.

9. ORTOLPHUS.

10. GOSWINUS.

11. ORTOLPHUS ſecundus.

12. CONRADUS.

13. OTHO.

Circa horum Abbatum regimen, circiter centum, in peregrinatione de Maurkirchen per Oenum navigio deſcendentes, anno Domini 1295. in Cataractis Oeni, propè Monaſterium ſubmerſi miſerrimè perierunt.

14. ORTOLPHUS tertius. Is commutavit oppidulum Auſtriacum *Neunkirchen*, pro oppido *Herzenburgenſi*.

15. PILGRINUS.

16. HENRICUS tertius.

17. MARQUARDUS.

18. HENRICUS quartus.

19. JOBUS qui plurima comparaſſe legitur. Circa hujus tempora anno Domini 1310. *Fridericus* Auſtriæ Dux *Scberdingam* vicinum oppidum, quod ex Monaſterio videri poteſt, obſedit: & eodem anno factus pons.

20. PHEDERICUS.

21. ENGELSCHALCUS vir providus & multâ virtute conſpicuus: ex *Gluniacenſi* Eccleſiâ (cui laudabiliter jam præfuerat annis 16.) aſſumptus anno Chriſti 1338. Formbacenſis Monaſterii, incuriâ & negligentiâ Anteceſſorum penè ad extremam interitionem collapſi, Abbas deſignatur. Præfuit autem prudenter, utiliter & laudabiliter, omnia collapſa præclare reſtaurans, & priſtinæ dignitati reſtituens: vendita redemit, Decimas *S. Viti*, & alias plurimas emit de novo. Chorum majoris Eccleſiæ erexit. Sacellum *S. Joannis Baptiſtæ* Capitulare conſtruxit, verè ſecundus hujus loci fundator. Sepelitur in Sacello *S. Joannis* à ſe condito.

22. MARTINUS qui utiliter etiam præfuit huic Cœnobio, de *Fuſall* natus. Sepelitur in domo Capitulari. Obiit anno Domini 1363.

23. OTHO Secundus cognomento *Wolphius*. Obiit anno 1387. 17. Calendarum Maji. Sepultus in Capitulari loco prope fundatorem.

24. CONRADUS ſecundus, ex *Neunburga* arce ad *Oenum* ſita natus, cognomento *Peyſſerus*, homo literis clarus, & Decretorum Doctor, à *Bonifacio* VIII. P. M. cauſarum totius Germaniæ Auditor & Judex conſtitutus, maximus hoſtis & acerrimus impugnator pluralitatis beneficiorum. Primus qui huic loco ſibi & Succeſſoribus ſuis pro labore & virtute ſua à ſupranominato Pontifice Mitram, & cætera Pontificalia ornamenta conſecutus eſt. Obiit in die *S. Martini* anno Dominicæ Incarnationis 1404. Sepelitur ſub Porphyretico ſaxo, propè aram *S. Benedicti* in templo.

25. RUDOLPHUS vir brevis ſtaturæ, ſed perutilis huic loco Abbas, ſedit ad clavum annis 8. Deceſſit ex hac mortali vita anno 1418. oriundus ex *Stainach*. Sepelitur in templo principali antè aram S. Crucis propè aram *S. Benedicti*.

26. JOANNES à Poppenberg, vir antiquâ ſtirpe ſatus, Majorum imaginibus clarus præfuit annis 17. parùm utiliter, quòd equos & canes venaticos aleret quàm plurimos Obiit anno 1435. diu conflictatus calculo, pro cujus tormentorum caſtigatione cùm Medici ſuaſiſſent ei, ut Venere uteretur, ille caſtus mori maluit, quàm caſtitatis transgreſſor vivere. Sepelitur in templo primario ante aram S. Crucis.

27. GEORGIUS *Joanni* ſucceſſit, Præpoſitus ante in *Glocknicz*, ubi Abbas etiam plerunque ſedere & habitare eſt ſolitus, amœnitate fortaſſis ejus loci captus. Præfuit tantùm tribus annis. Habebat hypocauſtulum ligneum in *Oenum* præterfluentem prominens, in eo dum aliquando ſederet initurus, redditurus, & repoſtulaturus anno 1436. rationem adminiſtratarum rerum, cum fratribus ſui Cœnobii quatuor primariis, collapſum eſt in Oenum prætereuntem, & hybernis aquis jam auctiorem ac magno agmine currentem, hypocauſtulum cum ſuis habitatoribus, qui eodem loco ad *Neunſilizium* usque delati ſunt, penduli ſeſe à feneſtris & parietibus ſuſtinentes, illic domuncula à piſcatoribus intercepta, & Monachi liberati ſunt omnes. Poſtea frigore læſus diu *Pataviæ* decubuit: Inde *Glockbnizium* tandem adhuc delatus, in itinere obiit.

28. THEODORICUS homo robuſtus & ſævus, antea ex Monacho miles factus, paulò poſt fortuna ſic ei blandiente, ex milite Abbas deſignatus eſt anno 1410. Sub ejus gubernatione reformata ſunt Monaſteria *Bavariæ*, juſſu *Nicolai* V. P. M. anno Salutis 1451.

Præfuit annis 23. Obiit anno Domini 1461. ipsâ die *S. Achatii*. Sepelitur non in S. Joannis Sacello Capitulari, sed propè Antecessores suos in templo ante aram *S. Crucis*.

29. CASPAR, cognomento *Schmasius*, nobilibus ortus natalibus, ex pio Parocho *Münchenwaldensi* Abbas designatur anno Domini 1461. homo probus & religiosus, sed & ad rem egregiè attentus, & quem *Vicentius* egregiè juvabat, quòd is *Servatium* etiam diligentissimè coleret. Modico cibo & potu contentissimus vivebat, tenax, & linguâ balbus. Præfuit annis 11. Obiit sedens anno Domini 1472. in die *S. Galli*. Sepelitur propè Antecessores ante aram S. Crucis.

30. MYCHAEL de Neunkirchen unanimi consensu eligitur anno 1472. vir literatus admodùm, sed & prudens, & perbenignus, vasti verò etiam pulchri ac robusti corporis, dixisses Herculem aliquem esse; ita membrorum virili proportione pollebat. Præfuit laudabiliter annis duobus tantùm, & anno Domini 1474. ad *Glocknizium* in Austriam iter faciens, ibi peste correptus, dum se *Formbachium* revehi jubet, in itinere apud Prugk debitum carnis exsolvit ipsâ die S. Cæciliæ; Cadaver 9. die Formbachium allatum ac humo decenter mandatum est. Sepelitur in media Ecclesia ante aram S. Crucis propè tumulum magnum, sub quo quis cubet ignoratur. Extat *Angeli* Abbatis tale de eo Epitaphii vice Elogium.

Atropos atra secat nodos & filia bonorum
Bacchatur turpis sæpius orbe lues.
Hæc patrem quondam furvas demersit in umbras
Quem patrem patriæ pauperibusque ferunt.
Religionis amans, vitiorum maximus ultor,
Astrææ cultor, cuique Minerva favet.
Legerat Abbatem Formbach, nomenque Mychaël
Addiderat quondam fontis & unda sacri.
Cæciliæ sanctæ vitam commiserat auris,
Perpetuam lucem conferat omnipotens,
Ut cum flammivomâ descendet nube coruscans
Judex: Æthereos det Deus oro polos.

31. LEONHARDUS Præpositus in *Glocknicz* antea, eligitur in *Formbacensem* Abbatem 7. Iduum Decembr. anno Christi 1474. Præfuit mediocriter 26. annis Vir grandi & Polyphemico corpore præstans, qui vel primo intuitu facilè cuivis terrorem incuteret. Primarium templum aliquo modo illustravit, sed ruditer, quod consecrari fecit per *Albertum* Episcopum Salonensem anno 1478. Gravissimè contendit cum Episcopis Passaviensibus suis temporibus omnibus, quibus charitativum subsidium dare renuebat: idcircò Romam abiens omnia ibi Judicum subsellia clamoribus implevit. Frequens erat in Austriâ, quod Princeps graviter ferebat, qui suspicabatur eum aliquid monstri alere in Aula regiâ: & interrogatus aliquando à Ducis Bavarorum Consiliariis, Ecquid non agnosceret *Georgium* Ducem Dominum suum, respondit liberè & ingenuè. Agnosco illum Dominum meum, sed hac lege, ut defendat me & mea, non ut rapiat ea, quæ mihi & Monasterio meo competunt. Quâ voce valde commotus est Princeps, qui graviter ei insidiatus est. Anno 1494. in die *S. Augustini*, missis à Duce *Georgio* rusticis, & armatis plurimis, á cœna sublevatus, & à *Geltingero* quodam equite captus, ac custodiæ est traditus, in qua mensibus aliquot est detentus, tandem *Landishutam* accersitur, ubi cum coram Principe causam suam magnanimiter tueretur, cum gloriâ ad suum Monasterium remissus est, qui satis ignominiose Landishutam pertractus erat. Conflictatus est postea cum Verollis seu cum scabie Hispanica ad finem vitæ usque. Obiit 9. Novembr. anni 1501. Sepelitur cum tali virtutum suarum Elogio; Cujus author fuit Monachus hujus loci præclare doctus:

Conspice quam dirè bacchentur numina in orbe,
Nam claudit multos conspice tumba brevis:
Mausolæa nitent, rutilant & busta lapillis
Corpus terra tenet, Mors quia sola regit.
Quam non effugiet dives si naviget æquor,
Aut si donarit dulcia rura pater.
Non qui Cæsareo cretus de sanguine turget,
Non qui sublimi stirpe creatus erat.
Non opibus, non illa auro, non parcit honori,
Cuncta vorat, miseros nec sinit esse diu.
Morte carent animæ, clauduntur membra sepulchro
Quum phlegethontæas spiritus intrat aquas.
Sublimis quondam meritis Leonhardus & Abbas
Fata ciet secto stamine, dives humo.

Qui

Qui cum justitia coluit vel Religionem
Quique bonos mores jura probunque tulit.
Unde tibi Lector Leonhardus Rector & Abbas
Cœnobii Formbach ritè colendus erit.
Conscendant superas, penetrent quoque numinis oras
Oro preces, tumulum thura Sabæa rigant.
Ut si vel tenui temerasset crimine vitam
Immunis nemo est, quisque manes patitur.
Sic ergo meritis crescentibus atque labore
Ex hac translatus luce superna petit.
Cum jam lustra quidem volvebat mobilis ordo
Tercentena, annus sed superabat iners.
Currebatque brevi Mensis cum sole November
Nova dies equidem sustulit ipsa patrem.

32. ANGELUS Rumplerus cognomento, ex vicino pago ortus, eligitur in hujus loci Abbatem anno Domini 1501. in mense Decembr. Pater bonus & eximiè doctus, qui nihil tàm amabat, quàm versari in literis & libris indefinenti studio. Præfuit is inter difficillima tempora plurimis gravatus (ut ipse in Chronico, quod de Monasterio suo scripsit, mirè conqueritur) exactionibus, quibus totum Cœnobium penè exhaustum fuit. Præfuit autem annis 12. utiliter. Vidit bellum Bavaricum, quod ipse & prosâ, & ligatâ oratione descripsit. Scripsit plurima, imprimis verò præter jam dicta

Dialogorum de contemptu mundi lib. 6.
Gestorum Bavariæ. lib. 6.
Calamitatum ejusdem librum unum.
Sermones varios, carmina varia, Epistolas plurimas.

Ornavit circumquaque templum suum variis inscriptionibus præcipuè verò versiculis; quorum non fuit infelix consarcinator. Habuit amicissimum *Wolffgangum Marium*, Abbatem Aldersbacensem & ipsum mediocrem versificatorem, cum quo studia & exercitia sua contulit. Obiit anno 1513. Sepelitur in meridionali absfide propè aram *S. Benedicti*.

33. MATTHIAS cognomento Murrheymer, successit *Angelo* rebus humanis exempto, præfuit annis 19. utiliter & laudabiliter. Decessit anno Christi 1532. Sepelitur in meridionali absfide. Vir erat pius & honestus. Sub ejus gubernatione obiit & hic sepulta est in media Ecclesia Illustris puella *Elisabetha*, Nicolai Comitis *de Salm* & *Neunburg* ad Oenum victoriosi Ducis filiola, 11. hebdomadas nacta, quæ obiit anno 1530. Eodem loco propè Neunburgensium Comitum celebrem sepulturam situs est Petrus de *Menesiis*, filius Magnifici Domini Bernhardini de Menesiis, Baronis Hispani & Præfecti in arce Neunburgensi. Obiit anno 1547. ætatis suæ mense quinto.

34. STEPHANUS patre tinctore, ex Neunburgensi ad Oenum sito oppidulo natus eligitur in Abbatem anno Domini 1532. vir staturâ corporis heroicâ præditus, literis, humanitate, prudentiâ clarus, literarum & literatorum fautor singularis, Pauperum patronus & alumnus pientissimus ac beneficentissimus. Oeconomus utilissimus. Præsidet laudabiliter hoc adhuc currente anno 1552. quo 6. Februarii prætervectus est cum Conjuge sua Imperatoris *Caroli V.* filia, Domina *Isabella*, serenissimus Ungariæ & Bohemiæ Rex *Maximilianus*, secundâ vice ex Hispaniis feliciter reversus. Quem Deus Opt. Max. regat, fortunet & beet. Construxit Abbas iste veterem Abbatiam de novo, ex qua amœnissimus est in Cataractas Oeni prospectus. Illustravit verò eundem locum elegantibus picturis, quibus ubique elegantes versiculi adjecti sunt.

35. WOLFGANGUS Stingel, Balneatoris filius ex pago Neunkirchen, qui in ditione *Comitum à Neunburg* est, antea Præpositus in Locknicz, eligitur anno 1553.

S. CRUCIS Monialium Cœnobium *Nidernburgense*, quod in infimâ Civitatis Pataviensis parte, *Ort* nuncupata, ad confluxum penè *Danubii* & *Oeni* fluviorum situm est. Ordinis Benedictini. Fundatum & inchoatum legitur in honorem B Virginis *Mariæ*, *S. Crucis* & *S. Panthaleonis à Thassilone* potentissimo Bavarorum Duce, & in memoriam victoriæ, à *Carinthiâ* sub jugum missâ, reportatæ. Memoratus Thassilo illic sepultus esse creditur annum Christi circiter 772. temporibus *Biscarti* vel *Wiserici*, Laureacensium ac Pataviorum *Antistitis*. Donatur liberalissimè ab Imperatore ARNULPHO anno Christi 888. Vastatur ab Hunnis Germaniæ ruinam interminantibus, paulò post, & tandem iterum sub *Othone secundo*, qui in bellicis Bavariæ tumultibus expugnans & pene vastans *Pataviam* totam, eandem, datis *Pilgrino* Episcopo præclaribus privilegiis ac muneribus multis, instaurari iterum fecit anno 977. cum præcedente anno totam etiam Abbatiam S. Crucis Monialium, & totam earundem ditionem (quam vulgus hodie adhuc Abbatiam vocat)

cum inferioris etiam domus arce ad *Danubii* & *Ilsi* coitus sita (in qua antiquitus Abbatissa sedem suam habuisse dicitur) Ecclesiæ *Pataviensi* incorporasset, qua de re tale adhuc extat Diploma, quod hoc loco omittendum non duxi.

In nomine S. ac individuæ Trinitatis. Otto *Divina favente clementia Imperator Augustus. Pateat omnium fidelium nostrorum tam præsentium, quam futurorum industriæ, qualiter vir spectabilis* Pilgrinus, *sanctæ Ecclesiæ Pataviensis Præsul venerandus, partibus nostris favens pro viribus, fide inconcussa, in perturbatione atque vacillatione Bajoariorum ad adversarios perniciosa persecutione, tam in incendiis, quam in interfectione familiæ ac devastatione, non parvam Episcopii sui perpessus est jacturam: cujus fidem ac constantiam æquam duximus remunerare, & Ecclesiasticæ desolationi Regia munificentia solamen aliquod impendere. Unde etiam non solum ejus moti querelis, sed & adlubescentes precibus dilectissimi fratruelis nostri* Otthonis *Ducis videlicet Bajoariorum ac* Willigisi *Archiepiscopi, quandam nostri juris Abbatiolam, infra territorium* S. Pataviensis *civitatis, quæ est in honorem S. Dei Genitricis* Mariæ *constructa & dedicata, cum* Walahunesdorph *cæterisque omnibus appendiciis, & ad jam dictam Abbatiolam juste & legaliter pertinentibus, id est cum Ecclesiis & ædificiis, omnibusque Decimationibus, cum terris & agris, cultis & incultis, villulis, vineis, campis, pascuisque, pratis. Sylvis, nemoribus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, mancipiis utriusque sexus, quæsitis & acquirendis, ex toto & integro, de jure & donatione nostra eidem Pataviensi Ecclesiæ* S. Stephani *Protomartyris Christi, per hoc præsens authoritatis nostræ præceptum plenaliter in Christi nomine confirmatum donamus, tradimus, atque transfundimus, eo videlicet Tenore, ut ipsa securiter, absque alicujus personæ contradictione atque molestia, more hæreditario perpetualiter in proprium teneat ac possideat. Et ut hæc prædictæ fidei & firmitatis remuneratio, authoritatisque nostræ donatio veriorem firmioremque à cunctis fidelibus nostris perpetualiter habeat vigorem, jussimus hanc chartam conscribi, quam sigillo nostro sigillatam manu propria subter firmavimus.*

Signum Domini Othonis Imperatoris Augusti.



Engelbertus Cancellarius ad vicem Willigisi Archiepiscopi notavi.

Data 11. *Calend. Augusti Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC. LXXVI., Indictione quarta. Anno vero Regni Domini* Othonis *Imperatoris Augusti IV. Actum* Ratisbonæ *in Christi nomine feliciter, Amen.*

Hæc incorporatio postea anno Domini 980. ab eodem Cæsare *Pilgrino* Episcopo iterum: & postea à *Friderico primo* Imperatore anno Domini 1161. *Conrado* Episcopo, *Wolffgero* verò Antistiti ab Imperatore *Henrico Sexto* anno 1193. Episcopo *Ulrico* à *Friderico II.* anno 1217. & sequenti, tandemque anno 1274. Episcopo *Petro* ab Imperatore *Rudolpho I.* in plenam tuitionem ac potestatem data & confirmata est. Instauratum est Monasterium *Nidernburgense*, ad petitionem *S. Chunigundis* Imperatricis, à *S. Henrico* Imperatore ejus nominis II. qui anno Domini 1010. Regni sui (ut est in Diplomatibus) anno octavo. Dedit huic ipsi Cœnobio annuos trajectus Danubiani versus Ilsi civitatem proventus, cum Burgensi nemore & attinentibus pratis, molendinis & piscationibus. Idem *S. Henricus* patris sui *Hezilonis* sororem, Dominam *Elicam* sive *Heilcam* Abbatissam huic Ipsi loco præfecit. Est hodie adhuc, in perpetuam hujus instaurationis memoriam, Sacellum *S. Henrico* dicatum, cujus festum ac memoria celebrari solet 13. Julii. Ostenduntur ibidem ejusdem Imperatoris calcaria adhuc, & alia quædam equestria ornamenta. In medio templo principaliore splendidè sepultus est & honorifice *Georgius* Episcopus quidam. Nec procul inde *Hezilonis* cujusdam ostenditur tumulus, quem ego *Thassilonis* potius esse credo. *Hezilo* enim pater *S. Henrici* Ratisbonæ apud *S. Henricum* quiescit certò. *Thassilonem* verò Pataviæ in Cœnobio à se fundato sepultum esse, ex multorum aliorum Cœnobiorum Annalibus deprehendi certissimum esse. In sepulturâ civium ac Ministerialium ejusdem Monastici Collegii, cubat quidam *Pancratius Speyserg*, qui natus est in die S. Pancratii anno Christianorum 1272. & decessit iterum ex mortali hae vita, eodem die S. Pancratii, evolutis ætatis suæ centum annis integris anno nimirum 1372. Abbatissarum ejus loci ac Decanissarum (præfuerunt enim aliquandiu Decanissæ tantum) non extat integer Catalogus.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

HILARIA nunc corrupta voce Willeringum, Cisterciensis instituti Cœnobium, milliare unum supra *Linzium* Civitatem Austriacam, in dextra descendentis Danubii sub monte

monte & nemore *Chirnbergensi*, à cervinis cornibus sic dicto, & Regiis venationibus celebrato, ac imprimis famoso loco, situm, Pataviensis diœceseos, Visitationis verò *Eboracensis* (cujus loci Abbas sub se habet alias tres ejusdem Ordinis, Abbatiam videlicet Angelorum-Cellam, Altum-Vadum, & Vallem-Dei, de quibus infra amplius) fundatum & ex arce nobilium Regulorum in Domum Dei & precationum conversum legitur, anno Domini 1146. Romanum Pontificatum *Eugenio tertio* tenente, Imperante verò *Conrado II.* à Germanis duobus fratribus *Ulrico & Colone Baronibus de Wexenberg*: quorum talem invenio Genealogiam:

Colo Baro de Wexenberg, ex Otylia conjuge suscepit

Ulricum verum ac primarium hujus loci Fundatorem, qui cælebs vixit & sine hæredibus obiit.	Colonem secundum Confundatorem, qui ex Benedicta uxore suscepit	Elisabetham, quæ desponsata Wernhero de Grishbach genuit.

Henricum: is dedit Cænobitis prædium in Hassach anno 1236.	Colonem tertium, qui dedit Elmense prædium anno Domini 1242.	Hadowigin desponsatam Wernhardo Comiti de Schaumberg, quæ plurimum huic loco benefecit anno Domini 1232.	Walchunum sagittâ transfossum & trucidatum anno 1196.	Henricum, qui obiit anno 1244.

Hi fundatores & benefactores omnes in primarii templi mediâ parte sepulti sunt sub saxo, cui *Schaumburgensium* Comitum etiam sepultura subjacet, exceptis *Ulrico* primo Fundatore, qui Hierosolymis obiit & humatus est, & *Colone* fratre, qui in ambitu requiescit. Fundatores condiderunt initiò, principalem Basilicam cum Refectorio, Dormitorio, Infirmario, & Pistrino: Cætera ædificia postea ab Abbatibus adjecta sunt, subsidio & Eleemosynis tamen piorum hominum. Erat initiò introductus Canonicorum Regularium *S. Augustini* Ordo è sancti *Floriani* Cœnobio: Sed cum paulò post displicuisset fundatori Ordo is, & esset tunc temporis in summâ existimatione novus Ordo Cisterciensis nuper ab Abbate *Ruperto* inchoatus, & à *S. Bernhardo* plurimum propagatus, mutatus est Ordo, suadente idipsum Abbate *Runensi* etiam Domino *Gerlao*. Benefecit huic loco plurimum *Eberhardus* primus Episcopus Bambergensis, Fundatorum cognatus. Benefecerunt eidem Cœnobio Duces & Archiduces Austriæ, imprimis *Leopoldus*, quidam & *Fridericus*: Sed & *Albertus* Imperator, Rudolphi Habspurgii filius, & *Fridericus* tertius Imperator. Habent illic celebres sepulturas *Comites de Schaumburg*, quorum tumulo hi Germanici versiculi sunt inscisi.

Hier liegt von Schaumburg das Geschlecht,
Dem gib Urständ Christe mit Recht,
Daß sie zu deiner rechten Händ,
Sich ewiglich freuen ohn End.

Est & ibi vivarium ex uno saxo marmoreo, quod habet in longitudine 14. pedes: in latitudine 7. in altitudine 6. Spythamas, in densitate unam, furnus item 26. Spythamarum, in quo semel pinsari possint panes, qui 50 hominibus sufficiant per integram Septimanam. Barones item de *Polheim*, Barones de *Traun*, Domini de *Khurenberg*, & alii Reguli ac milites plurimi hic sepulti sunt. Abbatum hujus loci talis à me congestus est Catalogus.

1. GEBEHARDUS primus, ex *Rhunensi*, Cœnobio postulatus, Abbatiæ huic præficitur anno 1146. ab ipso *Gerlao* Abbate. Is paulò post iterum resignans Rhunam rediit.

2. GEBEHARDUS secundus successit: quamdiu præfuerit non invenio. Reddidit Abbatiam Fratribus & Conventui anno Domini 1161. Subrogatus est eidem.

3. OTHO de *Carinthia*, qui præfuit annis septem & cessit è vivis anno 1168.

4. HENRICUS ex *Eboraco* accitus constituitur Abbas, præfuit annis quinque & ob maximam paupertatem Eboracum rediens, Abbatiam supremo Visitatori resignavit anno Domini 1174. Sepultus Eboraci in domo Capitulari.

5. HENRICUS secundus hujus nominis, præfuit annis 12. Sub ejus gubernatione *Ulricus* fundator ad terram sanctam profectus, Hierosolymis ex hac vita decessit, ubi & sepultus est. Is medietatem vicini fori seu oppiduli *Othensheimensis*, & alia multa dedit Monasterio: quod ad tenuem fortunam redactum, consilio & auxilio *Guilielmi Rhunensis & Burchardi Eboracensis* Abbatum reparatum & reformatum est anno 1185. Obiit Abbas iste Henricus anno 1186.

6. HILTGERUS præfuit bene & rationabiliter annis 7. Hujus temporibus *Albero de Cemeleb* Hierosolymam iturus, per manum Ducis *Leopoldi* omne patrimonium suum huic loco donavit, videlicet *Cemeleb* sedem suam avitam, & *Stammubelstorphum*, & tria Allodia prope *Eueringum* (hodie *Eferdingum* oppidum Schaumburgensium Comitum ad Danubium) sita. Profectus verò is cum *Leopoldo* Austriæ Duce ad terram sanctam non rediit,

Leopoldus rediit, qui huic etiam loco plurimum benefecit. Benefecerunt huic Abbati etiam *Sigefridus Comes de Moerle*, qui dedit curiam prope *Pilstein* arcem suam: *Ottocarus* Marchio Styriæ, & *Sophia* nobilis matrona *de Schauwenberg*. Abbas *Hiltgerus* anno 1193.

7. OTHO de Nift ex *Eboraco* accerfitus, præfuit 7. annis, quibus verò evolutis Abbatiam refignavit, & ad Eboracenfe fuum Cœnobium rediit anno Domini 1200. Is Monafterii Ecclefiam primariam ampliari fecit, novisque ftructuris decorari.

8. GODESCHALCUS *Othoni* fubrogatus, præfuit 7. annis laudabiliter, migravit ex mortali hoc fæculo anno 1207.

9. EBERHARDUS ei fucceffit, qui præfuit itidem 7. annis. Sub ejus regimine *Walthunus*, filius fundatricis *Elifabethæ*, fagitta lethaliter percuffus interiit. Huic Abbati *Bernhardus de Truna*, vir nobilis, curiam in *Pefchingem* dono dedit. Evolutis feptem annis, ad Eboracenfis Cœnobii gubernationem in Franciam Orientalem evocatus eft anno nimirum 1214. Ubi à vulgari dicterio (quod femper habebat in ore) *Meingo'us* dictus eft.

10. CONRADUS fucceffit *Eberhardo*, præfuit laudabiliter annis 20. quibus Cœnobii res & poffeffiones præclare auxit: accufatus verò *Ciftercii* quòd Judæos paffus fuiffet fecum prandere aliquoties, exauthoratus eft, anno 1234. & Eboracum, unde venerat, reverfus.

11. THEODORICUS eligitur anno falutis 1234. ex Eboraco affumptus, præfuit annis 9. laudabiliter. Habuit clementem & beneficum *Fridericum* Auftriæ Ducem, qui Cœnobio huic Willeringenfi dedit in promptis pecuniis 100. libras & parochiam in *Grimmerfleten*, & 13. allodia in villa *Eggendorff* anno 1240. Et anno poftea fequenti particulam S. Crucis miraculofam. Migravit Abbas ifte ex hoc mortali fæculo anno 1243. Sepelitur in Hylaria.

12. HENRICUS poft *Theodoricum* præfuit annis 3. Obiit anno Domini 1246.

13. ERNESTUS Prior de S. Cruce, fubftituitur Abbati *Henrico*. Præfuit cum fumma laude & utiliffime annis 14. Is famofus & maxime induftrius Abbas ætatis & fenectutis eminentiam tenens, dignam & ingenuam ferens cordis & capitis canitiem: atque à puero fanctæ & religiofæ converfationis exemplum in fe repræfentans, fub ordinis fui regula tam ftrenue Deo militavit, ut non folum apud Religiofos effet honorabilis, verum etiam in confpectu Nobilium ac Magnatum, ob vitæ fuæ meritum, reverendus & amabilis haberetur. Propter quod nobilis quidam Dominus *Bocco de Rofemberg*, fecundum fæcularem vitam prudentia, divitiis & gloria honorabilis, & mirabiliter commendatus, divina de cælo præventus gratia, confenfu uxoris fuæ *Elifabethæ* novum cæpit ædificare Ciftercienfis Ordinis Monafterium, cui nomen impofuit *Hohenfurt*, quafi altum vadum, in Bohemico nemore, quatuor milliaribus ab *Hylariâ*, duobus à *Crumaugienfi* oppido & arce fitum, quod Fundator ifti Domino Abbati commendavit, qui ex fuo Cœnobio Monachos & primum Abbatem dedit anno Dominicæ Incarnationis 1259. 3. Nonarum Novembris. Is Abbas *Erneftus* totum Monafterium quafi denuò renovavit, multa conftruens præclara: Imprimis muro circumduxit & adverfus violentiam munivit totum pene Cœnobium. Multa acquifivit, multa comparavit. Habuit beneficum *Albertonem de Polheim*, virum perftrenuum ac prudentiffimum, qui habuit fororem Abbatiffam in *Traunkirchen*. Obiit in domo S. Crucis, ut fæpe optaverat anno Domini 1260. ubi in domo Capitulari terræ redditus & fepultus eft.

14. CONRADUS de Leuckhenberg vir religiofus, & commendatione plurima digniffimus, ex *Majoris Cellæ* Præfecto Eboracenfi, fit Abbas *Hylarienfis* anno 1260. Præfuit annis quatuor laudabiliter, fecit vivarium propè veterem Ecclefiam, & in ea ipfa vicinia Molendinum. Refignavit anno 1264. & rediit *Eboracum* ad Oftro - Francos fuos.

15. BITROLFUS vir humilis & mitis, fcientia & difciplina commendabilis, ex Abbate Monafterii *Zwetelenfis*, Abbas *Hylarienfis* defignatur anno 1264. Præfuit annis 12. Habuit beneficos Dominos *Othonem*, & *Hertindum* fratres *de Trunâ*. Paffus eft magnam rerum fuarum jacturam anno 1276. *Rudolpho* Habfpurgio expeditionem fufcipiente contra Regem Bohemiæ *Ottocarum*, & totam Auftriam occupante. Refignavit Abbatiam eodem anno Bitrolfus.

16. HUGO primus, qui ex *Hilarienfi* conventu affumptus eft & electus in Abbatem, præfuit annis 4. abfolvit muros Cœnobii & Refectorium renovavit. Habuit beneficos Comites de *Schaumburg*, imprimis *Leutholdum*, & alios quosdam Nobiles. Refignavit Abbatiam anno Chrifti 1280.

17. WOLFRAMUS ex Priore Fontium falutis eligitur in Abbatem *Hilarienfem*. Præfuit laudabiliter annis octo integris. Fuit vir literis & virtute clarus, ac admodum celebris. Condidit domum Hofpitum. Defiit effe inter motales anno Chriftianæ falutis. 1288.

18. CONRADUS præfuit annis 18. Obiit anno 1306. Sub eo *Angelorum - Cella* fundata eft, ad quam dedit primum Abbatem *Bertholdum* ex hoc fuo Cœnobio, petente idipfum *Wernhardo* Epifcopo.

19. ULRICUS ex Priore fit Abbas poft mortem *Conradi*: Præfuit duobus tantum annis, obiitque.

20. OTHO

20. OTHO ex *Hochenfurtensi* Cœnobio evocatus ad hujus loci clavum anno 1308. Præfuit itidem duobus faltem annis, & migravit ex hoc fæculo anno Christi 1310.

21. BISONTO ex *Angelorum-Cella* accerfitus, præfuit per biennium & obiit anno 1312.

22. STEPHANUS ex *Hohenfurto* accitus, præfuit 3. annis & decessit ex hac vita anno 1315.

23. HENRICUS Brendel, præfuit annis 11. Obiit anno 1326.

24. CONRADUS fucceffit *Henrico*, fedit ad elavum annis feptem. Obiit anno 1333.

25. HERMANNUS eligitur anno 1333. Præfuit annis 7. Obiit anno 1340. Ejus tumulo hic verfus incifus eft

Sis pius ô Christe fibi quem claudit lapis iste.

26. BERNHARDUS cognomento *Cerebrifragus*, præfuit annis 13. Obiit anno 1353.

27. BALTHAZAR fedit ad clavum annis 12. Deceffit ex hoc mortali fæculo anno Christi 1365.

28. ANDREAS ex *Angelorum-Cella* excitus, præfuit annis 2. Obiit anno 1367.

29. PETRUS præfuit annis 18. Obiit anno 1385. Habuit beneficum *Albertum* Austrium, Regem Romanorum, & ejusdem conjugem Dominam *Elisabetham*.

30. JOANNES fedit ad gubernaculum annis undecim. Obiit anno 1396.

31. JACOBUS fedit annis 14. Refignavit anno 1410. Obiit poftea anno 1421.

32. STEPHANUS præfuit fex annis & refignavit anno 1416. Sepelitur tandem in *S. Crucis* facello magnifice à fe conftructo. Subrogatur ei illicò.

33. ULRICUS, præfuit anno 31. Refignavit anno 1447. Obiit poftea anno 1451.

34. GEORGIUS fedit ad clavum 10. annis. Obiit *Viennæ*, anno 1457. ubi apud *Scotos* fepultus eft.

35. WILHELMUS præfuit annis novem. Obiit anno 1466.

36. CONRADUS Panftorpherus, patriâ *Lincenfis*. Præfuit utiliter 9. annis, habuit *Fridericum* Imperatorem valdè clementem & beneficum. Obiit 1475.

37. URBANUS præfuit quinque annis, & carnis debitum folvit anno 1480.

38. THOMAS laudabiliter præfuit, & Cœnobio plurimum profuit annis 28. penè. Obiit anno 1507.

39. CASPAR, ex *Mulbach* Monafterii pago natus, præfuit annis 11. Obiit anno 1518.

40. LEONHARDUS Rofenbergerus, patriâ *Linzenfis*, præfuit 16. annis. Obiit 21. Febr. anno 1534. Sepelitur in abfide Meridionali cum tali Epitaphio fuper fuam imaginem collocato.

Qui malefacta fibi credit bene cuncta remitti
Per meritum Christi non moriturus obiit,
Hac instructus ope, tibi quæ divinitus (ante
Quam morerere) data eft: hic Leonharde *cubas.*

41. PETRUS Rinckhamer, ex *Othonsheymensi* Marcâ feu oppidulo natus, fucceffit *Leonhardo*, & præfuit annis 9. Obiit anno falutis 1543.

42. ERASMUS Villicus, patria *Norimbergensis*, ex *Eboraco* poftulatus, præfuit 9. menfibus & anno 1544. uxorem ducens & omnia Monafterii clinodia fecum auferens, auffugit: Poft ejus abitum præfuit tutorio quafi titulo illuftris & generofus Dominus *Balthazarus à Prefingen*, Baro Steinenfis, Charinthius, & Auftriæ fupra Anafum fitæ, R. Rom. M. nomine Præfectus, vir infigni virtute præditus: donec tandem unanimi confenfu eligeretur.

43. MARTINUS Godefridus ex *Trajecto Acroniano*, vulgò vocant *Uberlingen*, civitate Imperiali natus: Is ex profeffo Baumgartenbergenfi (ubi Cellæ Præfectus fuerat) Abbas Hilarienfis factus eft 6. feria poft feftum Corporis Christi anno 1545. Præfidet laudabiliter hoc adhuc currente anno Domini 1552. Vir prudentia magnus & virtute gravis, qui fibi ipfe tale monumentum vivus erexit, me authore.

Hic ego Martinus Godfridi nomine notus,
In Christi placida pace finuque cubo.
Natus ad Acronii clarissima mœnia stagni
Quæ de trajectu nobile nomen habent.
Istius ædis eram Rector venerabilis olim,
Qui virtutis amans, & pietatis eram.
Nunc in quem folum pofui fpem ftrenuus omnem,
Cum Christo fummi Principe vivo poli.
Sentio & æternæ dulcissima gaudia vitæ
Omnibus à Christo Rege parata piis.

Lincz.

Nundinæ celebres.	In octava Paschæ. Bartholomæi.	Ubi confluunt Auftrii, Bavari, Bohemi, Ungari, Styrii, Carinthi, Suevi & Itali.

Creutzstraß. {Ad Venetos. | Bohemiam. | Ungariam. | Bavariam. | Styriam.}

Pons longus 400. passuum, refrigerium Procerum & Civium.
Scharlinczium suburbium.
Hackhelbergerus Hospes celeberrimus per totum Danubii tractum: fratrem habuit Erasmum, patriæ patrem, optimè meritum, doctrina & auctoritate gravem.
Præfectus arcis Dominus Balthazar de Præsing Baro.

Encomion Linczianæ Civitatis in Austriâ supra Anasum sitæ, à Casparo Bruschio.

Propositio & Invocatio.

DEscripturi aliquam numeris laudantibus urbem,
Ad Patrjs Histrini flumina nota sitam:
Te pie Phœbe prius solenni voce colentes,
Imploremus opem maxime Phœbe tuam.
Tu bonus & clemens tantis pater annue cœptis,
Quo duce cantari carmina sacra solent:
Te præsente, tuoque mihi aspirante favore
Officium faciet prisca Thalia suum.

Apostrophe ad Danubium.

Tuque annose senex pater, ô venerabilis Ister,
Quæso fave, multus sic tibi piscis eat.
Sic tibi Germani faveant, & Pannones omnes,
Per quorum volvis te pia regna pater.

Topographia.

Est urbs, Austriacis quæ prima intersita Regnis,
Præpetis & varia nomina Lyncis babet:
In descendentes dextra sita fluminis ora,
Meridiem madidos quæ videt atque Notos.
Parva quidem intuitu primo, si tecta laresque
Inspicias, ipsas enumeresue domos:
Sed major meritis, major virtute superbis
Urbibus baud paucis, quas vagus orbis babet:

Ab origine.

Hanc quis condidit primus, quo tempore & anno
Nominis aut bujus quæ sit origo vetus?
Vix poterit dici, siquidem Germania fastos
Non tanta scripsit Relligione suos:
Quanta vel Græci fecerunt laude, vel ipsi
Ausonii Proceres, Romuleique patres.
Ut studiosa fuit pugnax Germania semper,
Mortis & armisonæ Palladis arma colens.
Sic studiosa parum Phœbi fuit atque Sororum
Quæ mandare libris Martia facta solent.
Hoc contenta bono, quod erat sibi conscia rectè
Factorum, magni roboris atque sui.
Id certum tamen est, quod eam Regesque Ducesque
Præclare ornarint, Austria pulcbra, tui.

Fridericus Imperator.

Imprimis Cæsar Fridericus, nominis bujus
Tertius, Austriacæ gloria summa Domus.
Istrum qui primus conjunxit ponte, deditque,
Ornamenta urbi cætera plura suæ.
Aggeribus cingens fossisque & turribus arcem,
In qua etiam civis tutus ab boste foret.

Maximilianus.

Maximus at paulo post Æmilianus eandem
Illustrari iterum fecit bonore novo.

Ferdinandus Rex.

Fernandus vero natus genitore Philippo
Invictus frater Carole quinte tuus:
Hujus præcipuus Mæcenas fautor & urbis,
Semper eam mira fovit & auxit ope.
Marmoream faciens totam, quæ lignea sævis
Mulciberis flammis perdita nuper erat.

Arx.

Amplificansque arcem, quæ summi vertice montis
Est sita & ejusdem est totius urbis bonos.

In

In qua nunc etiam templum sublime columnis
Fernandus Cæsar condit ad astra pius.
Hæc ab aquis Istri ingressuris mœnia, dexrra est:
In medium spectans desuper omne forum.
Quo non est spatiosius atque augustius ullum, Forum.
Quam se late Albis Rhenus & Ister agunt.
Passibus in longum patet area tota trecentis,
In latum centum passibus absque decem.
Hoc se sæpe foro ad Mortem exercere solebant
Austriaci Reges, Austriacique Duces:
Hoc fiunt sæpe foro spectacula civibus ipsis Ædes in foro sitæ.
Ædita, ut in scenis Martia Roma tuis.
Tecta, laresque fori pulchro stant ordine, ad altos
Educti veluti Regia tecta polos.
Intus adornati crebrâ testudine, sævus
Ne Vulcanus eis quid nocuisse queat.
At foris ingenio, picturis atque decore
Exculti: ut Regum castra superba putes.
Ascensurus (aquis Istre post terga relictis)
Per portam, in medii planiciemque fori.
A læva stat parte domus cum turre decora, Curia.
Lectorum à curis Curia dicta Patrum:
In qua consultant Proceres totusque Senatus,
Confluit in patriæ commoda remque suæ.
Altius hinc tendens turrim spectabis amœnam
Vertice quæ pulchro sydera summa ferit:
Altera porta urbis: per quam licet ire, perustum Turris Tibicinum.
Si quis Villacum forsan adire velit.
Hac ex turre solet nocturno tempore lucem
Musica venturam significare cohors:
Rursus & à nobis Phœbo migrante docere
Jam pulso tenebras non procul esse die.
Disparibus totam exhilerans concentibus urbem,
Atque auditorum pectora & ossa movens,
Hac à turre petens dextrum latus, ingredieris
Per vicum, in quo sunt obvia templa tibi:
Templa gregi quondam Monachorum exstructa celebri Monasterium.
Franciscus quorum dicitur esse parens.
Præfuit his olim Waltherus, Relligione
Et meritis tota clarus in urbe pater:
Qui nondum vinclis conjunctum aut pontibus Istrum
Emensus sicco dicitur esse pede.
Sed Generosorum quoque Mausolæa videbis
Non pauca hic tumulos nobiliumque virum
Quorum corporibus sub mole latentibus istic
Marmorea: mentes summa vel ima tenent.
Qui pietate Deum sibi devinxere parentem,
Et quibus in Christum spes fuit una Deum.
Horum animæ cælos adiere & lucida Regna,
In quibus ipsa Deum concio tota sedet.
Qui vitiis vero infecti, aut erroribus atris
Sunt adversati (turba scelesta) Deo:
Qui contempserunt sacrarum vincula legum,
Et cum sacratis legibus omne bonum:
Horum animas carne exutas excepit avarus
Tartarus: hos atri regio Ditis habet.
Ex Monachorum æde ad turrim rediturus amœnam, Parochiale templum.
Et portam, ad Styrios qua via recta patet:
Non procul hinc latus ad lævum conversus, in ipsa
Te summi templi limina sacra feres.
Inter ubi reliqua hoc etiam memorabile cernes,
Quod nequeo versu non aperire brevi:
Ante aram summam Friderici Cæsaris ipsa
Intestina cubant, Cor quoque mite situm est.

Cujus in Austriaca Corpus mortale Vienna
Sub saxi augusti principe mole jacet.
Schola. *Huic prope contigua est sacro Schola publica templo,*
Non casa parva, domus spatiosa satis:
Educta in superas muris sublimibus auras
Quæ te mox prima fronte monere potest:
Civibus esse nihil prius his, quam rite juventam
Artibus imbutam & moribus esse bonis.
Ut possint aras aliquando juvare focosque,
Qui modo sunt pueri, curaque spesque patrum.
Hinc sunt conducti non parvis sumptibus, istic
Qui recte doceant, & moderentur eos:
Quos aliquando sequi decuit vestigia patrum
Et patriæ curas sustinuisse graves.
Hactenus atque intus tantum celebravimus urbem,
Quæ perparva quidem est, sed spatiosa tamen.
Nunc foris ipsam etiam parte exornabimus una,
Illustrissima quæ creditur esse mihi.
Cœmiterium antemuranum. *Egressus portam, non hanc, Podalyrius urbis*
Continguam prope se quam Damianus habet:
Zieglerus patrio dictus cognomine, quem nunc
Tota senatorum concio jactat ovans:
Sed quæ Styrenses contraria ducit in agros,
Hanc inquam egressus, respice, quæso, parum.
Ad lævam invenies fano cum paupere muros,
Ingredere hos, neque enim quis prohibere potest:
Hortus ibi sacer est muro conclusus amœno,
Cœmiterion hunc Graja Camœna vocat.
In quo morte solent sepeliri corpora rapta
Spiritibus raptis ad pia regna piis.
Area lata patet, vastusque ager intus, & in quem
Plurima adhuc possunt semina sacra jaci.
Quæ rediviva suo nascentur tempore rursus
In florem Domino gratum habilemque Deo.
Nam studium hoc summi est & Agricultura Tonantis
Transferat ut nos hoc in sua Regna modo.
Ut qui grana sumus, sic projiciamur in agrum,
Atque simus ibi putrida rursus humus.
Non secus ac semen, quo nil enascitur, ipsum
Ni pereat prius, ut patre cadaver humo.
Tempore messis (ubi tuba nos suprema vocabit)
Rursum erimus studiis excipienda novis.
At succo quæ plena suo, & bona grana fuerunt
Ex quibus enatum est, quod placuisse queat:
Transferat illa Deus cœlestis in horrea Regni,
Quæ tanquam summas est habiturus opes.
Ex quibus at lolium & steriles nascuntur avenæ
Illa Deus flammis perdet & igne suo.
Hujus agri fies culturæ gnarus, in istum
Qui non horrescis sæpe venire locum:
Nam non hic tumulos tantum spectabis inanes:
Addita sunt, quæ te multa docere queunt.
Murus Apellæa nam totus imagine multa
Ac varia apparet planus ubique tibi.
Spectandem Christi vitam omnem ex ordine pandens
Eque Prophetarum plurima sumpta libris.
Tota hic Christiadum pietas ostensa, & ad unguem
Expressa artifici cernitur esse manu.
Et quo corpora sint reditura hæc nostra triumpho,
Et quibus in cœlos excipienda modis.
Hæc aliquis forsan ridens Epicurus, inane
Commentum aut nugas dixerit esse leves:
Rideat at quicunque velit: nos vera fatemur
Esse, & veridici prodita voce Dei.

Atque

Atque hoc vos veneror magis imo exosculor omnes
Hac qui Lincensi vivitis urbe Patres.
Quod non æternæ ridetis dogmata mentis,
Sed summum his ipsis scitis inesse bonum.
Æternamque Deo promissam à principe vitam
Et bona cætera quæ totus Olympus habet,
Atque hæc ipsa mihi ratio fuit unica, vestræ
Illustrandæ urbis, carminis arte rudis.
Quam vobis gratam cupio atque obtestor opellam
Esse meam, ad vos quæ mente profecta bona est.
Imprimis Hoffmandle tibi clarissime Consul,
Qui patriæ lumen diceris esse tuæ.
Qui pietate tua juvisti templa Scholasque
Laudis & æternæ hac dote mereris opes.
Ut non immerito aut malè Cæsar Maximilianus
Ornarit donis te meritisque suis.
Vivite felices quicunque sedetis ad urbis
Linzensis clavum: Vivite laude pari.
Vos regat atque tegat, vos fortunetque beetque
Cum vestra urbe pater, qui tenet astra Deus.



GARSTENSE Monasterium *Benedictinæ* Professionis magnificum ac perelegans in supra Anasiana provincia ad dextram Anasi, paululum supra Styrensem Civitatem, (ubi *Anisus* & *Styrus*, celebria Austriæ flumina, infra ipsam civitatem & arcem Styrensem concurrunt) amœnissimo loco situm: fundatum legitur in honorem Principis Apostolorum, & B. Virginis Mariæ anno Christi 1082. à nobilissimo Duce & Marchione Styrensi *Ottachero*, qui sacram ædem Gerstensem, à Reverendo Domino Episcopo *Pataviensi* permutatione quadam, aut Concœnobio, ut vocant, pro Ecclesia in *Pehamberg* impetravit. Condidit verò primum pro Canonicis Regularibus, qui sub Præposito *Eberhardo* 28. annis eundem locum tenuerunt, ad annum nempe 1110. usque, quo prædictus Marchio *Ottacherus* Benedictini instituti Monachis habitationem mancipavit. Fundator ad terram sanctam profectus, cum inde reversus *Romam* venisset, ibi obiit, ac humatus est. In *Gerstensi* verò templi Choro, ad septentrionalem parietem est elegans ac insigne Mausolæum prope Dominici Corporis ædiculam, in quo Domina *Elisabetha*, fundatoris *Ottacheri* Conjunx, cum duobus filiis, *Ottachero* & *Leopoldo* Marchionibus cubare dicitur. Habent in hoc Cœnobio celebrem sepulturam Barones à *Losenstain*, & Nobiles *Scheckii*. In Choro cubat Imperatoris *Maximiliani* Præceptor quidam sine Epigraphe, cujus etiam nomen expiscari non potui. Catalogus ejus loci Abbatum talis mihi ibi exhibitus est, & à me auctus & ampliatus.

1. BEATUS Bertholdus, vir literis, pietate & innocentia vitæ admirandus, præficitur huic Abbatiæ primus ab ipso *Ottachero* Marchione, anno Christi 1110. Præfuit 30. annis ita laudabiliter, ita pie, doctrina & exemplo, ut Sanctorum Albo inscribi meruerit. Obiit anno 1140. Sepelitur in media Ecclesia in sublimi tumulo, cujus circuitui inscripti sunt hi versiculi, etsi quartus illegibilis fuerit.

Pastor prædigne, pater ô Bertholde benigne,
Rite cucurristi: multum Domino placuisti,
Tu promissorum debes memor esse tuorum
Protege &c. Cætera sunt illegibilia.

2. BERTHOLDUS secundus nominis, aliis *Arnsalus* dictus, ab Ottachero primi Fundatoris filio, eligitur anno 1140. præfuit annis 38. Decessit ex hac vita anno 1178.
3. CONRADUS, unanimi fratrum consensu electus, *Bertholdo* substituitur, Abbas hujus loci tertius, præfuit annis 12. & obiit.
4. SYRUS successit *Conrado* legitima electione anno 1190. præfuit annis 10.
5. BERTHOLDUS tertius eligitur anno Christi 1200. præsedit annis tantum tribus.
6. CONRADUS Secundus designatur Abbas anno 1203. præfuit annis 2.
7. HADAMARUS constituitur Abbas anno 1205. Sedit ad clavum annis 8.
8. ARNHALMUS præficitur Abbatiæ anno Christi 1213. præfuit annis quatuor.
9. RENIGBERTUS suscepit Abbatiam gubernandam anno 1217. Præfuit annis 12.
10. BERTHOLDUS quartus eligitur anno 1229. Præfuit 5. annis.
11. UDALRICUS successit *Bertholdo* anno Christi 1234. Sedit ad clavum annis sex.
12. BERTHOLDUS Quintus, designatur Abbas anno 1240. Præfuit annis 7.
13. ORTOLPHUS constituitur Abbas anno 1247. sedit annis 7.

14. GERUNGUS subrogatur *Ortolpho* anno 1254. præfuit annis 4.
15. UDALRICUS assumptus est anno 1528. Sedit annis tribus, & naturæ debitum exsolvit.
16. FRIDERICUS eligitur anno 1261. Præfuit annis 21. Obiit anno Gratiæ 1282.
17. MARQUARDUS subrogatur *Friderico*, præfuit annis octo, & obiit.
18. GODESCHALCUS electus est in Abbatem anno 1290. Præfuit annis quinque.
19. UDALRICUS tertius *Godeschalco* substituitur anno salutis 1295. Præfedit annis 22. & obiit.
20. OTTHO designatur Abbas anno 1317. Sedit ad clavum annis 16.
21. HENRICUS successit *Otthoni*. Præfedit annis duobus, obiit anno 1335.
22. MICHAEL Abbas eligitur anno 1335. Præfuit annis 17. & esse desiit.
23. ERHARDUS successit *Michaëli* anno 1352. Sedit ad gubernaculum annis 13. laudabiliter. Desiit esse inter mortales anno Domini 1365.
24. NICOLAUS Venckhius, nobilis genere & virtute, animi, omnium consensu Abbatiæ præficitur anno 1365. Præfuit laudabiliter & utiliter annis 34. obiit anno 1399.
25. FLORIANUS Tanbegkius Abbatiæ gubernaculum accipit anno Salutis 1399. Præfuit annis 20. Resignavit Abbatiam anno 1419. Obiit postea anno 1425.
26. LEONHARDUS eligitur anno 1419. Præfuit annis 15.
27. THOMAS Rantschius successit *Leonhardo* anno 1434. Præfuit annis octo, & reddidit Abbatiam his à quibus acceperat. Obiit tandem anno 1466.
28. ALBERTUS eligitur anno 1442. præfuit 2. annis.
29. FRIDERICUS constituitur hujus loci Abbas anno 1444. Præfedit annis 17. Consecutus est *Infulam*, & cætera *Ornamenta Pontificalia* anno Gratiæ 1459. etsi iis nunquam sit usus, quòd valetudinarius esset. Obiit anno 1461.
30. BERTHOLDUS Sextus eligitur anno 1461. Incœpit novam structuram ad *Anasum* fluvium præterfluentem, insignem & conspicuam. Præfuit annis 12. & obiit.
31. BENEDICTUS substituitur *Bertholdo* anno 1473. Is novum ædificium, ab Antecessore inchoatum, præclare absolvit. Sedit ad clavum annis 15. Obiit anno 1488.
32. LEONHARDUS secundus hujus nominis, *Chuefchingk* dictus, successit *Benedicto* anno 1488. Is à propriis consanguineis suis (quorum unus ei Camerarius fuerat) miserabiliter est interemptus die 12. Novembr. anno 1493. cum 4. annis & paucis insuper mensibus præfuisset. Sepelitur in Sacello Capitulari. Authores tanti sceleris rota seu crurifragio in civitate Styrensi proxima è medio sublati sunt.
33. GEORGIUS successit *Leonhardo* trucidato, anno 1493. Præfuit 2. tantum annis, & primo statim regiminis sui anno à noverca fortuna inclementissime exceptus. Vidit magnam partem Cœnobii sui calamitoso incendio, incuria servi cujusdam præbendarii, perire: in quo resarciendo dum strenue laborat, iturus navigio per *Anasum* fluvium, ad vindemiam; aut alterius negotii ergò in Austriam inferiorem, paululum infra Styrensem civitatem naufragium passus & submersus periit 13. Junii anno 1495. Cadaver in flumine inventum cum luctu ad Cœnobium Garstense reductum est, ubi in Capitulari domo terræ parenti restitutum.
34. UDALRICUS Praunauer dictus, patria *Styrensis*: eligitur anno Christi 1495. Præfuit annis 29. Templi Parochialis elegantissimi (quod ante Cœnobii muros & fossas situm est) renovator & ampliator. Decessit ex vita anno 1524.
35. PANGRATIUS Holznerus, patria *Styrensis*: Pastor vigilantissimus, præficitur Abbatiæ anno Domini 1524. Præfuit annis 13. utilissime. Vidit excursionibus Turcicarum copiarum diripi circumquaque omnia usque ad - - S. Ulrici è regione trans *Anosum* amnem situm anno 1532. quo tempore ab iisdem *Marca Weyberina* ad eundem fluvium sita, hostiliter à Turcis exusta & direpta est. Obiit Viennæ 28. Augusti anno 1537. Sepelitur ibidem in Scotorum Cœnobio: Domi verò Successor tale ei, me authore, posuit Saxum memoriale.

Qui quondam hujus erat templi venerabilis Abbas
Nunc cum cælorum principe vive Deo.
Vive Pater, vive ô Pancrati: Corpus & ossa
Cujus habet gremio pulchra Vienna suo.
Non refert, qua quis requiescat mortuus urna,
Qua moriaris humo, qua tumuleris humo.
Omnibus à terræ regionibus est vel ad Orcum,
Aut ad Olympiacas semita certa domos.

36. WOLFGANGUS *Kranfus* cognomento, ex Gerstensi pago natus, vir vitâ, moribus & oratione gravis, literis & humanitate, sed & omnium aliarum virtutum Regina pietate clarus: Eligitur in die S. Egidii Anno 1537. ætatis suæ anno 43. Præfidet utiliter & laudabiliter hoc adhuc currente anno 1552. Construxit & maximo sumptu erexit ædificia plurima, omnia testudinibus concamerata. Fecit pingi Catalogum omnium suorum

ſuorum Abbatum Anteceſſorum. Curavit ipſe ſibi erigi in Capitulari ſacello pium ac elegantiſſimum monumentum cum tali Epigrammate.

Forma quid eſt? gramen: quid vires? cera: quid ætas?
Hora. Nihil durat: tempore cuncta cadunt.
Hæc homo ſi reputes, quando lætaberis unquam?
Dulce mori quando? ſurgere ni tibi ſpes.
Quod Wolffgangus ego dum vixi ſæpe revolvens
Auxilium poſui te pie Chriſte meum.



S. KILIANI Monaſterium Lambacenſe, vel in *Lambachio*, Auſtriæ ſupra Anaſum ſitæ oppidulo, in ſiniſtra *Trunæ* fluminis, inter *Schvvaigii* & *Agrii* fluviolorum congreſſus, loco amœniſſimo, duobus lapidibus à *Welſio* oppido, & totidem à *Cremiphano* celebri Cœnobio ſitum, Ordinis D. *Benedicti*, diœceſeos verò *Patavienſis*: Fundatum legitur, & ex conſpicuo ac eleganti Caſtro, in domum precationum converſum anno Domini circiter 1032. ab *Arnoldo* præpotenti ac Illuſtri *Comite Lambacenſi*, qui cum chariſſimam uxorem *Regillam de Wennſperg*, Comitiſſam ex Oſtro-Francis genitam, morte abreptam, & ex ea filium alium (præter *Adalberonem* Herbipolenſem Antiſtitem & Epiſcopum) non haberet: Deum Opt. Max. poſſeſſionum & fortunarum ſuarum, conſentiente & ſuadente filio ſuo, hæredem ſtatuere decrevit. Inſtituit verò primum, ut eſſet ille locus habitatio 12. ſæcularium Sacerdotum, qui B. Virginis ibi laudes & præconia perpetua cantatione celebrarent. Sed cum paulò poſt graviſſimi exorirentur tumultus in Germania propter diſcordantes *Henricos* IV. & V. patrem & filium, & in his ipſis tumultibus ex Epiſcopatu Herbipolenſi aliquoties ejiceretur Adalbero, patriæ ſuæ in his Imperii fluctibus appulit. Ubi cum ſæcularium Sacerdotum converſatio minus ipſi placeret, *Benedictinæ* Profeſſionis Monaſterium facere conſtituit. Fecit verò id conſentientibus *Gregorio VII.* Pont. Max. & *Altmanno* venerabili Epiſcopo *Patavienſi* anno Domini 1056. Fundatores in hoc ipſo Cænobio ſunt decenter humati, inprimis *Adalbero*, cujus tumulo tales ſunt ſuperadditi verſiculi, huic fundationi teſtimonium præbentes.

Quicunque has noſtras peregrinus tendis ad ædes,
Hancque meam tumbam noſcere forte voles:
Sum Comes ex Lambach, cui nomen Adalbero quondam
Inclytus & Præſul Herbipolenſis eram.
Henricus Cæſar Francorum depulit urbe,
Pontificem ſummum quando ſecutus eram.
Hinc ego ſub patriæ cogebar pergere fines
Fundavi hoc ſacrum monte Monaſterium
Quod ego (ſi poteris) parvo cum munere dones
Ut tibi ſidereum det Deus ipſe polum.

Fundatoris hujus *Adalberonis* Epiſcopi, & docti (nam Pariſiis ſtuduiſſe legitur) & magna virtute præſtantiſſimi, tamen invenio Genealogiam, nequaquam hoc loco omittendam.

Gebhardus, Comes à Laymbach, ex Richiza conjuge excepit

Arnoldum Comitem, is ex Domina Sophia rurſus excepit

Arnoldum Marchionem: qui ex Regilla Oſtro-Franca genuit	Itam Comitiſſam.

Arnoldum tertium Comitem: qui ex Haziga uxore ſterili nihil excepit, & ante patrem obiit.	Adalberonem Epiſcopum Herbipolenſem, & ſecundarium hujus loci fundatorem.	Godefridum Marchionem, qui etiam ante parentes ex vita evocatus eſt ſine hæredibus.

Catalogus hujus loci Abbatum non extat integer ſcriptus: ego verò ex variis chartis, & annotationibus Martyrologiorum talem congeſſi, & in hunc (quem vides Lector) ordinem redegi:

1. ECCENBERTUS, vir venerabilis & morum honeſtate Deo complacens, eligitur in primum hujus Cœnobii Abbatem anno Domini 1065. ab ipſo fundatore *Adalberone* Epiſcopo, qui eidem Abbati dedit 4. *ſylvas*, *duas* juxta *Trunam* ſitas ab Aquilone, & alias duas ad meridionalem *Trunæ* ripam: quibus præerant nemorarii præfecti Enzo, Engizo, Bero, & Ello. Addidit verò quicquid à patruo ſuo *Aribone* ad *Zvviſillam* habuit & *forum Weels*, & *duas marcas* in Franciâ Orientali ſitas *Onoldeſbach* & *Geroldeshofen*: quæ nunc Civitates ſunt, quarum prior Marchionibus Brandenburgenſibus: Poſterior Epiſcopo Herbipolenſi paret. Parochiam item in *Tuttenſteten*. Aliud de hoc primo Abbate invenio nihil.

2. BEZEMANNUS subrogatus est *Eccenberto*, sed quo anno, id incertum est.
3. NANZO.
4. SIGMARUS, Sacelli conditor in *Weels*, ex quo postea *Franciscanum* Monasterium natum est.
5. ALRAMARIUS.
6. PABO.
7. HELMBERTUS, obiit anno 1127.
8. SIGIBOLDUS.
9. WESEGRINUS.
10. HILTGERUS.
11. GRITTO.
12. BERNHARDUS præfuit anno 1163. quo tempore à Papa *Alexandro* privilegia consecutus est, qui Monasterium Lambacense sub B. *Petri* tuitionem suscepit. Occisus esse legitur.
13. SCHWARZMANNUS.
14. WEZELINUS.
15. OTHO.
16. UDALRICUS.
17. BERNHARDUS secundus, præfuit anno 1257. & anno 1261. quo tempore iterùm ab *Othone* Pataviensi Episcopo consecratum est templum prius exustum ac pene eversum, anno 1233. digladiantibus inter se & bello decertantibus *Austriæ* & *Bavariæ*, nunquam fatis bene concordibus, Principibus ac Ducibus.
18. CONRADUS, præfedit huic Abbatiæ anno 1291. quo etiam ex hac vita decessit.
19. CHRISTIANUS *Conrado* successit, anno supradicto: Præfuit adhuc anno 1299. quo in honorem S. Spiritus & B. Virginis Mariæ, consecratum est ab Episcopo Pataviensi *Bernhardo* altare, ad tumulum B. Adalberonis Episcopi situm.
20. HENRICUS, } De his omnibus nihil invenio
21. SIMON, } annotatum.
22. JOANNES, }
23. ULRICUS eligitur in Abbatem anno 1367. Præfuit adhuc anno 1378. quo tempore, à *Blasio* Milensi Episcopo, consecrari fecit aram S. Trinitati dicatam, in Parochiali templo, quod non procul à Monasterio in amœnissimo colle situm, sanctis *Joanni Baptistæ*, Apostolo & Evangelistæ dicatum est: quo tempore ex hac mortali vita decesserit incertum est.
24. CONRADUS.
25. STEPHANUS.
26. JOANNES à *Dagsperg* nobilis Baro: & collapsi hujus Monasterii secundarius quasi fundator & reparator, eligitur in Abbatem anno Domini 1422. Præfuit annis 14. laudabiliter. Reformavit & ad observantiam Regularem reduxit Monasterium anno Salutis 1429. Ampliavit Ecclesiæ principalis corpus. Decessit anno 1436. die 22. Martii, sepelitur in media Ecclesia cum tali Epigraphe ligata.

Nobilis hoc tumulo Daxperger ritè Joannes
Clauditur, & nostræ gloria magna domus:
Namque reformavit Monachos, prudensque paravit
Piscinas: verus Religionis amor.
Hinc pia verba Deo fratres effundite: tales
O utinam plures cerneret iste locus.

27. THOMAS eligitur anno Domini 1436. præfuit annis 38. utiliter & laudabiliter. Is veteri ac ruinoso Choro diruto, novum Chorum condidit, quem absolvit, & à *Sigismundo* Salonensi Episcopo consecrari fecit anno Christi 1464. Consecutus est insignia privilegia Mantuæ à *Pio* Papa II. & inter cætera plenariam etiam absolvendi potestatem, idque effecit anno 1460. Obiit anno 1474. 3. Januarii, sepultus in templo à se præclarè illustrato, cum tali virtutum & meritorum suorum præconio.

Ecce sepultus adest Thomas clarissimus Abbas,
Alter qui templi conditor hujus erat.
Magnanimus, vitam qui vixerat integer omnem:
Splendidus, ac frugi noverat esse tamen.
Grandia facta viros commendant: Iste nitebit
Per structumque Chorum, per tabulata simul.

28. JOANNES Schwerzwadel, ex *Weels* oppido natus, successit Thomæ. Præfuit annis 30. utiliter. Obiit anno salutis 1504. Sepultus in primario templo.
29. WOLFGANGUS Glazinger, eligitur anno Domini 1504. Præfuit annis tribus. Obiit anno 1507. Sepelitur in ambitu.

30. PAULUS patriâ Deggendorphius: fucceffit *Wolffgango*: Præfuit annis 7. Deceffit ex hac vita anno 1514.

31. MICHAEL Alauda *de Meffenbach* vir nobilis & Auftrius, fubrogatus Abbati *Paulo*, præfedit annis 20. Obiit anno 1534. Sepelitur in medio ferè templo. Cervus quidam à D. Maximiliano captus, & huic Abbati donatus fic loquitur.

Terdenos totidémque gradus volante fagitta
Oppetii folâ Cæfaris arte manu:
His Michaëlque meis donatur cornibus Abbas
Cæfaris ille quibus fit memor atque mei.

32. LUDOVICUS cognomento *Goldkoferus*, patriâ Monacenfis & Bavarus, grandi & robufto corpore confpicuus, eligitur anno 1534. Præfidet hoc adhuc currente anno 1552. Fecit fibi erigi tale monumentum à me factum in fempiternam fui memoriam.

Hic Ludovicus ego fum Goldkoferus humatus
Cœnobii qui Abbas providus hujus eram:
Quod pulchrè excolui ftructuris pluribus, ut te
Hæc etiam Lector marmora noftra docent.
Regibus & Ducibus felix quos Auftria gignit
Quos habet hic Dominos femper amátque locus.
Sumptibus erexi magnis conclavia bina
inclyta: non uni pervia facta Noto.
Verùm aliis etiam expofita atque obnoxia ventis
Qui falubrem fecum huc aëra fæpè ferunt.
Fratribus infirmis fpaciofa cubicula feci,
Et pro frumentis ardua tecta duo.
Addidimus facris etiam pulchra organa templis
In laudem divûm maxime Chrifte tuam.
Tu miferere mei, tu protege femper ab hofte
Et mihi da Regni gaudia læta tui.

Obiit 29. Martii anno 1554.

33. JOANNES Sprangler *Athefinus*, ex Moravio fub arce Tyrolenfi natus: Garftenfis Cœnobita, vir juvenis & optimis moribus præditus, eligitur 6. Aprilis anno 1554. Confirmatur 5. Maji. Confecratur fequenti.

TRUNÆPHANUM vulgò *Traunkirchen* Monialium Benedictinæ Profeffionis elegans Monafterium, in terrâ fuprà Anafum fitâ, ad *Trunæ* lacum infignem (per quem Truna celebris Auftriæ fluvius volvitur) è regione Trunenfis faxi, milliare magnum fupra *Gamundianam* civitatem ad alpes Noricas, conditum & fundatum eft annum Chrifti circiter - - ab Ottacharo & Leopoldo Auftriæ Marchionibus, iftic in templi Choro ante aram maximam fepultis. Habuit hoc Cœnobium (quod olim ampliffimum & opulentiffimum fuit, at hodiè plurimum attenuatum) benefactores) *Leotoldum*, *Wilhelmum* in medio Choro fub virginum Choro fepultum, & *Othacarum* Comites: *Wilbirgin* & *Leoburgin* Comitiffas benefactrices illic humatas. *Adalbertum* item Marchionem Iftriæ, & Sophiam Marchioniffam. Abbatiffarum ejus loci talis extat Catalogus, in quo colligendo juvit me Domina Abbatiffa, quæ nunc rerum ibi potitur.

1. ATHA Comitiffa, *Othacari* fundatoria filia, propè Sacellum S. Stephani humata.
2. GERTRUDIS, quæ Romæ pedes fuit, & habetur fancta, fepelitur in Sacello S. Stephani: Tumulus ejus dicitur crefcere versùs aram.
3. DIEMUDIS,
4. HEYLIA.
5. ELISABETHA.
6. BILBIRGIS.
7. DIFTHA vel JUTA.
8. GERTRUDIS fecunda.
9. ALHEIDIS.
10. OTYLIA.
11. GYSELA.
12. MARGARETA.
13. ATHA II.
14. JUDITHA.
15. JUDITHA fecunda.
16. GERTRUDIS tertia.
17. EUPHEMIA.

18. MARGARETHA.
19. CHUNIGUNDIS.
20. EUPHEMIA fecunda.
21. ANNA ab Aysterheim.
22. ANNA ab Oczdorff, præfuit anno 1397.
23. DOROTHEA à Katringen.
24. CLARA à Vezingen.
25. BARBARA Stadlerina.

26. MAGDALENA Kastnerina de *Gamundiâ*: eligitur anno Domini 1462. Præfuit annis 33. Obiit anno 1495. Sepelitur in *S. Annæ* Sacello.

27. ANNA Panchnerin, Domina imprimis pia & prudens, & quæ amicissimum & admodum beneficum habuit Imperatorem *Maximilianum*, eligitur anno Domini 1495. Præfuit annis penè 22. Obiit anno Christi 1516. Humata apud Kastnerin.

28. DOROTHEA Strassnerin, Domina speciosissima, præfuit annis 7. Obüt anno Salutis 1522. Sepelitur apud Antecessores,

29. MARGARETHA Stainnacherin, Domina eloquentissima, & materfamilias optima, eligitur anno 1522. in Abbatissam, quæ prius ejusdem loci Oeconoma fuerat per 30. annos, præfuit annis 7. Obiit in die *Scholasticæ* anno 1530. Sepelitur honorificè in *S. Michaëlis* sacello.

30. BARBARA Kirchbergerin, præfuit annis penè quinque. Sepelitur in Sacello *S. Michaelis*. Obiit anno 1534.

31. HELENA Dietricherin Bavara, præfuit annis 9. Obiit anno 1543. Sepelitur in facello S. Anuæ

32. EUPHEMIA Domina de *Losenstein*, Georgii Baronis filia: senio confecta eligitur anno Domini 1544. Præsidet annis 7. canum delicatorum studiosior alumna, quàm pauperum. Obiit anno Christi 1551. Sepelitur in Sacello S. Michaëlis sine marmore.

33. ANNA Raynerin, nobilis Domina staturâ brevis & parva, virtutibus maxima, eligitur anno 1551. Mense Julio. Sedet ad clavum boc adhuc anno 1552.

Duobus à *Lambaco* milliaribus abest *Weelsuan*, oppidum provinciæ suprà *Anasum* sitæ, ad *Trunam* amnem conditum: in quo est insignis arx, *Maximiliani* Imperatoris morte & extremo fato nobilis, & alia *Polheimensium* Baronum. Est verò in eodem oppido *Franciscanum* Cœnobium, ad *Trunam* amnem amœnissimo prospectu situm, quod initio sacellum fuisse tantùm legitur, à *Sigmaro* Lambacensi Abbate constructum: Monasterium à Dominis Polheimensibus donatum, postea confirmatum est à *Wichardo* Ecclesiæ Pataviensis Episcopo anno Domini 1280. In eo Cœnobio celebris est Polheimensium Baronum sepultura: quorum eodem loco talem reperi Genealogiam.

ULRICUS Senior à *Polheim* in Hilariensi Cœnobio sepultus, anno Domini 1220. genuit

Henricum, Is ex conjuge *Geuta* Diethericі à *Weissenberg* filia suscepit

Henricum. secundum, à Polheim, in Saxeæ domus arce sedentem anno 1320.	Ortolphum. à Polheim, anno 1303. qui ex Wulphildi de *Frauensteinerina* excepit Weicardum Archiepiscopum Salisburgensem.	Philippum. à Polheim, anno 1293. Is ducta uxore Margaridâ, Domini Ulrici de *Truchsen* filiâ, genuit	Weicardum. fundatorem Monachorum Minorum in Weels, in quo sepultus est Episcopus Pataviensis.	Alberonem. benefactorem, ejusdem cœnobii Franciscani.

Wernherum Seniorem.	Wernherum Juniorem, anno 1316. Is ductâ uxore primâ ex ea nihil excepit. Ductâ vero post primæ obitum Domina Elisabetha ab *Hirtheim*, excepit	Alberonem.	Godefridum.

Pilgranum à *Polheim* sedentem in *Rechberg*, ann 1332. Is ex conjuge Cunigunda *in Rohr*, excepit	Joannem à *Polheim* in *Rechberg*.	Weycardum à *Polheim* in *Rechberg*.

Weicardum Dominum in *Polheim* anno 1400. Weicardus is ductis duabus uxoribus legitimis ex	Margariden, Domino Bernbardo Hausmario ab *Hauspach* desponsatam.

Dorothea de *Toczenbach*.	Barbara Comitissa *Pesingensi*.

excepit

Anno

Anno 1444. D. Agnes de Polheim in Bilheim The lonis in Kafcowicz filia, Patavii apud D. Stephanum sepulta in ambitu.

Wilboldum. Is ex Anna de *Hochenrecbberg* excepit Wolfgangum à *Polheim*, qui ex Magdalena *Rambsteiderin* genuit

Mariam primo Rudolpho à *Losenstein.* Postea Joanni à *Traun* nuptui traditam.

Margaridem *Mesenbegio* desponsatam.

Weicardum Dominum in *Polheim* & *Wartenberg*, qui vixit anno 1420. & ex duabus uxoribus

Magdalena de *Seubelstorf*, aut ut alibi lego *Heerbelsdorf* sterili, nihil. Hæc obiit anno 1453. in Choro Weelsensis Cœnobii humata.

Barbara de *Traun*, fæcunda & insigni, ac laudatissimis moribus prædita Domina, quæ obiit anno 1474. in Weels sepulta.

Christophorum.	Achazium.	Rupertum.	Joannem.	Albertum.	Walburgin.	Catharinam.	Barbaram.	Georgium à *Polheim*, Salisburgi in Schola amissum anno 1478. nec postea visum.	Wicardum, Viennæ in Danubio submersum, anno 1480.

Hos Infantes & parvulos præpropera mors absumpsit anno 1480.

Sigismundi Ludovici Baronis à *Polheim*, tumulus in Cœnobio Franciscano: authore *Wolfgango Schifero* LL. Doctore.

Qui pius & pulchri custos Ludovicus honesti
Inclyta Polhemiæ fama decusque Domus.
Sic placuit patriæ (quod erat cordatus & æquus)
Optet ut amissum mæsta subinde virum.
Illius hic corpus requiescit, Spiritus ipse
Christe tuo lateat molliter (oro) sinu.

Obiit anno 1544. humatus ante aram summam.

Wolfgangum, quinque Austriacarum provinciarum Præfectum regium, primum Baronem in *Polheim* & *Wartenburg* anno 1476. Is ex Domina Joanna Comitissa de *Orsela* & vera excepit.

Bernhardum Episcopum, Viennensem & Præpositum Albæ Regalis, qui obiit anno 1504. in 8. Epiphaniæ. Sepelitur Weelsii apud Franciscanos in Sacello S. Barbaræ, quod est in ambitu.

Apoloniam, Domino Christophoro à *Zelsching* desponsatam.

Susannam desponsatam Joanni à *Starenberg*.	Margariden Monialem apud S. Petrum Salisburgi.	Cyriacum Baronem & Dominum in *Polheim* & *Wartenburg* an. 1500. præfectum terræ supra Anasum sitæ, qui obiit anno 1533. Sepultus Welsii apud Franciscanos in Sacello S. Barbaræ & ducta Elisabetha Comitissa *Oëtingensi* ex ea suscepit	Wolfgangum qui decessit parvulus.	Magdalenam Domino Georgio à *Liechtenstein* in *Niclasburgo* degenti desponsatam.

Casimirum, qui duxit uxorem Dominam Euphemiam à *Stubenberg* sedentem in Pucheim ar ce, ad Agriæ & Fockhelii congressum heimensem intra Welsensis oppidi mœnia sitam & alteram paululùm suprà Welsitâ.

Wolfgangum bellatorem, & qui Cæsaris Caroli V. castra secutus est.

Fridericum qui decessit juvenis studuit Witteberga.

Maximilianum in aula Regis degentem.

Weycarum Baronem, qui anno ætatis suæ 32. præmaturâ morte obiit in arce sua Lichelburg (quæ in lacu Materensi seu Camerino sita est) an. 1551. 6. Novemb. Vir memoriâ & laude dignus. Is ex Rosina de *Polheim*, filia Dominæ Annæ & Sigismundi Ludovici à Polheim (ejus nimirùm, qui arcem Polsium inter Trunam & Grembachium amnes conditam, erexit denuò & renovavit Liechtenegk dictam) excepit

Emerentianam.

Joannam quæ obiit parvula.

Barbaram *Peglino* Baroni, & Regio consiliario Viennæ degenti desponsatam.

Ciriacum, adhuc superstitem hoc anno 1552.	Annam Mariam, quæ obiit parvula.	Sigismundum Ludovicum opt. indolis & summæ spei puerum superstitem.	Sifridum, in bello Smalcaldico natum.

LUNACENSE, Lunæ lacus, una dictione *Lunelach*, vulgò *Mennsee* Monasterium *Benedictinum*, in ea Bavariæ parte (quæ terræ supra Anasum vicinissima & penè contigua est) ad ejusdem nominis insignem lacum, & elegantem marcam intra alpes Julias situm: omnium Bavariæ Cœnobiorum amplissimum, magnificentissimum ac opulentissimum Pataviensis diœcescos. Fundatum legitur anno Domini 748. à Bavarorum Illustrissimo Principe *Udilone* in honorem S. *Petri* Apostolorum Principis, & S. *Michaëlis Archangeli*. Fundator decessit ex hac mortali vita anno Domini 766. Dicitur cubare Pataviæ vel in Osterhoven, quorum posterius mihi videtur verisimilius. Hanc fundationem *Thassilo* Dux, filius Udilonis anno 771. confirmavit, additis insuper multis reditibus, censibus, prædiis, curtibus, Grangiis, pratis & hominibus in *Rottal*, *Matigow* & *Alergow*. Idque exemplum singulari quodam zelo secuti & æmulati ejusdem terræ viri nobiles, plurimum ad loci hujus exædificationem contulerunt. Abbatum ejus loci talis à me ibi exscriptus est Catalogus, in quo labore juvit me *Hieronymus Fontanus*, è S. *Quirino* natus, Organicen.

1. OPORTUNUS, cum viginti aliis fratribus ex *Cassino* Campaniæ Cœnobio evocatus, Abbatiæ huic præficitur anno Domini 748. Præfuit annis 32. Obiit anno 781. in ipsis Calendis Januariis. Sub eo S. *Virgilius* Salisburgensium Episcopus Ecclesiam S. *Ruperti* inchoavit anno 772. Extant de eo & ejus fratribus tales versiculi.

Cassino de monte legunt, & adhuc ibi degunt
Domnos claustrales; nec habebat Norica tales.

2. HAMRICUS successit *Oportuno*, præfuit annis 17. Obiit anno 798. Missus fuit Romam ad Papam *Adrianum*, cum Domino *Arnone* Archiepiscopo *Salisburgensi*, ad reconciliandum Regem *Thassilonem* cum *Carolo* Imperatore. Huic dedit postea Archiepiscopus Arno Ecclesiam S. *Martini* in *Strasswalden*, cum omni integritate, qualiter antea S. Petro, & S. Ruperto impendebat servitium. Extat de eo tale carmen.

Abbas hic prudens, facundus, relligiosus
Abbas Hauricus multæ virtutis amicus.

3. ATTO, qui habuit beneficum quendam nobilem virum *Mathilimum*. Post hujus obitum, præfuit huic loco ab anno 804. ad annum usque 814. Dominus *Hildiboldus* Archiepiscopus *Salisburgensis*, Sacri Palatii Imperialis custos & Sacellanus: magnus ejusdem loci benefactor.

4. LAMBERTUS Abbas substituitur anno 514. ab ipso Archiepiscopo *Hildiboldo*, cujus ipse prius fuerat Diaconus: vir religiosus, vitæ honestate clarissimus, ita ut omnibus sui sæculi hominibus charus esset, & *Sanctus* haberetur. Hic per interventum nobilium Comitum *Ernesti* & *Alberti*, à Rege Ludovico obtinuit territorium S. *Wolffgangi* in *Abernsee*, cum toto nemore circumjacente. Facta est hæc donatio in *Transtorph* anno Domini 819.

5. MEINGARDUS subrogatur *Lamberto*, sed quamdiu sederit incertum est.

6. ADELRADUS successit *Meingardo*: Sed nec de isto quidquam in fastos relatum est.

7. ECCENBERTUS, de quo nihil aliud scriptum reperitur

Post horum mortem locus hic mutat malè sortem,
Pontificique datur Obernminster, sic mutuatur.

Anno enim Domini 831. *Ludovicus* Orientalis Franciæ Rex, ad petitionem *Hemmæ* Reginæ uxoris suæ, tradidit Monasterium *Mensee Baturico* Ratisbonensi Episcopo, pro Monasterio in *Obernminster*, quod ad prædictam Ratisbonensem Ecclesiam pertinebat.

8. BENEDICTUS instituitur Abbas à *Baturico* Episcopo Ratisbonensi anno 832., præfuit Monasterio cum tenuibus reditibus ad annum usque Domini 852. Sub eo Monachi penè omnes locum hunc deseruerant, quòd Episcopo, violenter multa & superbè agenti, subesse nollent.

9. HELEMBERTUS ab *Erchenfrido* Ratisbonensi Episcopo Abbas constituitur anno 852. per longum enim tempus fratres Cœnobii, etsi pauci numero, facultatem eligendi Abbatis non habuere. Præfuit annis 12. Decessit anno salutiferi partûs 864.

10. ERCKHENFRIDUS constituitur ab *Embricone* Episcopo Ratisbonensi, præfuit annis 15. moritur anno Domini 879.

11. SINTHERUS Abbatiam suscepit de manu *Embriconis* Episcopi, præfuit annis sex.

12. OTHO

12. OTHO constituitur Abbas ab ipso *Embricone* anno 885. præfuit annis 9.

13. RUDEMARUS eligitur ab Episcopo *Tutone*, anno 894. Præfuit annis 18. Obiit anno 912. Sub ejus gubernatione *Ungari* anno Christi 901. excursione in *Bavariam* factâ, eandem miserè vastant, sed à Bavaris trucidantur plus mille. Postea anno 907. Ungari iterùm Bavariam ingressi per biennium in *Alemannia* grassati sunt, donec anno 912. ab Arnoldo Bavarorum Duce juxta *Oenum* cæsi Ungari occubuerunt.

14. ERBO constituitur à *Tutone* Episcopo Ratisbonensi anno 912. Præfuit annis 14. Obiit anno 926.

15. ALBERTUS creatur Abbas per *Michaëlem* Episcopum Ratisbonensem, præsedit annis 17. Decessit ex hac lacrymarum valle anno salutis 943. præcedente anno vidit magno animi dolore Cœnobium suum diripi & spoliari ab *Hungaris*, Bavariam vastantibus, sed postea à *Bertholdo* Bojorum Duce cæsis.

16. REINHARDUS successit Alberto per *Michaëlem* Episcopum designatus Abbas. Præfuit annis 9. Decessit anno Incarnationis Dominicæ 952.

17. SIGEHARDUS præfuit Abbatiæ decem annis. Obiit anno 962.

18. GUNDACKERUS sedit ad clavum annis 7. Decessit anno Domini 969.

19. CADELOCHUS præsedit Abbatiæ annis 9. Obiit anno 978.

20. HAZELINUS Abbatiæ investituram accepit à S. *Wolfgango* Ratisbonensium Antistite anno 978. Sedit ad gubernaculum annis 21. Obiit anno 999. Hujus Abbatis temporibus S. Wolfgangus in vastissimis Alpibus *Albernsee*, per quadriennium omnibus incognitus, Heremiticam duxit vitam, cùm rexisset Ecclesiam Ratisbonensem 22. annis, & clam ex Ratisbonâ aufugisset. Is pridiè Calendarum Novembris anno 994. in *Pupinga* loco ad Danubium inter Evertingum oppidum, & arcem Schaumburgensen sito, in quo hodiè Franciscanorum est celebre Monasterium, ex hac mortali vita ad æternam concessit.

21. CHUNRADUS investitur ab Episcopo Ratisbonensi *Gebhardo* anno 999. Præfuit annis 15. Obiit anno 1014. Hujus temporibus S *Henricus* Imperator restitui jussit Monasterio, quæcunque ei injustè & violenter ablata fuerant. Sed & Episcopis Ratisbonensibus præcepit, ut Cœnobium Mansēehenense pristinæ libertati restituerent, & vel ablata, vel violenter usurpata plenè redderent. Unde extant versiculi.

Cuncta restaurari Rex jusserat & renovari,
Illa restaurantur sibi, nec sua prædia dantur:
Quæ comprenderunt prius, omnia posthabuerunt.
Vix claustro parvi pars ultima redditur arvi,
Qui si redduntur grandes satis esse videntur
Parvula redduntur, à Præsule magna premuntur
Pontificis dextrâ, quæ diripit intùs & extra.

22. BERTHOLDUS eligitur Canonicâ electione anno 1014. Obiit anno 1036. Sub eo fuit maxima siccitas, fames, pestis anno 1018.

23. BRUNO Abbas præfuit annis saltem 4. Obiit anno 1040.

24. UDALRICUS primus hujus nominis, sedit ad clavum annis 31. Decessit anno 1071.

25. CADELOCHUS institutus per *Othonem* Ratisbonensem Episcopum, præfuit per unum tantùm annum & vivere desiit.

26. RUPERTUS patriâ Ratisbonensis, vir religiosissimus, à S. *Emerani* Cœnobio mittitur ab Episcopo *Othone* anno Salutis 1072. Præfuit annis 44. Obiit anno 1115. Impetravit anno 1101. Ratisbonæ ab Imperatore Henrico quarto, & ab Hardovico Episcopo Ratisbonensi complures Decimas, & Parochiales aliquot Ecclesias, *Wiselburgum*, & *Stainakirchen* cum omnibus ad eas pertinentibus rebus ac juribus. Sub hoc Abbate dedicata est Ecclesia in Marcnnseeh anno 1104.

27. MARQUARDUS.

28. JOANNES.

29. PALEPHANUS aliis dictus Palesanus: de his tribus nihil in fastos relatum est.

30. BEATUS CONRADUS, ex *Sigebergensi* Monasterio (in quo sub *Chunone* Abbate floruit) evocatus, ab eodem Chunone jam Episcopo Ratisbonensi, Abbatiæ huic Lunacensi præficitur anno Domini 1127. Præfuit utilissimè annis 15. Consecutus privilegium ab *Innocentio II.* P. M. ne in posterùm Abbas præficeretur in Mannseeh, nisi quem Monachi communi consilio, aut certè sanioris partis consilio & assensu secundùm Deum, & B. *Benedicti* regulam providerint eligendum, idque privilegium datum est anno 1142. Trucidatus est à Colonis suis ob defensionem rerum & facultatum Ecclesiæ anno 1145. Sepelitur sub insigni marmore in media Ecclesia principaliore, è regione majoris suggesti.

31. WALTHERUS Canonicè electus est anno 1145. Præfuit 12. annis, vir bonus & reli-

& religiosus. Obiit anno 1158. Sepelitur in Sacello S. *Petri*, quod olim S. *Andreæ* sacrum erat. Claruit miraculis.

32. HENRICUS eligitur anno 1158. Sedit annis 40. laudabiliter, & resignavit anno 1198. Consecutus est confirmationem veterum privilegiorum, & aliquot etiam nova à *Lucio* Papa anno 1182. Impetravit à *Conrado* Episcopo Ratisbonensi Ecclesiam S. *Martini* in *Weybemnerling* cum omnibus juribus anno 1194. Hujus Abbatis temporibus resignavit *Chuno* Ratisbonensis Episcopus Cœnobio in *Mannseeb* super altare S. *Michaëlis* totam Forcssam, quæ dicitur *Obernseeb*, unà cum Territorio S. *Wolfgangi*: quæ omnia Episcopi Ratisbonenses diu injustè detinuerant & usurparant. Hæc donatio facta est anno 1184. 4. Nonarum Aprilis.

33. HENRICUS de Wasserloch eligitur in Abbatem anno Christi 1198. Sedit ad clavum annis totis 26. Obiit anno 1223. Passus est magnam calamitatem, & amplissimam fecit rerum sui Cœnobii jacturam anno 1203. digladiantibus inter se, & odiosissimè concertantibus Archiepiscopo Salisburgensi, & Ludovico Bavarorum Duce, qui tamen sequenti anno redierunt in gratiam.

34. FRIDERICUS eligitur anno 1223. Præfuit annis 19. Obiit anno 1241. Habuit beneficum *Rudigerum* Episcopum Pataviensem, qui misertus calamitatum Monasterii, dedit Abbati huic annuos proventus duarum Ecclesiarum *Steinenkirchensis* & *Wiselsburgensis*: Factum id anno 1235. Sub ejus gubernatione Dux quidam Bavarorum *Ludovicus*, præsente familiâ suâ, cultello ab ignoto quodam occiditur anno 1231.

35. SIFRIDUS eligitur anno 1241. Præfuit annis sex. Reddidit Abbatiam anno 1247. Hoc Abbate gubernante *Henricus* Episcopus Ratisbonensis cum Bavariæ Duce ac Comite Palatino bellum gerens, castrum *Wildenegk*, Monasterio vicinum, obsidione cinxit & devastavit: & omne territorium Lunulacensis Abbatis rapinis ac incendiis, ferro & flammis est depopulatus anno 1242. Abbas in ejusdem Episcopi tuitionem susceptus est anno 1246.

36. HENRICUS Burghuserus eligitur anno 1247. Sedit annis 20. Obiit anno 1267. Habuit clementem *Otbocarum* Regem Bohemiæ, Ducem Austriæ & Styriæ, ac Marchionem Moraviæ anno 1253. nam ejusdem antea prædilectus Sacellanus fuerat.

37. SIFRIDUS constituitur Abbas anno 1267. Sedit annis 4. Obiit anno 1271. peste sublatus.

38. CHUNO eligitur anno 1271. Præfuit annis 9. Obiit 1280. Sub isto Abbate primum incendium passa est hæc Ecclesia anno Domini 1273. Præclarè ab ipso instaurata.

39. OTTO successit, præfuit novenarius. Obiit anno 1299. vidit iterùm incendio perire Monasterium suum anno 1282. quod tamen pulchrè restituit & absolvit annò 1288.

40. DIETHARDUS eligitur in Abbatem anno Christi 1299. quamdiu præfuerit non invenitur. Sub ejus gubernatione expugnatum est anno 1310. ipsâ die Epiphaniæ, *castrum Neuburgense* ad Oenum situm, ab *Othone* Bavarorum Duce, & eodem anno Barones Austriæ & Styriæ collectâ sex penè millium equitum manu, *Lunulacensem* Abbatiam & omnem circumjacentem districtum violenter intrantes, ferro & incendiis deleverunt, & magnâ prædâ inde secum abductâ, ad sua redierunt.

41. FRIDERICUS cognomento *Sulczberger*, successit *Diethardo* sed quamdiu, aut quâ fortunâ præfuerit, in fastos non est relatum.

42. GUNDACKERUS *Friderico* subrogatur, de quo aliud annotatum est nihil, nisi quòd omnes Monasterii reditus ac annuos proventus, Oeconomiæ studio amplificandæ, & benè administrandæ, in librum scribi & redigi curârit anno Domini 1316.

43. SYBOTUS successit, sed nihil prorsus de eo extat scriptum.

44. CHRISTIANUS eligitur anno 1321. Præfuit annis 28. cujus ætate in S. *Georgii* oppidulo (quod in *Matergovia* ad Alpes situm duobus abest à *Lunulaco* milliaribus) conditum est, & fundatum magnificum templum ab *Hohenfeelderis* nobilibus illic sepultis anno 1324. Est templum istud luculentissimum, & eleganter testudinatum, Chori testudo legitur esse absoluta anno 1438. sub *Alberto* Austrio Imperatore, altera testudo totius templi addita anno 1503. Habent in eodem templo sepulturas nobiles ab *Vezing* & *Arenstein*. Obiit Abbas iste anno 1349. Fuit antea Sacellanus *Othonis* Bavarorum Ducis. Charus etiam *Ludovico* Bavaro Imperatori. Sub eo tertiò exustum, & postea præclarè reparatum est Cœnobium.

45. HENRICUS ex conventu *Sebunensi* postulatus est anno 1349. Sedit annis 22. Obiit anno 1372. Habuit hostes *Schonnburgios*, qui exustionibus & aliis gravaminibus plurimùm mali intulerunt colonis Monasterii, quibus cùm postea rebus placitatis & pacatis in gratiam rediit Abbas, dans Schonnburgiis Decimas in Schonnburg anno 1351. Sub hoc Abbate Rudolphus Austriæ Dux omnes Monachorum, & totius Cleri reditus ex Austriâ solvendos, sibi per biennium usurpavit. Is postea Mediolani exul obiit anno ætatis suæ 25. anno Christi 1375.

46. HEN-

46. HENRICUS Stemplus eligitur anno 1372. Præfuit 3. annis & obiit anno 1375.

47. LUDOVICUS Panicherus fucceffit *Stempio.* Sedit ad clavum annis 19 Obiit anno 1393. Fuerat ante *Pilgrini* Salisburgenfis Epifcopi Sacellanus. Sepelitur in meridionali abfide.

48. UDALRICUS eligitur anno 1393. Præfuit utiliter 6. annis. Deceffit anno 1399.

49. CONRADUS Schlüffelbergerus defignatur Abbas anno Domini 1399 Præfuit annis 7. Obiit anno 1406. Impetravit à *Bonifacio* Papa pro fe & Succefforibus *Mitram* & cætera omnia *pontificalia ornamenta.*

50. JACOBUS Hohenfeelder fubftituitur *Conrado*, præfedit annis 9. Obiit anno 1415. Sepelitur in meridionali abfide quodam cum Anteceffore & Succeffore Abbate *S. Quirini.* Habuit beneficos *Erneftum* & *Fridericum* Auftriæ Duces.

51. JOANNES Trenbeggius eligitur anno 1415. Præfuit annis 5. Obiit pefte anno 1420. Vir elegantis & proceræ ftaturæ, fed & prudentiâ circumfpectus, & facundiâ & morum gravitate Principibus ac Regibus acceptus. *Alberti* Romanorum Regis Sacellanus, & *Henrici* Bavarorum Ducis, quorum nomine plures obiit Legationes. Interfuit Concilio Conftantienfi: Fecit fcribi librum judiciorum & jurium Monafterii fui, cui fideliter præfuit, & plurimùm profuiffet, & diutiùs ei licuiffet effe fuperftiti.

52. SIMON Reuchlinus, ex *Prunoviano* ad *Oenum* fito oppidulo infigni natus, eligitur in hujus loci Abbatem anno 1420. Sedit annis 43. Obiit anno 1463. Vir bonus, maturus, & religiofus inprimis, Regularis obfervantiæ fervens Zelator, in gubernandis temporalibus providus & circumfpectus. Invenerat Monafterium, in fpiritualibus & temporalibus penè collapfum, quod ipfe, adjutus à Pontifice Romano ac Bavariæ Ducibus, præclarè & fortiter reformavit. Omnia loca conventualia ampliavit, & de novo condidit, ambitum videlicet, Dormitorium, Refectorium, Piftrinum, domum Curiæ, promptuaria, granaria & horrea à fundamentis erexit & confummavit. Chorum Parochialis Ecclefiæ *S. Spiritûs* (quæ è regione primarii templi fita eft, & pofteriorem partem Ecclefiæ *S. Wolfgangi* in fuperiori lacu fitæ, vulgò das Lanngdhauß dictam, & Sacellum *B. Virginis in Cellâ*, Sacellum item *S. Martini* vulgariter *S. Chunrad* in *Oberwang*, & *S. Udalrici* Sacellum in monte proximo fitum dejecit, & ex imis fundamentis inftauravit, tanto ftudio, ut & ipfe fuis humeris faxa ad ædificia erigenda fingulari gaudio bajularet. Confecutus eft privilegia à *Martino* Papa. Sub hoc Abbate, primo exuftum eft templum *S. Wolfgangi*, unà cum foro feu oppidulo, quod abeft à Cœnobio duobus milliaribus in Alpibus fitum, ac templo contiguum. Id accidit anno 1429. pridiè *S. Pafchalis* fefti, reædificatum ab eodem.

53. BENEDICTUS Egkel vel Eckius Bavarus, ex *Vilsbiburgo* natus, eligitur anno Domini 1463. Præfuit annis 36. laudabiliter. Obiit anno Chrifti 1499. fulminante Divo *Maximiliano* Imperatore adversùs Helvetioa. Sepelitur honorificè in fummæ Bafilicæ Choro ante aram maximam, fub infigni marmore. Erexit ex imis fundamentis totam elegantiffimam & fimptuofiffimam Ecclefiam feu Bafilicam *Lunelacenfem*, cui fimilem non habet tota Provincia fuprà Anafum fita: eam & Bibliothecâ & clinodiis auxit, & præclariffimè illuftravit, & ab *Alberto* Salonenfi, & *Bernhardo* Libanenfi Epifcopis confecrari fecit. Chorum Ecclefiæ *S. Wolfgangi* ex imo ad fummum ufque evexit & abfolvit: Domi verò, hoc eft in Cœnobio, nullam officinam reliquit, quam non auxerit & renovarit: totum Cœnobium faciens marmoreum, & teftudinibus ita refertum, ut & ftabula equorum & boum, fed & fuum fint teftudinibus concamerata & tegulis latericiis eleganter tecta. Vineas in Neuburgâ clauftrali comparavit: Præfuit & profuit plurimùm. Sub ejus regimine exuftum eft anno 1480. oppidulum *S. Wolfgangi* cum tecto Ecclefiæ, id ab eo egregiè eft reftauratum. Fuit vir optimè de hoc Cœnobio & ejus rebus meritus. Hic Abbas in die *S. Benedicti* natus, facerdos factus, electus Abbas, & mortuus eft.

54. WOLFGANGUS Herbelinus ex *Lunelacenfi* oppidulo natus, eligitur in Abbatem Monafterii hujus (in quo à pueris laudabiliter, honeftè & piè vixerat) anno 1499. Præfuit fideliter & utiliffimè annis 23. Obiit anno 1521. ipsâ die *Maximiliani.* Sepelitur in Sacello *S. Petri* honorificè. Vir compofitis moribus præditus & confilio gravis, quifque confilia, & animi fui propofitum nemini temerè pandebat, fpémque fuam non in filiis hominum, fed unum & folum in Deum fixam habebat, & ab hoc folo petere folebat inftantiffimè, unde etiam Symbolum illi erat hoc Regii Pfaltis, Auxilium meum à Domino, quod omnibus ædificiis à fe erectis apparet hodiè adhuc effe infcriptum. Charus erat omnibus fummis pariter & infimis, imprimis Divo *Maximil.* Imp. qui eum peculiari vocabulo fuum appellabat Monachum. Benedictini inftituti defenfor erat & Zelator maximus, unde complurium Monafteriorum Vifitator & Reformator extitit. Erat Fratribus & in Choro & Refectorio femper ferè conjunctus, ut eos fuo etiam exemplo ad pietatem & vitæ fanctimoniam invitaret. In orationibus erat continuus. Ecclefiam, amore decoris domûs Dei, & tabulis & picturis, companâ maximâ *S. Annæ* dicatâ, organo

gano & ſuggeſtu declamatorio maximo fecit inſigniri. Sacellum animarum erexit. Abbatiam majorem, cum communi familiæ domo, & æſtuariis & cameris, contra ignium voragines, teſtudinibus communivit. Cœmiterium muro inclusit. *S. Wolfgangi* templum cupreo tecto ſuperinduxit, campanas ibi fieri fecit. Gymnaſium Scholaſticum (alitur enim in hoc Cœnobio magna puerorum literas colentium turba) exſtruxit. Horrea teſtudinibus concameravit, annuos reditus auxit & ampliavit, in omnibus per omnem vitam ſuam laudabiliter & utiliſſimè officium ſuum faciens.

Idcirco vivat valeátque in ſæcula cuncta
Cui ſemper violas fundat gratiſſima tellus
Cinnoma quin etiam, ſed & alba liguſtra, roſdsque,
Junctdque ſanguineis pulcherrima lilia ſpinis.

55. JOANNES Hagenius, è *S. Quirini* Cœnobio natus: Succeſſit anno 1522. Vir immenſâ corporis mole præditus, ſed & ingenio neutiquam reprehendendo. Præfuit annis 15. laudabiliter, multa perpeſſus in agricolarum conjuratione. Abſolvit cupreum tectum *S. Wolfgangi* in Alpibus, quòd maximus eâ ætate eſſet hominum omnium ad id templum concurſus, ex quo annuatim 15. aut 18. aureorum millia interdum Monaſterio contigerunt. Obiit anno Domini 1536. Sepelitur propè Anteceſſorem in Sacello *S. Petri* ſub honorifico ſaxo marmoreo.

56. STEPHANUS Riedenbergerus patriâ Viennenſis, ex Primiſſario *S. Wolfgangi* Abbas fit anno 1536. Præfuit annis 4. & aliquot menſibus. Obiit anno 1540.

57. ADALGARIUS cognomento *Holczel*, ex Alpibus natus, eligitur è S. Wolfgangi Primiſſario in Abbatem anno Chriſti 1540. Præfuit annis tribus ferè, ſemper valetudinarius, obiit anno 1543.

58. SIGISMUNDUS Heehenkircher, vir nobilis genere & virtute, procerâ corporis ſtaturâ præditus, vir facundus & concionator inſignis, latinè doctus non vulgariter, ex *Kimſtorpho*, ſuperioris Bavariæ arce, non procul à Monaco natus, eligitur ex Paſtore *S. Wolfgangi* in Abbatem Lunelacenſem, anno Domini 1543. Reædificavit Infirmatorium, teſtudinibus eleganter concameratum, quod incendio perierat anno 1550. Præſidet laudabiliter & utiliter hoc adhuc currente anno 1552. Quo ego in Pannonias equitaturus ex Weelſio oppido ſupra Anaſiano, cum nobili & eximiâ virtute præſtante viro Barnhardo *Schifero* in ſupra Anaſianâ provinciâ, & ejusdem arce Treylinga ad Trunam amnem ſita, habitante Regulo ad lacum ac Abbatiam hanc Lunelacenſem eques deſcendi menſe Martio &c.

CREMIPHANUM vulgò *Krembsmünſter*, Benedictinæ Profeſſionis Monaſterium ampliſſimum ac magnificentiſſimum; in pago *Traungau*, Provinciæ Auſtriæ ſuprà Anaſianæ, ad *Krembſiam* fluviolum in amœniſſimo colle, tribus à *Welſio*, tribus à *Styra*, & totidem à *Gamundiâ* Trunæ milliaribus ſitum. Fundatum legitur anno Chriſti 777. ſub Papâ *Adriano* & Imperatore *Carolo Magno*, in honorem Salvatoris mundi, à potentiſſimo Bavarorum Principe *Thaſſilone*, cujus filius *Guntherus*, nobiliſſimus Juvenis, ex *Lindbirgi* ſeu *Leutbirgi*, *Deſiderii* Longobardorum Regis filiâ, natus, ex *Laureaco* civitate (quam hodie *Ennſs* ab *Anaſo* fluvio appellant) venatum in vicina nemora egreſſus, propè piſcinam *Gundreich* hodiè dictam, quæ Monaſterio, & imprimis *S. Sigismundi* Sacello vicina eſt, ab apro furente lethaliter percuſſus & interemptus eſt. Is in primario templo Cremiphanenſi honorificè ſepultus eſt extra Chorum. Tumulo addito pendent tales verſiculi, hiſtoriam fundationis hujus breviter explicantes.

Princeps Bavaricus, Regum de ſtemmate natus,
Guntherus nitido clauditur hoc tumulo:
Quem ſus dum validum venando Principis ictum
Sentiret, ſubitò dente peremit atrox.
Sus perit, & juvenis ſylvâ: canis adjacet illis,
Cuſtoditque ſui ſedulò corpus Heri.
His pater auditis nato Dux Thaſſilo mitis
Hoc ſtruit æthereum monte Monaſterium.
Sæpò ſua caſſe venator prenditur ipſe
Sæpè rapit juvenes ſors, retinétque ſenes.

Conſecratum eſt Cœnobium à *Waldero* Archiepiſcopo Laureacenſi, & *Virgilio* Antiſtite Salisburgenſi anno ſupramemorato. Abbatum hujus loci talis extat Catalogus, ex variis annotationibus in hanc formam collectus.

1. FATERICUS, ex inferioris *Altachii* Cœnobio accitus, Abbatiæ huic præficitur ab ipſo primo fundatore Domino *Thaſſilone* anno Chriſti 777. Præfuit ad annum uſque 789. Huic Papa *Adrianus*, fundatoris *Thaſſilonis* Compater, miſit è Roma corpus *S. Agapiti* Marty-

Martyris. *Thassilo* dedit ei totum territorium *Traungow* dictum, & omnes in eo habitantes homines. Territoria item *Sippach*, *Sulczbach*, *Leubenbach*, *Pentenbach*, cum lacu Almensi fortè & Sylva. Territoria item inter ripas *Ipff*, *Sirnick* & *Judich* sita, ad 40. Schwaigas faciendas. Dedit idem *Allenkhoven* & *Eforcstal*, & Ecclesias *Alberburgensem*, *Norseldensem*, & *Sulczbacensem*: duas item vineas in Ascha, tres in Rotula & alia bona plurima, de quibus scriptum legitur tale Monostichon:

Thassilo dictus ego, Christo mea prædia lego.

Voluit item ut hæc Ecclesia *Cremiphanensis* post *Pataviensem* sedem Episcopalem, principem ac dignissimum locum obtineret, & ut absente Episcopo Pataviensi, ejusdem vices & officium suppleret interim in spiritualibus Abbas Cremiphanensis. Abbas iste *Fatericus* à *Carolo Magno* fundationis bujus confirmationes obtinuit, & ab eodem clementer est habitus. Circa hæc tempora movit in Papam *Adrianum* arma *Desiderius* Longobardorum Rex, *Thassilonis* fundatoris socer. Adrianus in summo periculo constitutus imploravit auxilium *Caroli Magni*, qui *Longobardiam* maximis copiis ingressus, Desiderium Regem sub jugum misit, ac propè *Papiam* devicit. Hanc patris calamitatem indignè ferens Domina fundatrix *Lindburgir*, marito *Thassiloni* precibus tam diu institit, donec eum ad ulciscendum Longobardorum cladem, & impediendum *Caroli* victoriam perpelleret: accitis itaque maximis Hungarorum copiis, Thassilo Carolum Magnum invadit, sed ab eodem victus, & aliquoties rebellis ac fœdifragus inventus, omnibus ditionibus tandem exuitur & *Laurisbamensi* Cœnobio (in quo pœnitentiam ageret, & reliquum vitæ exigeret privatus) intruditur. Quo tempore Abbas primus *Fatericus* obierit, aut ubi humatus sit, nescitur, nihil enim de eo aliud in fastos relatum extat.

2. WOLFRAMUS secundus hujus loci Abbas habetur, sed annosum de eo reperitur nihil.

3. SIGHARDUS præfuit anno 828. Accepit privilegium à *Ludovico Pio*, filio *Caroli Magni*. Sedit ad Abbatiæ clavum sub *Papa Joanne*, Archiepiscopo verò Laureacensi *Kinchario*. Interfuit Concilio *Aquisgranensi* à Papa *Paschali* celebrato. Aliud de eo invenitur nihil.

4. SNELPERO, Sacellanus Regius, Abbas hujus loci designatus, præfuit anno 888. quo privilegia accepit ab *Arnulpho*, Carolomanni filio, qui dedit huic Abbati *Nesselbach*, *Neunhofen*, & Ecclesiam *Weels*, cum omnibus ad eam pertinentibus rebus & juribus, Et quidquid duo Comites, (qui Regiam Majestatem offenderant) habuerunt, inter Champ & Persuicum fluvios.

5. BURCARDUS, & ipse Sacellanus Regius, successit *Snelperoni*, sed quo anno, id incertum est. Post hunc Abbatem vacavit, & vasta jacuit Abbatia Cremiphanensis annis penè 100. propter crebras *Hungarorum* irruptiones in *Noricum*, & perpetuas deprædationes ac vastationes, quæ factæ sunt anno 907. Item annis 917. 927. 941. & 946 quo tempore prope Weelfium cæsi sunt *Hunni* à *Bernhardo* Norico Duce: Et anno 954. & sequenti, quo cæsi sunt *Hungari* ad Augustam Rheticam ab *Othone* Imperatore, quo item anno in hoc Cœnobio 50. homines ab Hunnis trucidati esse leguntur. Circa hæc ipsa tempora *Pataviensi* Ecclesiæ præfuit Episcopus quidam, nomine *Christianus*: Is huic Monasterio plurima etiam bona prædia rapuit, imprimis *Pettenbachium* anno 983. Circa hæc ipsa tempora etiam *Steuregkum* & *Eberspergum* à Cœnobio hoc rapta sunt & abalienata. Sic extremis calamitatibus & ærumnis oppressum Cœnobium feliciter tamen iterùm emersit annum Christi circiter 1010. Tum enim *S. Henricus* Imperator, à S. Episcopis *Ulrico* Augustano, *Wolfgango* Ratisbonensi, *Gotthardo* & *Pelegrino* admonitus & exoratus, ad instaurandum Monasterium Cremiphanense, non animum tantùm adjecit, sed & manum ita admovit, ut reædificaretur, & Abbas cum cœtu Monachorum eidem loco vicissim præficeretur. Is *Henricus* Imperator, Bavarorum inclytus Dux, Secundarius hujus Monasticæ congregationis perhibetur fundator, cujus Abbates rursùs sequuntur breviter annotati.

6. SIGMARUS post Cœnobii instaurationem Abbas hujus loci designatus est, sed quamdiu is ad gubernaculum sederit, in fastos relatum non est. Obiit 2. Nonarum Septembr. Circa hujus tempora patitur *S. Colomannus* anno Domini 1012. in *Stockeraw*.

7. GERHARDUS Abbas fuit anno Salutis 1040. temporibus *Henrici* tertii Imper. Huic Abbati dedit *Walbunus*, vir nobilis *Chirchdorffum* & *Atterseeb*. Obiit 6. Cal. Februar.

8. ERCHENBERTUS Abbas Infulatus primus, præfuit anno 1050. Sub *Henrico* Imperatore. Circa hæc tempora Monasterium ab *Engelmaro* Episcopo Pataviensi denuò consecratur. Obiit 8. Calend. Julii. Hic primus assumpsit Advocatos (fors: Protectionarios) Peticionarios, nobiles de *Prenstein*, *Volckenstorff* & *Ortt*. Hujus temporibus patitur *Wenceslaus* Rex Bohemiæ, & *Austria* sit *Marchionatus*.

9. WOLFRAMUS successit *Erchenberto*: Sed aliud de eo habetur nihil. Obiit 2. Calend. Octobr. Dedit ei nobilis quidam Rudolphus vineam Harpergensem, sub Pilgrino Advocato.

10. PEZELINUS fubrogatus creditur *Wolframo*, fub hoc igne concrematum eft Cœnobium, in quo floruit *S. Wifintho*, cujus fepulchrum eft ante aram *S. Thomæ*. Offa ejus jacent in tumulo fundatorum.

11. DIETHERICUS præfuit anno 1082. ex Monacho Goffenfi Abbas Cremiphani defignatus ab *Altmanno* Patavienfi Epifcopo. Hic Abbas Monafterium folenniter renovavit, ejusdémque ruinas præclarè inftauravit, Altmanus verò Epifcopus denuò reconciliavit, & confecravit. Non fuit infulatus. Obiit 5. Iduum Decembr. Habuit benefactorem *Arnoldum* Comitem de *Welfa*.

12. HOHOLDUS fucceffit *Dietberico*, fed quo anno, aut quamdiu, nefcitur. Obiit 5. Calend. Julii.

13. BERTHOLDUS fubrogatur *Hoboldo*: aliud de eo extat nihil. Obiit 19. Calend. Februarii.

14. ALRAMUS præfuit anno Domini 1090. Recuperavit, *Henrici* Imperatoris ope, *Petenbachium* anno 1099. quod antea ab Epifcopis *Patavienfibus* abalienatum, & abftractum fuerat. Plurimùm profuit huic Monafterio, nam paterfamilias erat induftrius admodúmque felix. Refignavit tandem Abbatiam anno Domini 1120. Obiit 5. Iduum Martii anno 1122. Ecclefiæ in *Chirchdorff* Conditor.

15. HERMANNUS præfuit duobus annis vivente adhuc Alramo, & eodem mortuo, tribus annis & aliquot menfibus. Obiit 2. Calend. Januarii anno 1125.

16. ULRICUS eligitur anno 1125. Præfuit annis 6 fub *Papa* Honorio & Epifcopo Patavienfi *Regimaro*. Hujus ætate *Leopoldus* Marchio Auftriæ conftruxit *Claustri-Neuburgium* & *S. Crucis* Cœnobium fplendidiffimum. Obiit Ulricus Abbas anno 1131.

17. ULRICUS fecundus fucceffit primo: Sedit annis 15 fub *Innocentio* Papâ, & *Lothario* Imperatore. Habuit beneficam *Adelheidin* de *Wildberg*, relictam *Ernefti* Comitis de *Hochenberg*: Beneficum item *Albertum* Comitem *de Rebgew*, qui obiit anno 1155. *Pilluogum* item *de Bernftein*.

18. ALBERTUS eligitur anno 1147. Sedit annis 13. Sub hoc Monafterium miferè defædatum, & vaftatum effe legitur. Circa hujus item tempora, Marchionatus *Auftriæ* in Ducatum evehitur per Imperatorem *Fridericum* primum, & primus Auftriæ Dux fit *Henricus* Leopoldi filius. Obiit Abbas Albertus 4. Calend. Aprilis anno Salutis 1160.

19. MARTINUS fedit annis 5. & refignavit anno 1165. quo etiam obiit, ante turrim fepultus.

20. ALRAMUS fecundus Monachus *Gerftenfis* Cœnobii, propè Styriam civitatem fiti, eligitur in Abbatem anno 1165. fedit annis 9. exauthoratur à *Diopoldo* Epifcopo Patavienfi, Iftriæ Marchione; Conftruxit facellum *S. Egidii*, confecratum ab *Alberto* Salisburgenfi Archiepifcopo anno Domini 1170. Emit vineam in *Plikberfperg*. Obiit 3. Nonas Julii.

21. ULRICUS tertius, fratruelis *S. Bertholdi* Monachi Gerftenfis, ex Gerftenfi Priore fit Abbas Cremiphanenfis, anno 1173. Sedit ad clavum annis 9. Habuit beneficum *Ottocharum* Marchionem Styriæ. Profectus eft cum *Leopoldo* Auftriæ Duce ad terram fanctam, unde rediens apud *Accaron* Peloponnefi civitatem obiit, ubi etiam decenter humatus eft. Huic vita *S. Benedicti* Abbatis dedicata & infcripta eft. Circa hæc tempora Hofpitale in Pirno conftruitur ab *Othone* Babenbergenfi Epifcopo.

22. MANEGOLDUS Marchio Iftriæ, frater *Diopoldi* Epifcopi Patavienfis, Monachus S. Georgii è *Suevia* feu Hercynio nemore accerfitus: eligitur anno 1183. fedit annis 23. Confecutus eft privilegium de Ponte in *Weels* fuper *Trunam* conftruendo. Ecclefiam item *Vorchdorff* à *Wolfgero* Epifcopo anno 1196. Fit Epifcopus Patavienfis anno 1206. ubi cùm annis 9. fediffet, obiit anno Chrifti 1215.

23. CHUNRADUS, ex Cœnobio *Seydenftetten* accerfitus, præficitur Abbatiæ huic anno 1206. Præfuit annis tribus & exauthoratur. Sub eo Cœnobium iterùm incendio periit.

24. RUDOLPHUS eligitur anno 1209. Sedit annis 10. condidit Sacellum *B. Mariæ* Virg. & Dormitorium & duo latera ambitûs. Sub hoc Abbate abfoluta eft Ecclefia Cremiphanenfis per *Leopoldum* Auftriæ Ducem à Juribus Advocatorum. Profectus Romam cum Leopoldo prædicto Duce, cum inde in Germaniam redire vellet, obiit in itinere 5. Nonarum Martii anno 1219. Sepultus in quadam Longobardiæ civitate. Succeffit eidem domi concorditer electus

25. BERNHARDUS vir nobilis de *Ableutten*, is fedit ad clavum annis 11. Confecutus eft domum in Anafinâ civitate. Obiit anno 1230. Aliud de eo habetur nihil.

26. HENRICUS ex ftirpe Comitum de *Playn* natus, Monachus *Tegerini* Cœnobii, præfuit utiliter annis 17. poft Bernhardum. Hic cœpit Monafterium renovare anno 1232. fub Imperatore *Friderico* fecundo. Habuit beneficos Epifcopos *Rugerum* Patavienfem, & *Eggenbertum* Babenbergenfem. Deceffit ex hac vita anno 1247.

27. OR-

27. ORTOLPHUS fubftituitur *Henrico*, fedit annis 9. amifit multa prædia ab Epifcopis Pataviensibus *Bertholdo* & *Othone* abalienata: Vendidit privilegium Infulæ Othoni Epifcopo, renovavit dexteram Monafterii abfidem. Exauthoratus anno 1256. Reliquum vitæ privatus exegit. Obiit 5. Calend Junii. Sepelitur in Sacello *S. Egidii.* Ejus ætate in tota provincia graviter tumultuatum eft, propter interfectum Ducem Fridericum anno Domini 1246.

28. BERTHOLDUS fecundus, vir nobilis de *Ableutten* & Monachus *Gerftenfis*, & hofpitalis *Pirnenfis* Præfectus, in hujus loci Abbatem eligitur anno 1256. Præfuit laudabiliter annis 19. Redemit multa, condidit domum Infirmorum. Erigi & teftudinibus concamerari fecit totum Monafterii templum primarium elegantiffimum. Obiit anno 1275. 13. Calend. Decembr. Sepelitur honorificè fub infigni marmore ante aram *S. Crucis.* Succeffit ei

29. FRIDERICUS vir nobilis de *Aych*, qui cœpit adminiftrare vivente adhuc Bertholdo anno 1273. Præfuit 54. annis. Infignis Bibliothecæ augmentator, fed & aliarum Cœnobii (cui plurimùm etiam profuit) poffeffionum. Refignavit anno Domini 1326. retentâ fibi fufficienti penfione.

30. FRIDERICUS fecundus, cognomento *Riczendorphius*, ex oppido Weelfenfi natus, eligitur anno falutis 1326. ætate quidem juvenis, fed ingenio, facundiâ & moribus pluribus etiam fenibus anteferendus: invenit Cœnobium admodùm obæratum, quod mediocritèr iterùm exfolvit. Sedit ad clavum annis 20. Obiit anno 1346.

31. CHRISTIANUS Ottftorpher, vir genere nobilis, pomparum æquo amantior, fucceffit. Sedit ad clavum annis tribus, & aliquot menfibus. Obiit anno 1349. in die S. Elyfæ.

32. ERNESTUS & ipfe vir nobilis de Ottftorph, bonus Paterfamilias, eligitur anno 1349. Sedit ad clavum utiliter annis 11. quibus Cœnobium elegantibus & firmis ædificiis plurimùm auxit & illuftravit, turrésque erexit. Obiit anno 1360.

33. CONRADUS fuevus natione fucceffit, fedit annis duobus, menfibus fex. Vetera privilegia curavit renovari per *Rudolphum* Auftriæ Ducem. Obiit anno 1363.

34. HENRICUS de Grub, patriâ *Weelfenfis*, fucceffit *Conrado.* Sub hoc Abbate gravem rerum fuarum jacturam perpeffum eft Monafterium Cremiphanenfe, cùm propter Bavariæ Ducum, & Rudolphi Auftriæ Principis, inter fe diffentientium, civilia & inteftina bella, tùm quòd eâdem tempeftate utrumque Dormitorium cum B. Virginis Sacello incendio periret.

35. HENRICUS Sulczbegius fubrogatur *Henrico* de *Grub*, fed quo tempore incertum eft. Abfolvit templum *S. Joannis* in Marcâ, inchoatum ab Anteceffore. Obiit anno 1376.

36. MARTINUS de genere Baronum *Polheimenfium* natus, eligitur anno quo Henricus deceffit. Sedit annis 23. Obiit anno 1399. Conflavit multum æris alieni, conftruxit Sacellum rotundum *S. Sigismundi.* Impetravit Romæ *Infulam* de novo pro fe & fuis Succefforibus.

37. STEPHANUS de Auftria, eligitur anno 1399. Sedit annis 6. Obiit anno 1405. Ultimâ Januarii.

38. HERMANNUS eligitur anno 1405 præfuit annis 14. Monachus prius *Metamenfis* apud Bavaros, & homo fenio confectus, qui cùm inveniffet Cœnobium ære alieno plurimùm gravatum; non potuit admodùm feliciter præfidere. Hunc *Albertus* Auftrius, paulò poft Imperator defignatus, in fpecialem gratiam & protectionem fufcepit, & temporalium gubernationi quendam præfecit fidelem militem *Andream Heldlinfperger*, qui Monachis quinque præfuit annis. Idem Dux tandem generalem Vifitationem omnium Patavienfis diœcefeos Monafteriorum impetravit in Conftantienfi Concilio à Papa *Martino V.* in qua *Hermannus* ifte Vifitatoribus refignavit anno Domini 1419. retentâ fibi in reliquum vitæ provifione mediocri & juftâ. Obiit poftea anno Gratiæ 1430.

39. JACOBUS Treuttelkofferus, genere nobilis, eligitur in ipsâ reformatione 4. Martii anno Domini 1419. Præfuit annis 35. menfibus 2. diebus 20. Solvit fex talentorum feu florenorum millia. Condidit Abbatiam è regione maximi templi fitam, & alia memorabilia plurima, Sacellum Abbatiæ, & cellam fub Sacello vinariam, granarium,& carceres circa portam & ftabula equorum, fuperiorem partem turris majoris cum tecto: Bibliothecam & Saerarium libris & clinodiis illuftravit. Dedit exactiones maximas contrà *Huffitas* & *Bohemos.* Obiit 23. Maji anno 1454. Sepelitur in Meridionali abfide honorificè, ante aram *S. Benedicti.*

40. ULRICUS Schoppenfaum, Artium & Juris Canonici Baccalaureus, vir honeftus & probus, fucceffit Abbati *Jacobo*, præfuit fapienter & utiliter, etfi inter maximas difficultates fuorum temporum annis 30. menfe uno, diebus 16. Obiit in bonâ fenectute anno 1484. 9. die Julii. Sepelitur in Septentrionali abfide, ante aram *S. Nicolai* fub faxo elevato. Reditus Monafterii auxit, Bibliothecam libris, Sacrarium aureis & argenteis

teis ac fericinis ornamentis decoravit, totúmque Monafterium ædificiis plurimis communivit & amplıavit, multa perpeffus à vicinis quibusdam nobilibus, qui & Monafterium & marcam vicinam, & alia hujus loci prædia & bona aliquoties rapinis & incendiis infeftarunt: qui tamen fingulari Dei judicio pœnas fuæ hujus Tyrannidis tandem dederunt.

41. BENEDICTUS Brauno fucceffit *Ulrico*, præfuit annis 4. Vir honeftæ vitæ & converfationis laudabılis, qui multa fuftinuit gravia & periculofa propter *Matthiæ* Regis Ungarorum bella & incurfiones. Obiit 29. Julii anno 1488. Sepelitur in abfide Meridionali ante aram *S. Benedicti*. Conftruxit fornacem laterum & Piftrinum.

42. WOLFGANGUS Widmarus, fubularum factoris filius, ex oppido *Steurenfi* oriundus, eligitur anno 1488. Sedit ad clavum annis 12. fecit anno 1494. pingi in meridionali pariete totam fundationis hiftoriam. Condidit eodem anno Capitularem feu pœnitentiæ locum. Circumduxit Cœnobium interiori muro. Obiit anno 1501. 16. Augufti. Sepelitur honorificè in abfide Septentrionali. Fuit Abbas liberalis, & paterfamilias induftrius.

43. GEORGIUS præfuit annis quatuor, cui fuccedit.

44. JOANNES, natione Bohemus, præfuit annis 19. laudabiliter. Fuit Divo Imperatori *Maximiliano* à Confiliis & Confeffionibus, fecit fieri inter cætera ædificia plurima, organum infigne anno 1513. Sedılia Chori anno 1515. Obiit 9. Decembr. anno 1524. Sepelitur ın templo ferè medio.

45. LEONHARDUS, vir pietate & virtute præditus non vulgari, præfuit per unius anni & aliquot menfium fpacium: Obiit anno 1526. fextâ Junii. Sepelitur in templo ferè medio. Erat Propheticorum & Apoftolicorum Scriptorum Lector & cultor ftudiofiffimus.

46. JOANNES Happenzagel, è *Schwenfio* Auftriæ fuprà Anafianæ oppidulo natus, vir omninò doctus & devotus, eligitur anno 1525. præfuit laudabiliter annis octodecim. Fecit fieri inter cætera multa ingenioſiffimam tabulam aræ maximæ, fculptam manu *Joannis Peyfferi*, infignis Statuarii & Phidiæ Norici, cognati mei. Condidit conclavia Regia infignia & novam Abbatiam. Obiit 28. Septembr. anni Chriftianorum 1543. Sepelitur in media Ecclefia honorificè.

47. GEORGIUS Lechnerus, patriâ *Scherdingenfis* Bavarus, vir literis & humanitate clarus, & vitæ honeftate & modeftiâ venerandus, eligitur in Abbatem anno Chrifti 1543. Præfidet laudabiliter & utiliter hoc adhuc currente anno Domini 1552. Literarum & Literatorum fautor infignis, qui & Marcam vicinam & Cœnobium ipfum plurimis magnificis ftructuris illuftravit; Inter multa verò inprimis turrim & teftudinem portæ vicinam aut contiguam cum Judicis conclavi anno 1545. conftruxit, anno vero fequenti totum exteriorem murum perelegantem ac robuftum, cum turribus, & propugnaculis quinque firmiffimis, & unâ portâ versùs Marcam eunte, anno 1547. quatuor domos infignes erexit in marcâ. In Cœnobio verò foffum quadratis lapidibus conftruxit, & ex imo ad fummam ufque exædificavit. Anno fequenti firmiffimam turrim, Praxatorio contiguam, ex lapide fecto & quadrato conftruxit in altum. Anno 1549. iterùm duas magnificas domos in Marcâ condidıt Gltetenfem, & Schoperanam: Molendinum item in quo papyrus confici folet, omnibus neceffariis & ædificiis, & commoditatibus aliis inftruxit: Et quod omnium maximum ac in viro Abbate & religiofo verè laudabile eft, infignem fcholam in fuo Cœnobio aperuit, in quâ juventus Chriftiana, & inprimis pauperum puerorum magna caterva non alitur modo, fed & literis & pietate & bonis moribus informatur ftudiofiffimè: plurimus in hoc diftans ab aliis hujus fæculi Abbatibus, qui literarum odio plerúmque flagrant, & juventutis curâ omninò non afficiuntur. Haris idcircò quàm aris potius adhibendi, cùm fuci potius funt, quàm apes Deo & Ecclefiæ utiles: in quos iratus Deus gravi aliquando pœnâ & ultione juftâ animadvertet.



POMERII HORTUS, vulgò *Paumgartenberg Cifterzienfis* inftituti infigne Monafterium, in provinciâ Auftriæ *fupra Anafianâ*, tribus ab Anafiana civitate lapidibus, non procul à finiftrâ Danubii ripâ ad *Narium* fluviolum (qui infra Cœnobium, quod perfluit, *Danubio* confluit) verè in amœniffima paradifo fitum, fundatum eft vivente adhuc *S. Bernhardo* in honorem B. *Mariæ* Virginis, anno Domini 1142. ab *Othone*, Marchione Auftriæ, ejusdémque uxore Domina *Geuta*, quæ Erlacenfis Monafterii Monialium quoque fundatrix eft, & Comitiffa fuit de *Peybelftein*. Fundator Ottho obiit anno 1148. Sepelitur honorificè in domo Capitulari fub infigni marmore. Abbatum hujus loci, baculiferorum faltem, talis à me collectus eft Catalogus.

1. FRIDERICUS, vir literatus, ex Parifiorum Academiâ in Auftriam reverfus, Abbas *S. Crucis* in Auftriâ, ex Moremundenfi Monacho factus, Epifcopi Frifingenfis *Otho-*

Othonis, olim in ſtudio univerſali, & poſtea in ordine familiaris ſodalis & amicus, eligitur in Abbatem Paumgartenbergenſem anno 1142. quàm diu præfuerit, neſcitur: deſignatus poſtea Epiſcopus in Ungariâ, tamen tandem huc rediit, hic ſepultus anno 1151. Conſecutus privilegia ab *Eugenio* Pont. Max.

2. HERMANNUS primus obiit in Abbatiæ gubernatione, ſed quo anno incertum.
3. HERMANNUS ſecundus hujus nominis. Obiit Abbas.
4. FRIDERICUS ſecundus hujus nominis. Obiit in Abbatia.
5. REINBOTO non obiit ut Abbas, quia reſignavit devotionis ergò.
6. RUDIGERUS præfuit annis 30. & reſignavit, abſolvit ſtructuras Monaſterii. Conſecutus eſt privilegia ab *Innocentio* Papa anno 1209.
7. BURCARDUS devotionis cauſâ etiam reſignavit.
8. PILGRINUS author & conditor Aquæductuum. Abbas tandem *S. Crucis.*
9. SIMON dedicari fecit Monaſterium, & id totum muro primus muniri fecit.
10. BERTHOLDUS ſtrenuus ſui ordinis Centurio; factus tandem Abbas S. Crucis.
11. HENRICUS vir pius, tandem etiam Abbas ad *S. Crucem.*
12. JOANNES reſignavit devotionis ergò.
13. WALTHERUS è *S. Crucis* Cœnobio aſſumptus: Dormitorium condidit, & Cœnobii murum & munitiones abſolvit, ac tantus fuit hujus loci benefactor, ut ejusdem ſecundarius haberetur fundator. Obiit plenus dierum & bonorum operum in Abbatiâ.

14. CHUNRADUS Prior hujus loci, fit ejusdem Abbas: præfuit annis 11. Reſignavit. Condidit ſacellum & Refectorium, multa redemit, plura comparavit.
15. ALHARDUS, Prior de *Zwetel*, fit Abbas: abſolvit Refectorium, & partem ambitûs propè cellam vinariam. Sedit annis 3. & reſignavit, rediens unde venerat.
16. RAPATO de *S. Crucis* Cœnobio poſtulatus, condidit ſacellum Infirmatorii, Aquæductum lavatorii inchoavit, quem morte præventus non abſolvit. Sedit annis 11. & obiit.

17. OTHO ex priore Abbas deſignatur, præfuit annis 3. Conſummavit Aquæductum lavatorii, eam partem ambitûs, quæ Refectorio vicina eſt, conſtruxit & abſolvit. Senio confectus, & adverſâ valetudine laborans reſignavit liberè.
18. WALTHERUS 2. annis præfuit, & devotionis causâ reſignavit.
19. CHRISTIANUS præfuit 16. annis laudabiliter: condidit granarium in piſtrino, lavatorium, & id ambitûs latus, quod Capitulari domo vicinum eſt, & duas ſtubas Infirmatorii: paradiſum non abſolvit, morte præventus.
20. EBERHARDUS 3. annis & 6. menſibus Abbatiam rexit, & eâ poſtea ſeſe abdicavit.

21. OTHO aſſumptus eſt de *S. Cruce*, ſed tantùm ſeptimanis quatuor, mox ad locum unde accitus erat, reverſus.
22. D. CONRADUS Jeſwiczerus bis Abbas, turrium conditor & campanarum. Deceſſit ex hac mortali vita anno 1335.
23. RUDEPERTUS vir pius & benignus, ſedit 2 annis & reſignavit.
24. REINHARDUS de Wien natus, præfuit utiliſſimè annis plurimis, fecit veteri Abbatiâ deſtructâ novam & egregiè illuſtrem, & alia plurima, lavatorium plumbeum & ſumptuoſum, cujus ſuperiori circumferentia hæc ſuperaddita eſt epigraphe.

Anno Domini 1344.
Reinhardus vitâ fecit pius hoc opus Abba
Per manus artificis Liebhardi Pataviensis.

Et Sacella quædam. Emit ornamenta & clinodia multa.
25. JOANNES Schwenterus, de liberâ civitate ſuper Anaſiana, ad *Aſtium* fluviolum ſita, oriundus: Præſedit Abbatiæ annis 18. laudabiliter.
26. STEPHANUS ſedit annis 4. & dimidio, & pietatis ergò reſignavit
27. JOANNES Hadamarius de Lengenfeld, præfuit 32. annis laudabiliter, fecit teſtudinari quartam ambitûs partem dormitorio vicinam. Obiit in vigiliâ *S. Matthæi* Apoſtoli.

28. ANDREAS ex Cellæ Præfecto Abbas factus, utiliſſimè præfuit annis 15. bonus paterfamilias, Grangiarum author & amplificator.
29. STEPHANUS de Darnach, oppidulo Auſtriaco, oriundus, vir pius, benignus & devotus; Præfuit 33. annis laudabiliter, quibus plurima perpeſſus eſt, & plurima damna fecit ſub excurſionibus *Huſſitarum*, à quibus Cœnobium direptum aliquoties & vaſtatum, ſed ab hoc Abbate longè magnificentius reconditum & reſtauratum eſt: Imprimis verò novum & luculentiſſimum Chorum fecit. Confectus ſenio reſignavit. Sepelitur in Choro ſuo novo poſt ſummam aram. Obiit anno Domini 1454. 13. Octobr.
30. WOLFGANGUS multis ſtructuris Cœnobium illuſtravit.

31. SIGISMUNDUS ex oppido *Weels* oriundus, obiit anno 1469. plurima condidit Monasterio utilia.

32. ERHARDUS de *Ardaco* oriundus, præfuit laudabiliter annis 18. Condidit Sacellum *S. Lamperti*, author piscinarum, & fontis propè Abbatiam siti, conditor organi. Decessit anno 1487.

33. JOANNES de *Novo foro* oriundus, vir longâ & procerâ staturâ, præfuit annis 12. Obiit Viennæ anno 1499. Sepelitur in Cœnobio *S. Crucis*.

34 JOANNES de Hirschow, vir brevis staturæ, Artium Philosophiæ Magister, præfuit 8. annis, fecit piscinam insignem propè *S. Ulrici* montem. Obiit in oppido Mclicensi sub cura Medicorum anno 1507. ætatis suæ vix 40. anno.

35. WILHELMUS Lutifugelius, *Augustanus*, eligitur in Calendis Januariis anno 1508. Præfuit annis 11. Decessit anno 1519 quo etiam *Maximilianus* obiit

36. HENRICUS Kernius, ex *Tumbacensi* superioris Palatinatûs oppidulo natus, Lanii filius, eligitur in die S. Luciæ anno 1519. Præfuit & profuit annis 22. Decessit anno Christi 1541. Sepelitur in Paradiso.

37. HERMANNUS Schednerus ex eodem *Tumbacensi* oppidulo natus, 8 milliaribus à Norimbergâ, Germaniæ Metropoli, successit conterraneo suo in Vigiliâ Ascensionis Dominicæ Anno 1541. præsidet laudabiliter & utiliter hoc adhuc currente anno 1552. diligens Monasterii sui paterfamilias ac illustrator. qui sibi in patriæ suæ templo tale, me authore, erigi fecit monumentum.

Hermannus Schedner patriâ sum natus in istâ
Illa aliquando mei possit ut esse memor,
Hanc tabulam fieri curavi, providus Abbas
In pulchris terris Austria pulchra tuis.
Hic ubi pulchra jacet Paumgartenberga, celebris
Et multâ illustris Religione domus,
Vos natura mihi quos fecit compatriotas,
Pro me orate pium qui tenet astra Deum.
Ut mihi per Christum pateat pia Regio cœli
Et possim in placida vivere pace diu.

****

WALDHUSIUM *S. Joannis* Ecclesia Canonicorum Regularium S. Augustini, perelegans Monasterium in Austriâ (quæ provinciæ suprà Anasianæ annumeratur) medio ferè itinere inter *Ipsensem* civitatem ac *Greynense* oppidulum, non ad *Danubium*, sed dimidium milliare à sinistrâ Danubii ripa intra altissimorum montium fauces, in elegantissimâ valle ad *Sadmingum* fluviolum, qui propè Sadmingenstein marcam Danubio confluit, in pulcherrima Paradiso situm. Fundatum legitur in honorem *S. Joannis* Evangelistæ anno Domini 1147. ab Illustri Comite *Othone de Machlandt*, qui cùm ex *Geuta*, Conradi *Comitis de Peilstein* filiâ, nullam prolem excepisset, obiit ultimus suæ stirpis ac Familiæ totius, anno Domini 1149. Sepultus in Paumgartenbergensi à se etiam fundata Abbatiâ Cistercienfi. Habuit is fundator fratrem *Walchunum*, aliàs *Strovogel* dictum, is ex *Beatrice* conjuge excepit filium *Ulricum de Vochburg*, qui dedit huic loco villam *Stranzendorff*. Adjuvit fundatorem *Reginbertus Episcopus Pataviensis*, & ipse Comes de Peilstein aut Pilenstein, qui ordinavit, ut singulis annis in memoriam hujus fundationis, die *S. Joannis Evangelistæ* spenda celebretur, distributio nimirum panis & vini, ad quam hoc currente anno 1552. venerunt quatuor hominum, vicinas sylvas habitantium, millia. In laudem hujus amœnissimi loci tale epigramma ab erudito quodam viro, *Andrea Cydonio*, lusum est.

Phœbus ad Eurotan pavit, Pan rura fovebat
Sylvarum Dryades percoluêre domos:
Hic Jovis hospitium est, hic sunt quoque Thessala Tempe
Quis velit hunc igitur non habitare locum?

Habuit hoc Cœnobium benefactores illustres *Comites de Klamme*, Dominos *de Volckensterph*, *Wezilonem* militem *de Erbing*, & *Schweinbeggios* nobiles viros, fundatores Sacelli B. Virginis. Habet gubernatores Præpositos, quorum talis à me Catalogus congestus est.

1. GERUNGUS.
2 SELCKERUS obiit in Junio.
3. HERTANDUS
4. SICHARDUS apud *S.* Hypolitum in Austria inferiori sepultus.
5. HERDWICUS utilissimè præfuit, vineas comparavit, libertatem Advocatiæ, & jus *Machfuetter*, quod dicitur, consecutus est. Circa hujus Præpositi tempora occubuit ad Leytam fluvium *Fridericus* Austriæ & Styriæ Dux, in expeditione contra Ungaros suscepta 17. Calend. Julii Anno 1246.

6. BER-

6. BERTOLDUS.
7. HENRICUS.
8. ULRICUS.
9. BERTOLDUS secundus obiit anno 1307. aliud de his omnibus nihil annotatum est.
10. ULRICUS cognomento *Pernauer*, præfuit annis 11. & obiit anno 1318.
11. WISENTO Stoczendorfferus ex Neunburgâ claustrali evocatus. Sedit ad hujus Præpositturæ clavum annis 30. Obiit ultimâ Octobrium anno 1348. Bonus pastor, bonus paterfamilias, & verè secundarius hujus loci fundator.
12. HENRICUS obiit mense Decembri.
13. FRIDERICUS obiit anno 1382.
14. HENRICUS Schweinbeggius, vir nobilis, præfuit utilissimè 31. annis. Obiit anno Christi 1413. Septembr. 28.
15. OTTO Schweinbeggius successit *Henrico*, cognato suo, præfuit laudabiliter annis 36. Sub eo vastatum est Cœnobium miserè ab *Hussitis* anno 1433. Obiit anno salutis 1449. Sepelitur in Schweinbegiorum Sacello.
16. JOANNES Norimbergensis, præfuit annis 9. Obiit anno 1454.
17. MARTINUS Eggius artium Philosophiæ Magister & Decretorum Doctor, 3. tantùm annis felicissimè & utilissimè præfuit, quibus & Cœnobium elegantibus ædificiis illustravit, & Bibliothecam auxit, ac historiam *S. Joannis primarii* composuit. Obiit anno salutis 1457. Sepultus in medio Ecclesiæ.
18. JOANNES Radelbrunner præfuit quinque annis; resignavit anno 1462. Desiit esse inter mortales anno sequenti 1463.
19. PAULUS Riederdeibius, præfuit duobus annis, obiit anno 1464.
20. ERHARDUS Saurmacher ex *Wallthausen* natus, utilissimus hujus loci gubernator. Obiit anno 1475. Sub ejus gubernatione cinxit & hoc Cœnobium & Oppidulum non procul dissitum *Sarmingstein* obsidione *Wilhelmus Baro de Buchheim* anno 1465.
21. RAMUNGUS Steinerus obiit anno 1490.
22. JOANNES de Weyten, præfuit per unius saltem anni spacium. Obiit anno 1491.
23. ERHARDUS Sanmacher, præfuit duobus annis. Obiit anno 1493.
24. MARTINUS Scheicz'achius ex Pergensi Oppidulo natus, vir afflictæ valetudinis, præfuit 7. annis. Obiit in Jubilæo anni 1500.
25. CONRADUS Schrodt, vir nobilis, ex arce *Streitwisen* oriundus, magnus hujus loci benefactor, qui & utilissimè præfuit, & totum ferè Cœnobium de novo instauravit. Præfuit annis 30. Obiit anno 1530. Sepelitur in ambitu. Sub ejus gubernatione anno 1511. *Maria Blanca* Maximiliani Imperatoris conjunx in Oeniponte obiit: & postea *Maximilianus* Imperator anno 1519.
26. CONRADUS Weger ex *Sarmenstein* patre præfecto natus, præfuit annis 9. utiliter. Obiit anno 1540.
27. MYCHAEL Sunndlauttner, ex *Waldhausensi* marcâ (quæ Abbatiæ paret) natus, eligitur in Vigilia *S. Andreæ* anno 1540. Præsidet feliciter & laudabiliter hoc currente anno Domini 1552. Vir humanus & hospitalis.

Hic Mychaël situs est Sunndleuttner venerandus,
Hujus sacratæ præpositùsque domus.
Pro quo perpetua Christum pietate precare,
Quisquis ad hæc Lector marmora nostra venis.
Vive, vale, mortis semper memor ejus, & hora
Quæ vocat extremi judicis ante thronum.
12. Maji.

****

S. HYPOLITI, insigne ac opulentum Monasterium, *Canonicorum Regularium S. Augustini*, in ipsa *S. Hypoliti* Austriacâ & insigni civitate, ad *Traysam* amnem, qui infra Traysmarensem Marcam *Danubio*, confluit, quatuor à *Tulna*, octo à *Viennâ* Austriæ Metropoli, tribus à *Melckio* vel Claudino milliaribus, totidémque à *Cremsio* situm est: id à quibus fundatoribus, & quo tempore etiam initio conditum sit, in fastos relatum non est. Fundatum tamen creditur initio ab iisdem, qui fundârunt *S. Quirini* Cœnobium Tegernsee. Dotatum est liberaliter à *Peringero Episcopo Pataviensi*, annum Christi circiter 1040. & ab ejusdem etiam Successore Episcopo *Engelberto*, qui dederunt huic loco Ecclesiam *Bechamstirchensem* & pagum *S. Christophori* cum Decimis, ac alia etiam prædia. *Altmannus* Antistes Pataviensis Engelberti successor, reformavit, ampliavit, & auxit idipsum. Habuit hoc Cœnobium inter cæteros benefactorem *Hardwicum* nobilem virum *de Traysen* & *Len-*

& *Lengenbach*, annum circiter Chriſti 1550. cujus cognati, *S. Andreæ* vicinum Cœnobium & fundarunt, & munificè dotarunt. *Mangoldus* verò *Pataviensis Epiſcopus* annum circiter Chriſti 1210. huic Cœnobio Parochialem Eccleſiam Hypolitenſem dono dedit pleno jure poſſidendum: tum enim civitas S. Hypoliti ad Epiſcopos adhuc Patavienſes pertinebat, quæ poſtea in Archiducum Auſtriæ manus ac ditionem pervenit. Habet hoc Cœnobium gubernatores Præpoſitos, quorum talem congeſſi Catalogum, ex variis Cœnobii monumentis.

1. EINWICUS.
2. HAYMO.
3. SIGHARDUS Præpoſitus & Archipresbyter.
4. ENGELBERTUS primus Præpoſitus ab Altmano conſtitutus, vir prudentiâ & eloquentiâ præditus ſingulari.
5. MEINHARDUS.
6. ALBERTUS alibi Albero.
7. ECCHARDUS.
8. HENRICUS.
9. SIFRIDUS.
10. PHILIPPUS.
11. EBERHARDUS.
12. BERTHOLDUS.
13. MARQUARDUS.
14. JOANNES.
15. HENRICUS de Vienna, quorum omnium ſucceſſio ordinaria etiam incerta eſt, nam nihil omninò extat in faſtos relatum.
16. DIETMARUS Rorarius obiit anno Chriſti 1359.
17. ULRICUS Feyrtag, ſacelli B. Virginis in cœmiterio fundator, præfuit annis 10. Obiit anno 1369.
18. LEUTHOLDUS præfuit annis 11. Obiit 1380.
19. FRIDERICUS ſedit ad clavum annis 8. Obiit anno 1388.
20. GERUNGUS Piſchingus præfuit annis 17. Obiit anno 1405.
21. OSWALDUS Luglerus præfuit annis duobus. Obiit anno 1407.
22. WOLFGANGUS vir pius ac devotus, ſedit per unius tantùm anni ſpatium, & exceſſit è vivis anno 1408.
23. STEPHANUS præfuit annis quinque. Obiit anno 1413.
24. ULRICUS potitus eſt rerum hujus Monaſtici loci annis 13. Obiit anno 1426.
25. CHRISTIANUS Sebiſer, præfuit annis 12. & aliquot menſibus. Obiit anno 1439.
26. CASPAR Doctor Decretorum. Sedit annis 17. Obiit anno Domini 1456. Sepelitur in ambitu.
27. PHILIPPUS præfuit annis 10. Obiit anno 1466.
28. GEORGIUS ſedit ad clavum annis 8. Deceſſit anno gratiæ 1474.
29. THOMAS artium Philoſophiæ Magiſter, præfuit annis 4. Obiit anno 1478.
30. COLMANNUS ſedit annis 10. Emigravit ex hac vita 1488.
31. JOANNES præfuit paucis menſibus, & eodem quo electus eſt anno obiit.
32. WOLFGANGUS ſedit annis 8. Obiit anno 1496.
33. BARTHOLOMÆUS ſedit ad Præpoſituræ clavum annis 19. Sub ejus gubernatione calamitoſiſſimo incendio periit unà cum Cœnobio tota civitas S. Hypoliti, anno 1512. in die inventæ *S. Crucis*: gerente *Maximiliano* Imperatore bellum cum Venetis, à quibus miſſi tunc ferebantur ejuſmodi incendiarii. Cœpit reſtaurari Cœnobium, feliciter à Succeſſore abſolutum. Obiit anno 1515.
34. JOANNES Marichartus Auſtrius, artium Philoſophiæ Magiſter, vir literis & prudentiâ clarus, præfuit annis 15. laudabiliter tam ſpiritualia quàm temporalia adminiſtrans, & Cœnobium incendio prius deletum præclarè inſtaurans. Obiit in die S. Apolloniæ anno 1531. Sepelitur honorificè in abſide primarii templi Septentrionali.
35. JOANNES Berlimsreutter ſedit annis 8. & reſignatâ hâc Præpoſiturâ, ad *S. Andream* aliam vicinam deſcendit anno Chriſti 1539. quo etiam obiit.
36. MARTINUS Rennhofer, præfuit 45. Septimanis tantùm, & obiit anno 1539.
37. LEOPOLDUS Hagenius ex *Gunsbachio* natus, ſucceſſit *Martino*, vir gravis & aliis præclaris virtutibus præditus. Is hoc adhuc currente anno 1552. laudabiliter huic Præpoſituræ præſidet, quo ſibi erigi curavit Memoriale marmor in abſide ſeptentrionali cum tali Epigrammate, & cujus author eſt vir literis & pietate conſpicuus Dominus *Georgius Gradarius* Tifernus Styrus, Scholæ ad S. Hypolitum Rector, artium Philoſophiæ Magiſter Viennenſis, amicus mihi ſingularis.

Condi-

Conditur hîc Præpoſtus Hagen terrâ Leopoldus
Corpore: namque animus ſydera celſa petit.
Dira ſecat lachesis pueróſque ſeníſque verendos,
Fert ita ad agnatos dum ſua jura manent
Quare homines miſeri, non vobis, vivite Chriſto:
Namque breve eſt iſtud vivere & inſtabile.
At quiſquis Domino vivit, licet horrida quæque
Jura ſubit mortis: non perit ille tamen.
Æthera ſed clarum ſcandens loca ſancta piorum
Poſſidet æternum: nec phlegetonta ſubit.

HERCZOBURGUM elegantiſſimum *Canonicorum Regularium S. Auguſtini* Cœnobium, quod eſt in Auſtria inferiori ad *Trayſam* amnem, in ejusdem nominis inſigni oppidulo (quod Auſtri Marcam vocant) per unum milliare infra S. Hypoliti civitatem, in peramæno loco ſitum, fundatum & extructum legitur in honorem *S. Georgii* anno Chriſti 1112. ab *Ulrico* quodam *Comite ab Heſſit*, in Meroniæ Ducatu habitante, quem aliqui dixerunt Comitem Tyrolenſem. Is Eccleſiæ Patavienſis Epiſcopus erat, qui legitur è vivis exceſſiſſe 8. Iduum Auguſti, anno 1124. Inchoavit verò Epiſcopus & Comes prædictus hoc ipſum Cœnobium initiò in Inſulâ quadam Danubianâ, infra aut circa civitatem ſuam Trayſmaverianam ſita, quæ hodiè adhuc *S. Georgii* nomen tenet. Ubi cùm locus iſte inundatione quâdam Danubianâ penè periiſſet, facta eſt Canonicorum translatio ex Inſula in eum locum, in quo hodiè adhuc conſpicitur, in viciniam videlicet Monaſterii S. Andreæ. Habet Cœnobium hoc gubernatores Præpoſitos, quorum non invenio integrum Catalogum, eorum tamen, qui in faſtos relati ſunt, nomina obticere nolui.

1. WISENTO anno Domini 1120.
2. CATOBOLDUS anno 1150.
3. RUPERTUS anno 1159.
4. HARDOVICUS anno 1160.
5. MARQUARDUS anno 1186.
6. ENGELSCHALCUS, ultimus S. Georgii in Inſulis Præpoſitus, & primus Herczogburgenſis, ſub quo facta eſt translatio, præfuit anno 1243. Facta autem eſt translatio anno 1267. poſt quem deſiderantur aliqui, nondum inventi.
7. TROSTO præfuit anno Domini 1321.
8. ALBERO præfuit anno 1349.
9. NICOLAUS de Wernula Præpoſitus obiit anno 1360.
10. JACOBUS præfuit annis 31. Obiit anno 1391. Fundator ſacelli *S. Thomæ*, in quo eſt humatus.
11. JOANNES præfuit anno 1438. fuit artium & Philoſophiæ Magiſter. Poſt hujus tempora ſub Præpoſitis, quorum nomina interciderunt, gravem accepit hoc Cœnobium ruinam & cladem, anno enim Domini 1463. tertiâ feriâ, poſt Paſchale feſtum, gravi obſidione cinctum eſt oppidulum Herzogburgenſe, ac unà cum Monaſterio, ſpoliatum ac direptum, à *Bohemiæ* quibusdam *Regulis Raptoribus*, *Georgio* ſcilicet à *Vetaw* & *Vatislao* ac *Franciſco*, *Regulis de Hag*, qui trium millium collectâ manu viciniam omnem pervagati, eandem ferro & flamma graviter ac immiſericorditer infeſtârunt, ſub quo autem Præpoſito id factum ſit, ignoratur. Hactenùs ſeries Præpoſitorum manca eſt, ſed quæ ſequitur, ordinaria eſt, & certa ad hæc noſtra uſque tempora.
12. LUDOVICUS Doctor eximius.
13. WOLFGANGUS.
14. WERNHERUS.
15. HERMANNUS.
16. MANGOLDUS, de quibus nihil invenio.
17. THOMAS Kæsbachius eligitur anno Domini 1466. Præfuit annis 18. Obiit 20. Februarii Anno Chriſti 1484. Sub ejus adminiſtratione accidit, ut anno Domini 1473. ipsâ die *S. Xyſti*, Marca Herczenburgenſis, unà cum toto Cœnobio iterùm capta & direpta in cineres redigeretur, à raptoribus Bohemis, quorum primarii duces erant *Sotonius*, & *Thierndeuffel*. Præpoſitus auffugerat ad S. Hypolitum, Canonici in Cœnobio miſerè à Bohemis trucidati ſunt.
18. GEORGIUS Eiſnerus ſucceſſit *Thomæ*, ſedit annis 29. Deceſſit anno Domini 1513. 20. Auguſti. Primus hujus loci *Præpoſitus infulatus*. Sub cujus regimine major Cœnobii pars incendio periit 7. Maji Anno 1512. Incendium in ædibus *Joannis Ernreich* civis natum eſt.

19. CASPAR Grinczingerus, præfuit annis 4. menfibus 2. Obiit anno 1518. Calend. Novemb.

20. JOANNES Wernhartus de *Nußdorff*, eligitur 20. Novembr. anno 1518. Sedit annis 15. menfibus 11. diebus 24. Obiit 3. Nonarum Octobris, anno Chrifti 1533.

21. BERNHARDUS Schönnbergerus eligitur 9. Octobr. anni 1533. Sedit annis 7. & aliquot menfibus. Obiit anno 1541.

22. PHILIPPUS à Maugis *Flandrus*, (fi rectè memini) vir literis, prudentiâ, & authoritate præditus fingulari, ex Regiæ Majeftatis filiorum aulâ ad gubernandum hunc locum emiffus eft anno 1541. Præfedit 9. annis laudabiliter. Adfcifcitur in Confilium Regiæ Rom. Majeft. anno 1545. femper ferè Viennæ in Regiis negotiis, etfi admodùm afflictâ valetudine præditus. Is anno Domini 1550. in Italiam iturus, ut confuleret ibi Medicos, & ut in ipfo Jubilæo videret Romam: cum Greczium (quæ Styriæ caput eft) veniffet, capitis doloribus (quibus per biennium laborabat) immaturâ morte abreptus eft 23. Aprilis, funus à Succeffore (qui tum illi intimus, & amicus conjunctiffimus, ejusdémque itineris Comes erat) Herczogburgum deductum eft, ubi in B. Virginis facello honorifice, non ab Herczogenburgenfibus tantùm, fed à S. Hypoliti civibus exceptus, & publico omnium bonorum luctu fepulturæ traditus eft. 9. Calendar. Maji, cum tali virtutum fuarum elogio, cujus author ego fum.

Præpofitus gelidâ jacet hâc fub mole Philippus,
A Maugis prifcâ nobilitate potens.
Ingenio magnus, major pietate, fidéque
Eloquio præftans, authoritate gravis.
Fernando Regi qui Confiliarius aulæ,
Ejufdem Regis curâque amórque fuit;
Is non præfuit huic tantùm, fed profuit, ædi
Multum etiam ingenio confiliisque fuis
Dignior in Gray longos qui Neftoris annos
Vixiffet: tanti numinis inftar erat.
Nunc lætus fupera cum Chrifto vivit in aulâ,
Virtutifque fuæ præmia jufta capit.

23. BARTHOLOMÆUS de Catanæis Italus, honefto loco natus, vir literis & pietate clarus, Canonicus Viennenfis, eligitur in hujus loci Præpofitum anno 1550. Præfidet hoc currente anno Domini 1552. quo me in ejus notitiam adduxit clariffimus vir Dominus *Leonhardus Pulczerus*, Civitatis Hypolitanæ Præfectus, ejusdem Domini Præpofiti & anteceffsoris amicus conjunctiffimus & incomparabilis. Conftruxit inter cætera multa Dominus hic Præpofitus infignem Scholam, cui tale meum Epigramma infcribi curavit.

Hefperiis rediit quo Maximilianus ab oris
Tempore, cum gnata Carole Quinte tua:
Jámque fuæ patriæ pro libertate tuenda
Irati raperent Teutones arma Duces:
Hanc Phœbo & Mufis, juvenum ftudiisque bonorum
Erexi fedem Bartholomæus ego:
Ex Catanæorum qui natus pofteritate
Præpofitus templi nobilis hujus eram.

Querfurtenfes Comites & Duces de Supplenburg creati, & eorum Genealogia veriffima.

Comes quidam Querfordiæ genuit

- *Brunonem* Canonicum virum fanctum.
- *Gebhardum* Comitem Querfordiæ: qui ex Domina *Sophiâ, Comitiffâ* de *Mansfeldt*, excepit
  - *Haidwigin*, desponfatam *Ludovico* Thüringiæ Landgraphio.
  - *Burcardum* Comitem. Is genuit
    - *Gebhardum*, Comitem de Supplenburg, qui ex *Haidwige*, Friderici Burggravii Norimbergenfis, & Marchioniffæ Brandenburgenfis filiâ, deinde Dieterici Weftlandiæ Ducis uxore excepit

Gertru-



Gertrudin, Florentii Holandiæ Comitis uxorem. — *Rixam*, Clevensi Comiti desponsatam. — *Lotharium*, Saxonem Rom. Cæsarem anno 1125. Is ex *Richensa* Comitissa de Northeim genuit — *Conradum*, Saxoniæ Ducem, cujus uxor Lucia Sueviæ Ducissa, fundatrix Echlingensis. — *Udam* uxorem Sighardi Comitis Bavariæ.

Gertrudin unicam filiam, Henrico Welphami Saxonum & Bavarorum Duci desponsatam.

Greiffenberg.

Otto, ex *Uta* uxore excepit

Othonem de Greiffenberg. Is ex *Adelbeide de Cammer* sustulit — N. uxorem Arnoldi de Messenhausen.

Othonem. Is duxit *Ursulam de Schmiechen*. & *Joannem* duxit is *Margariden de Kneringen*.

NB.

Zimmern Monasterium fundatum est à *Rudolpho de Hirnheim*, & alto castro: ejusque uxore *Adelheide*, ab Alberto item ac Hermanno fratribus Rudolphi annum Christi circiter 1226.

Excerpta ex *Nicolai Hamaxurgi* Celsiopolitani Genealogiis, quarum sunt libri sex apud Doctorem *Joannem Goselium* Viennæ.

Lechsberg.

Conradus anno 1240. Is genuit

Hermannum. — Conradum. — Rupertum anno 1263 — Gertrudin Abbatissam in Schönefeld.

NB.

D. *Ursula de Taunegk*, Ulrici filia Abbatissa in Schönfeld anno 1525.

Thierheim.

Wickerus de Thierheim, anno 1215. genuit

Ulricum. Is ex nobilissima fœmina *de Rotenstein* excepit

Joannem de Thierheim qui vixit anno 1330. Is ex Domina *Margaride de Agewang*: — *Conradum* anno 1303.

Mangoldum Canonicum Augustanum. — *Ulricum* de Thierheim, qui vixit anno 1360. Is genuit — *Annam* desponsatam Conrado de Schrag.

Eberhardum de Thierheim: qui vixit anno 1430. & excepit ex *Anna Strælina*

Georgium de Thierheim in Reichenbach: cujus uxor Barbara de Stauffen. — *Ulricum* Doctorem Medicinæ, Virum literis & pietate & vera virtute præstantissimum, & qui multorum mores, multorum viderat urbes, totum Septentrionem & orientem pervagatus. — *Guilielmum* in Plberzell. Is ex Knöringensi multos habuit liberos. — *Eberhardum* Castellanum. — *Magdalenam* Abbatissam in Kunigsfelden.

Pappenheim & Callatin.

Ernestus de Callatin anno 1160. Is ex Eulalia Barona de Neuffen excepit

Rudolphum de Callatin. Is ex *Pignada Barona de Heuwen* excepit — *Henricum* de Callatin, qui duxit uxorem *Gutam* ingenuam *de Reichenbech*: ex qua excepit

Rudolphum Monachum.

Rudolphum. Is duxit *ingenuam de Albe*, & genuit ✠ 1. — *Fridericum* Marsallum de Callatin. Is ex *Omelia Comitissa de Wittelspach* excepit ✠ 2.

1.

Rudolphum Juniorem, qui ex *Celestina Ducissa de Schiltbach*, non excepit prolem.

2.

Henricum Marsallum *de Pappenheim.* Is duabus uxoribus *Prisca Barona de Staffeln* & *Potentiana Comitissa de Eichelberg*, *sustulit*

Is Othonem Wettelspachum trucidavit, ultus Cæsarem Philippum anno 1209.

Julianam Sifridi Ducis de Teck conjugem legitimam.

Henricum Marsallum & militem in Pappenheim: qui duxit *Irmelin de Staffeln*, & alteram quandam de *Hurnheim*, ex quâ excepit

Rudolphum Marsallum. Is ex conjuge Domina Sophia de Hohenrehberg nihil.

Petronellam de Bodnem.

Scolasticam Monialem.

Hildebrandum Marschallum de *Biberbach*: qui ex duabus uxoribus *Anna Comitissa de Burgaw*, & *Geuta de Clingburg* excepit

Henricum Marsallum *de Rechberg*, ex 2. uxore à quo Marsalli de Reichen & Werting, descendunt longâ serie.

Hilbrandum Canonicum Augustanum.

Guilhelmum Marsallum de Biberbach ex Guta de Kullental sustulit

Annam de Hohen-eck.

Henricum. Is genuit Catharinam Monialem.

Guilielmum Marsallum *Piberbacensem*, qui ductâ uxore *Annâ de Terringen* excepit

Gutam Uxorem *Pupelini de Ollerbach* matrem Burcardi Episcopi Augustani.

Sifridum militem qui ex *Annâ de Sau-sheim* genuit

Erckhingerum Marsallum. Is genuit

Joannem, qui duxit Beatricem de Gumppenberg.

Erasmum, qui ex *Anna de Stein* sustulit

Erkingerum secundum, & filias *Engelburgin* de Knoering, *Veronicam* de Knoering, *Hilariam* de Gumppenberg, Agnetam Monialem. Erchingerus ex *Dorothea Medlingerin* excepit

Georgium Marsallum. Is ex *Felicitate de Lebers-kirch* sustulit

Acbacium Marsallū.

Erkhingerum. Is habuit conjugem Dominam *de Lerchenaw*.

Euphrosinam, nuptu diviti *de Hundt*.

Joannem Marsallum, qui ex *Brigitta de Wester-stetten* excepit

Hauptonem Marsallum.

Rudolphum Marsallum.

Erasmum Monachum.

Margariden Magistram in Holcz.

Annam Monialem in Holcz.

Hildebrandum Marsallum de *Piberbach* qui ex *Margaride de Ollerbach* excepit.

Joannem anno 1450. Is ex *Margareta de Knoeringen* sustulit

Matthæum Marsallum, Canonicum Augustanum Doctorem Juris. Et filias

Margaretam Monialem.

Ursulam de Haldenmarstetten, Antonii conjugem.

Georgium Marsallū.

Burcardum qui ex *Clara de Westerstetten* sustulit

Joannem Marsallū. Is ex *Waltheri-nd* excepit

Cordulam uxorem Wolfgangi de Freiberg.

Margaretam.

Wolfgangum Canonicum Aystetensem.

Thomam Canonicum Elwangensem.

Catharinam de Westerstetten.

Viennæ ex Doctoris Goselii vetusto Codice.

Dapi-

Dapiferorum à Waltburg.

Genealogia.

Wernberus ingenuus *de Thanne*, anno 1113. genuit

NB. *Wernberus* iste an. 1265. * quo tempore Conradinus Sueviæ Dux bellum gerebat Neapolitanum) ejusdem Ducis vexilifer fuit, quo meruit, ut & ipse & sui posteri Ducis decollati arma & insignia gestarent.

Conradum ingenuum de Thann. Is ex Ingenuâ excepit

Henricum Dapiferum de Thann, qui genuit — *Fridericum* ministerialem de Than, qui vixit anno 1166. & 1183. & 1208. obiit. Is genuit

Eberhardum, Imperialis Aulæ *Dapiferum* de *Waldburg*. Is Eberhardus ex Domina *Imagina* annum Christi circiter 1230. excepit

Hermandum Pincernam. — *Eberhardum* Pincernam. — *Conradum* Pincernam de *Winterstetten*, fundatorem vallis Floridæ cum uxore *Baronissâ de Neyffen*, ex quâ excepit

Eberhardum secundum *Dapiferum de Waldburg & Wallsee*, annis 1260. & 1286.

Conradum Pincernam. — *Henricum* Pincernam de *Winterstetten*, qui habuit uxorem *Comitissam de Kirchberg*.

Anno Domini 1350. vixit Dapifer quidam *Waldburgius Eberhardus*. Is ex *Comitissa de Zilia*, excepit

Othonem Dapiferum 1376. — *Eberhardum* Dapiferum & militem. Is ex *Agnete Ducissa de Teck* sustulit — *Henricum* Dapiferum.

Joannem. Is ex tribus uxoribus, primâ Comitissâ, secunda *Comitissa de Pfannenberg*, tertia verò Domina *Ursula Baronissa de Abensperg*, excepit — *Othonem* 1406.

Filiam desponsatam *Comiti de Gundelfingen.*	Alteram desponsatam *Baroni de Zimmern.*	*Jacobum* aureum dapiferũ. Is ex *Comitissâ de Hochenberg* excepit *	Tertiam filiam Domino *de Klingberg.*	Quartam filiam nuptam *Domino de Haydeck.*	*Georgium* dapiferum de Waltburg. Is ex *Comitissa de Bickenbach* sustulit ⊕	*Eberhardum* dapiferum & *primum Comitem de Sunnenberg*. Is ex *Cunigunde, Comitissa de Montefort*, sustulit

* Filiam desponsatam Marschallo *de Bappenheim*. — *Joannem* Dapiferum & militem, qui ex *Comitissâ Oetingensi* genuit

Ursulam, conjugem *Thomæ de Fronsperg.* — *Jacobum* Dapiferum & militem, qui ex *Comitissâ de Kirchberg* excepit unicam filiam desponsatam Domino *Casparo Nothafft*. — *Guilhelmum* Dapiferum & militem, qui ex Domina *Sybilla*, unica filia *Starmburgensis* Dominæ & *Andreæ Comitis de Sunnenburg* excepit

Christophorum. — Jacobum Dapiferum.

⊕ *Joannem*, Comitem Sunnenburgensem. — *Andream*, Comitem Sunenburgensem occisum. ⓘ — *Veronicam*, Comiti Oetingensi desponsatam.

ⓘ Filiam unam desponsatam cuidam *nobili de Rechberg*. — *Georgium* qui ex *Comitissa de Kirchberg* excepit

Uxorem, Wolfgangi *Comitis de Oeting.* — *Joannem* Dapiferum Waldburgensem. Is ex *Comitissâ Zollerianâ* excepit

Uxorem Domini Marquardi *de Kingseck.* — Dominum *Georgium* Dapiferum, qui duas habuit uxores primam Apoloniam, filiam Joannis Comitis de Sunnenberg. Alteram filiam Joannis Comitis Oetingensis.

S. TRINITATIS Monasterium ante *Novæ* apud Austrios *Civitatis* mœnia situm, antiquitùs ordinis Prædicatorii, in Cisterciensem Abbatiam conversum est annum Christi circiter 1430. ab ipso Divo Imperatore *Friderico* tertio. Cujus conjunx Domina *Leonora* Regina Portugalliæ, cum tribus liberis Helena filiola, Joanne & Christophoro filiolis istic in Choro splendido Mausolæo humata est, cum tali epigrammate.

Portugallensis Princeps & filia Regis
Imperii consors Romani denique digna
Hoc nunc exanimis claudor Leonora sepulchro
Chara fui bonitate: bonis optabor in ævum.

Obiit anno 1467. Subest Monasterium hoc *Runensi* Visitationi, diœcesi verò *Salisburgensi*: nihil habet aliud Monumentorum, præter ea, quæ recensui: nisi quòd extra Chorum in abside Meridionali sepulta est Domina *Beatrix*, nobilissima virgo Portugalensis, *Leonoræ* Imperatricis ministra. Habuit hoc Cœnobium beneficum *Albertum* Archiducem Austriæ, Friderici Imperatoris germanum fratrem. Abbatum hujus loci talis est Catalogus.

1. HENRICUS Strennberger primus, præfuit per unum annum.
2. GODEFRIDUS successit *Henrico*, ex Mulbrunensi Abbatiâ accitus. Is obiit anno 1460. Post hunc hiatus est, desiderantur enim Abbates quatuor
3. GEORGIUS.
4. PETRUS.
5. MARTINUS.
6. ANDREAS obiit anno Domini 1487.
7. JOANNES, septimus hujus loci fuit Abbas ex *Rhunâ* postulatus. Resignavit tandem, iterùm postulatus Rhunam ad ejus loci gubernaculum.
8. MICHAEL, Professus in *Pelisio*, fit Abbas: construxit Abbatiam, præfuit annis 8. Obiit anno 1524.
9. GREGORIUS præfuit 13. annis.
10. JOANNES obiit anno 1540. Sedit duobus annis.
11. CONRADUS Abbas eligitur anno 1540. 16. Aprilis, præfuit annis 7. plurima construxit utilia, postulatus postea ad *S. Crucem* anno 1547. Ubi hodiè adhuc superstes est etiam in ipsa gubernatione
12. MATTHIAS Zinserus Uberlingensis ex Trajecto Acroniano natus. Obiit anno 1551.
13. GEBHARDUS Georgius, præfuit paucis mensibus & exauthoratus est anno 1551.
14. SEBASTIANUS Gstaltnerus è Schwazio, Tyrolensis Comitatus metallicâ civitate natus, vir latinè non vulgariter doctus, Musicus verò insignis, nam à pueris in *Maximiliani* Imperatoris Regio sacello inter clarissimos Musicos educatus est, eligitur in Abbatem in festo Omnium Sanctorum anno 1551. Præsidet feliciter hoc adhuc anno, quo tale ad eum lusi carmen huic loco inferendum, quod Encomion novæ Civitatis contineat:

Quod me non falso studio pietatis, ad ipsa
Mensæ invitaris fercula grata tuæ:
Mêque patrêmque meum dignatus es instar amici
Pannonii vinis exhilarare soli.
Et super addideris variis de rebus honestos
Sermones multos colloquiûmque grave.
Quale decet doctos, doctorum hominûmque sequaces:
Jucundum fuit id terque quaterque mihi.
At si nostra tibi quoque conversatio forsan
Non ingrata (velut spero profectò) fuit
Non secus ex animo lætor, quàm si mihi quisquam
Magnificas auri Rex daret amplus opes.
Plurima nam licet hac præclarâ viderim in urbe
Quæ potuere oculos detinuisse meos.
Urbem munitam, & generoso cive refertam,
Excelsas turres, magnificâsque domos:
Quas sibi subjicere haud potuit Rex ipse Mathias
Longa omninò Urbem hanc obsidione premens.
Templa, focos sacros multos, arâsque Deorum
Et Regum tumulos, Archiducûmque lares.

Atqui

Atque arcem, qualem vix (si bene singula spectem)
Viderunt equidem lumina nostra prius.
Tu tamen inprimis, quod doctus es atque rotundo
Ore potes doctis grata bonisque loqui:
Et jucundus es & charus mihi sempérque eris que,
Pars in amicitiâ non reticenda meâ.
Te mihi Thæseo conjungi fœdere, rursus
Méque tibi simili relligione velim.
Pectoris idque mei studium cognoscere debes
E scriptis, veluti spero, aliquando meis.
Interea felix Divorum munere vive,
Propitiésque omnes semper habeto Deos.
Te pater omnipotens ex fluctibus eruat istis
Omnibus in quibus hic nunc & ubique natas.
Is te conservet, te fortunétque béetque
Et sinat ad nutum currere cuncta tuum.
Ultima Junii.

Monasteria Novæ Civitatis vicina.

KACZELSTORPHUM pagus & Cœnobium Franciscanum, post Labyrinthæum hortum Regiæ Majestatis ad Montana Austriæ, trans Leytam fluvium inter vineta situm.

GLOCKENICZIUM Præpositura ad Montana Austriæ & Schwarczach fluvium sita, sub Semeringo monte, qui terminus Austriæ & Styriæ est. Hæc pertinet, ad Abbatiam Formbacensem. Fundata à *Comitibus de Pitten*, cujus appellationis vastatum castrum (quod tamen à Divo *Fernando* Rege renovatur hodie) abest milliare à Novâ Civitate.

Civitas ipsa Imperatoris *Maximiliani* natale solum, è regione montis Schneebergensis inter duos fluvios *Vischachium* & *Leytam* sita est: Leyta verò fluvius Austriam ab Ungaria secernit. Habet multa insignia ædificia, inprimis arcem insignem à *Leopoldo* quodam conditam, & à *Friderico* Cæsare multum auctam & illustratam, cujus symbolum A E I O V spectatori undique est obvium, quod sic explicari vulgo solet: Austria Erigitur In Orbe Vniverso: ab aliis sic: Aquila Electa Imperat Orbi Vniverso. In arce est elegantissimum S. Trinitatis templum à Divo *Friderico III.* conditum, in eo sub arâ principali cubat Divus ac incomparabilis Imperator *Maximilianus*, cujus tumulum inscriptione carentem ego tali Epigrammate honoravi 30. Junii Anno 1552.

Ista piam Regem ter magnum Maximilianum
Imperii & patriæ continet ara patrem.
Cujus & ingenium & virtutes omnibus orbis
Principibus notas, vix quoque terra capit.
Corpus & ossa viri, (quo non erat aptior alter
Tot regnis) in se continet iste locus.
Spiritus in cœlis Christo cum principe vivit,
Virtutisque suæ præmia læta capit.
Fama per omnigenas spaciatur libera terras,
Prædicat & laudes Maximiliane tuas.
Maximiliane decus. Germani totius orbis
Austriacæque ingens gloria lausque domûs.

Habet verò hæc ipsa civitas etiam alia Cœnobia, unum *Paulinianorum*, alterum S. Jacobi *Franciscanum*: tertium *Monialium*, S. Petri ad clausuram olim dictum, in quo tantùm Ungaræ hodiè sub Abbatissâ habitant. Habet & *Cruciferorum* S. Georgii domum celebrem, & domum Teutonicam. Habet & Episcopalem sedem & forum spaciosum, in quo *S. Nicolai* sacellum est perelegans. Extra urbem est insignis hortus, quem vulgò vivarium & labyrinthum vocant, is ad Leytam fluvium usque extenditur ad semimilliare: hunc hortum perfluit *Kerpachius* fluviolus. Civitas insignibus privilegiis gaudet, quibus ab Austriæ Archiducibus donata & illustrata est: primùm enim à *Rudolpho* Habspurgio ab omni Muta & Telonio cives hujus loci omnes exempti sunt: quod privilegium ab omnibus ad hæc usque tempora Archiducibus comfirmatum est, inprimis à *Rudolpho IV.* Austriæ, Styriæ, Carinthiæ & Croatiæ Duce ac Domino, qui Senatores hujus urbis omni-

omnium Monafteriorum Novæ Civitatis Advocatos fecit. Et inter cætera in quodam privilegio fic fcribit: Und das alles haben wir gethon durch befonder Gnad und Lieb, die wir haben zu der edlen und getreuen Stadt, und unfere erbare Burger zu der Neuenftadt, an denen wir befunder fürtrefflich Treue, Hülff, Rath und Dienft, an unfern neuen Gwalt (fic vocat Regimen fuum) nach unfers Vatters Todt mehr dann an unfern Städten mannigfaltig erfunden haben. Datum anno 1361. ætatis fuæ anno 22. Regiminis fui anno quarto. Extra muros civitatis fuit inter portas Neukirchenfem & Lanionum portam, *S. Ulrici* Cœnobium perelegans, nunc Epifcopatui Novæ Civitatis (poftquam propter Turcarum adventum folotenus everfum eft) incorporatum. Id Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguftini erat. Habebat Præpofitos gubernatores, quorum talem reperi Catalogum.

1. WILHELMUS primus, obiit anno 1481.
2. WOLFGANGUS Fullenfack. Obiit anno 1484.
3. JOANNES obiit anno 1497.
4. EGIDIUS, deceffit anno 1512.
5. SEBASTIANUS Süffius.
6. BERNHARDUS vir bonus & fimplex: fed & pietatis veræ Chriftianæ ftudiofus. Expulfus propter Lutheranifmum. Sub quo Cœnobium (ne ex eo in Turcica expeditione quid pateretur detrimenti civitas Neoftadiana) juffu Regis Fernandi folotenus everfum eft anno 1529.

De Epifcopis Novæ Civitatis omnibus.

1. PETRUS Engelbrechtus, ex Bafeylio Styriæ oppido natus, artium liberalium Magifter ac Profeffor, & poftea *Friderici* Imperatoris Confeffor ac Maximiliani pædagogus, primus Novæ Civitatis Epifcopus ordinatus eft anno 1477. Præfuit 14. annis. Obiit 19. Martii anno 1491. Sepelitur in Choro ante aram maximam. Ornavit Chorum anno 1484.

2. AUGUSTINUS Gubinger de Chiemfeehe Canonicus Regularis S. Auguftini: Præfuit annis 4. Obiit 24. Julii Anno Domini 1495. Aliud de eo nihil extat.

3. DIETHERICUS Minorita, patria Styrus: vir literatus & magni nominis. Sepelitur in templi primarii facello quodam à fe conftructo, in abfide Meridionali cum infigni marmore, cui nulla tamen alia Epigraphe addita eft, quàm Bifchoff Dietrich. Deceffit anno Domini 1531. Succeffit ei in Epifcopali fede & dignitate

4. JOANNES Faber Leutkirchianus Suevus, vir literis clarus. Is non diu præfuit, nam mox Epifcopus Viennenfis fieri laboravit, quòd is Epifcopatus opulentior effet, & majoris fructûs.

5. GREGORIUS Angerer Viennenfis, J. U. Doctor, vir mediocris ftaturæ, qui diu priùs in Romana curia vixerat, & per triennium Regis *Fernandi* Orator ad Venetos fuerat: Præpofitus ac Decanus fummi templi Brixienfis & Prothonotarius Apoftolicus, Confiliarius item & Regens Regius, eligitur anno 1532. Præfuit annis 17. Obiit anno 1549. Sepelitur in Meridionali abfide cum tali Epigraphe.

Vivus valénsque hanc æternam mihi domum pofui, in quâ poft vitam me placidè pofteri componerent. Mortuo (fic femper benè vivas) ne feceris injuriam, quam ego certè volens feci nemini. Sum Gregorius Angerer J. U. quondam Doctor, tum Epifcopus Novæ Civitatis, Brixinenfis Præpofitus. Vienna Auftriæ mihi patria erat dulciffima. Me Maximilianus Cæfar & Ferdinandus Rex nepos ufi funt femper in maximis Confiliis, Legatum miferunt & in rebus maximis, & re benè falvâ femper domum redii. Amaverunt me boni, malos nihil moror. Nam qui fuerim nofti? Atqui abi rogo felix. Teque ipfum nofcas, optimè cura, & vale. P. Anno M. D. XXXX. Vixit annos LXXX. Menfes III. Dies V. Obiit anno 1549. Aprilis fecundâ.

Certa dies nulli eft, Mors certa: incerta fequentem
Cura: locet tumulum qui fapit ante fibi.

6. HENRICUS artium Magifter, qui ipfe concionatus eft & fæpè de verè Epifcopali & Apoftolico officio. Sepultus fine Epigraphe. Succeffit ei *Werdwinius*, de quo alibi.

Kirch-

Kirchbergensium Comitum
Genealogia.

Hartmannus Comes de Kirchberg genuit

Hartmannum Comitem, qui genuit | Fundatores Wiblingenses anno 1171. | Othonem, Comitem.

Cadeloehum Comitem 1195. Is

Guilielmum, qui iterùm

Guilielmum secundum. Is ex Agnete *Ducissa de Teck*, genuit

Conradum Comitem. Is iterum | Eberhardum Episcopum Augustanum 1406.

Conradum Comitem. Eberhardum.

Abensperg ex Scheurensibus.
Wernherus Arnoldi *Scheurensis* Comitis filius ex Domina Beatrice ex Pannonià excepit

Babonem Comitem Sehyrensem, qui genuit

Babonem secundum *Comitem de Abensperg* 32. liberorum parentem, qui genuit inter cæteros | Othonem Comitem Schyrensem, qui ductâ uxore Dominâ *Tutâ Comitissa de Nassau*, multos ex ea liberos suscepit. Ab hoc Othone descendunt Duces Bavariæ.

Asquinum *Comitem de Bogen* patrem Hardoviei Comitis Bogensis. Is Hardovieus genuit | Wolframum Comitem. | Henricum Comitem. | Eberhardum *Comitem de Abensperg*. Is genuit alium Eberhardum Comitem de Abensperg, qui genuit | S. Loibirgonem Comitem. | Fridenbertum. | Rupertum Comitem de Rhor & Ritterborg qui genuit

Ausonium Comitem Bogensem. | Fridericum Comitem, qui ex Adelheide

Fridericum secundum.

GebhardumComitem Abenspergensem, qui ex Domina Sophia *Comitissa Piburgensi* sustulit

MagnumComitem cujus uxor Irnengarda, ex qua natus | Henricum à quo Burggravii Ratisbonæ. Obiit is Hierosolymis habuit uxorem Rhichardim de Austria.

Albertus 1135.

Eberhardum Comitem de Abensperg: patrem Bernhardi Comitis | Gebhardum Comitem anno 1198. Is genuit | Altmannum Comitem 1200. qui ex Rihza de Ramingen excepit

Rupertum Comitem. | Menhardum Comitem, qui vixit circa annum Domini 1239. & ex Domina Hedovige sustulit | Wernbardum Comitem, qui vixit anno 1209. | Altmannum secundum Comitem ultimum 1260. | Eberhardum Præpositum Ratisbonensem.

Gebhardum Comitem. Is vixit anno 1237. | Henricum, vixit is An. 1250. excepit | Menradum vel Menhardum secundum. Is annum Christi circiter 1290. ex Domina Petrissa sustulit

Bernhardum Comitem anno 1317. Ejus uxor Domina Maria. | Ulricum secundùm Baronem de Abensperg, qui ex Domina quadam Sophia excepit | Henricum Comitem Episcopum Ratisbonensem 1297.

Barbaram nuptam cuidam de Sansheim. | Ulricum tertium Baronem de Abensperg anno 1369. Is ex Domina *Elisabetha de Gundelfingen* excepit | Margariden Gewolphin de Tegenberg. | Joannem, qui obiit 1330.

Joannem, qui obiit puer.	Albertum, Ratisbonæ sepultum cum Margaride *Comitissa de Torn*, conjuge.	Theodoricum Episcopum Ratisbonensem.	Joannem secundum Baronem, vivens annum circiter Christi 1397. ex Agnete de Liechtenstein suscepit	Ulricum de Abensperg, qui obiit in reditu ab Hierosolymis.

Elisabetham filiam desponsatam Comiti de Schaumburg.	Agnetem Landgraphiam de Leuchtenburg.	Jodocum Baronem, qui vixit a. 1428. Is ex Agnete *Comitissa de Schaumburg* excepit	Bernhardum & Guilielmum.	Ulricum quintum 1395.	Georgium 1416.	Margaridem desponsatam uni de Kuchlein.	Ursulam uxorem Joannis *Dapiferi de Waldburg.*

Annam Marsallinam de Bappenheim.	Omelicam & Barbaram.	Joannem tertium Baronem. Is ex prima uxore Magdalena *de Petau* excepit	Ulricum anno 1417.	Dietherieum anno 1425.	Sigismundum & Degenhardum.	Barbaram de Schwarzenburg vel Saufenheim.	Margaridem Alberto Nothafft desponsatam.

Secunda Joannis conjux erat Elisabetha de Törring, ex qua nihil sustulit.

Claram virginem Monialem 1441.	Nicolaum Baronem de Abensperg, qui habuit uxorem Dominam Martham Comitissam de Werdenberg: & anno 1485. à Christophoro Bavarorum Duce cæsus, interiit prope Frisingam civitatem Episcopalem.

Werdenbergenses Comites.

Henricus Comes ex Comitissa de Vaducz genuit

Hugonem Canonicum	Albertum illustrem Comitem de Werdenberg anno 920. qui ex Regina Portugalliæ excepit

Margaridam Comitissam Sabaudiæ.	Dorotheam.	Joannem.	Ulricum Comitem.

S. CRUCIS Cœnobium *Cisterciensis* instituti in Austriâ sub *Morimundensi* visitatione, & in Episcopatûs Pataviensis Diœcesi, intra montana (quæ Austriam à Carinthia & Styria dirimunt, aut intra sylvam Viennensem, quam Regiam vocant, ad *Sattelbachium* rivum, duobus milliaribus, à Thermis Austriacis situm: fundatum est anno Christi 1134. à Divo *Leopoldo* Austriæ Marchione, ad preces & petitiones *Othonis* Ducis, ejus qui primùm Parisiis studuit, postea Morimundensis Monachus extitit, & tandem ad Episcopatûs Frisingensis gubernaculum pervenit. Appellabatur initiò *S. Mariæ* Cœnobium in Sattelbach à prætereunte rivo, qui paululùm infra monasterium confluit cum *Schwechado* fluviolo versùs Thermas Badendes defluente, postea verò cum Dux Austriæ fundator loci, ad terram sanctam peregrinatus, feliciter reversus esset, secumque insignem S. Crucis particulam attulisset, ab his ipsis reliquiis, quæ tùm in pretio meritò erant, S. Crucis Cœnobium dici meruit. Habet hoc Cœnobium sub se hæc sequentia ejusdem ordinis Cœnobia: Campum-Liliorum, Zwetel, Paumgartenbergum, Novum montem in Austriâ situm, Spineam Coronam in Bohemia, Montem *S.* Mariæ in Hungaria vastatum à Turcis, & Zidcador Cœnobium Ungaricum vastatum similiter. Monialium verò Cœnobia S. Nicolai, quod erat extra muros Viennensis Urbis ante portam Stubensem, & S. Spiritûs, Cœnobium Ipsense. In domo Capitulari sepultus est *Leopoldus* quidam Bavariæ Dux, filius S. Leopoldi Marchionis, qui dedit optima prædia Drummau, Talarn & multas vineas. *Ernestus* item Marchio ejusdem S. Leopoldi filius: & *Leopoldus* quidam Dux Austriæ ac Styriæ. Is qui Angliæ Regem cœpit, & quatuor civitates Austriæ cum vallo munire coëgit, Novam videlicet civitatem, Viennam, S. Hypoliti urbem, & Anasiacum. Is erat *Henrici* Scotorum Viennensium fundatoris filius, S. Leopoldi nepos, qui dedit Sulcz, Paumgartum & majorem partem sylvæ: Idem cùm aliquando de equo lapsus, crus

crus fregisset, quod postea ei abscissum est, Monasterium hoc ingressus, sumptâ monasticâ veste Monasticem illic professus, dixerat se gratias agere Deo, & acturum magis, si contingat ei pascere oves S. Crucis. Catalogus ejus loci Abbatum talis à me congestus est ex variis Monumentis.

1. GODESCALCUS ex Morimundensi Galliæ Cœnobio accitus, anno 1134. novellæ huic plantationi præficitur cùm Wilhelmo Priore, Privilegiatur ab *Innocentio* Papa.

2. CONRADUS S. Leopoldi filius, præfuit ad annum usque 1148. quo *Episcopus Pataviensis* designatus est, ubi cùm præfuisset 16. annis laudabiliter, paulò post, anno scilicet 1164. ad *Salisburgensem* Archiepiscopatum gubernandum translatus est, ubi cùm sedisset annis 4. Obiit 4. Calend. Octobr. anni 1168.

3. HENRICUS successit *Conrado* tandem resignanti, præfuit adhuc anno 1185.

4. MARQUARDUS præfuit anno 1201. quo habuit beneficum *Dietbericum*, Dominum *de Liechtenstein* & adhuc anno Domini 1202. Aliud de eo habetur nihil.

5. WERNHERUS sedit ad clavum anno 1221. Obiit anno 1227.

6. EGOLPHUS successit *Wernhero*, præfuit 15. annis utilissimè. Obiit anno 1242. Habuit beneficum *Belam* Regem Hungariæ: Henrici pastoris Monachorum fratrem.

7. PILGRINUS *Egolpho* substituitur, sedit ad clavum anno adhuc 1248.

8. HENRICUS præsedit anno Christi 1253. Resignavit anno 1259. Testis dicitur adhuc in literis datis anno Domini 1261. Dicitur miraculosus, & aquam vino commutasse.

9. SIFRIDUS eligitur anno 1259. Consecratur in Zwetel ab *Othone* Episcopo Pataviensi, præfuit tribus annis. Obiit anno 1262.

10. HENRICUS tertius, eligitur anno 1262. ipsâ die *S. Mauri* Abbatis, præfuit adhuc anno Domini 1280. Sub ejus gubernatione fundata est in Bohemia ab *Ottocaro* Bohemorum Rege, Spinea Corona ejusdem ordinis Abbatia, anno Domini 1263. cujus loci primus Abbas fuit iste Henricus, sub quo Spineæ Coronæ Cœnobium huic Monasterio incorporatum est.

11. SIGHARDUS, præfuit anno 1285. & adhuc anno 1289.

12. BERTHOLDUS præsedit anno Domini 1295.

13. ULRICUS sedit ad clavum anno 1303.

14. JOANNES sedit ad Abbatiæ hujus gubernaculum anno 1315.

15. JACOBUS præsedit huic loco anno 1330.

16. WILFINGUS præerat anno 1337.

17. LEOPOLDUS præsedit anno 1345. Obiit anno 1347. 7. Iduum Septembris.

18. CONRADUS secundus successit Leopoldo. Sedit anno 1349.

19. COLOMANNUS, præfuit anno 1380. & anno 1384.

20. NICOLAUS sedit ad clavum anno 1393. post hunc videtur esse aliquis hiatus, nisi fortè Nicolaus iste & sequens Georgius diutissimè ad hujus loci clavum sederint. De quo nihil certi affirmari potest.

21. GEORGIUS præfuit anno 1471.

22. GREGORIUS sedit ad clavum anno 1474.

23. MATTHIAS præfuit iisdem temporibus, quibus *Matthias* Ungarorum Rex Austriam oppugnavit & occupavit, & hoc etiam Cœnobium suæ ditioni subjecit.

24. MICHAEL primus hujus nominis, successit Matthiæ.

25. MICHAEL Arguerus, patriâ *Medlicensis*, eligitur anno 1495. sedit annis 20. exauthoratur & dejicitur è gubernationis fastigio anno 1515.

26. BERNHARDUS præfuit per triennium & exauthoratur anno 1518.

27. WILHELMUS Suevus, figuli Augustani filius, ex Paumgartenberg accitus, sedit ad clavum annis 10. Resignavit anno 1528.

28. JOANNES cognomento Hartmannus, ex Trajecto Acroniano, vulgò Uberlingen, civitate Imperiali ad Podamicum lacum sita, ortus, præfuit annis 8. Obiit anno 1536. Sub ejus gubernatione vastatum est hoc Cœnobium à grassantibus per universam Austriam Turcis anno 1529. præsidentibus Romanæ Monarchiæ *Carolo V.* Constantinopolitanæ verò *Solymanno*. Hujus Abbatis tale est Epitaphium, cujus author Sebastianus *Solidus* Guntianus.

Quisquis ades, spectans hæc templa sacrata viator
Siste gradum: paucis & lege verba notis.
Frigida Joannis recubant hoc membra sepulchro
Continet & magnum flebilis urna patrem.
Aspera quem fata, & nostro nimis invida templo
Non sunt maturos passa videre dies.
Qui dum vita fuit, variis virtutibus auctus
Templi hujus fausto munere rexit opes.

Præcipuè Turcis latè populantibus agros
Cúmque ferè æquassent mœnia nostra solo:
Ipsius hæc vigili sunt cuncta novata labore.
Restituitque sacris debita sacra focis.
Hunc igitur vitâ functum jam candida virtus
Et meritò deflet, cum pietate fides.
At tu qui transis, umbræ jace verba silenti
Qualia vis cineri sera venire tuo.
Obiit anno 1536. pridiè iduum Octobris.

29. HIERONYMUS subrogatur Joanni, Feigelius cognominatus, natione Suevus, ex Dinckhelspuhelio Imperiali civitate natus: Præfuit is quidem 7. annis, sed parùm profuit. Primus hujus loci Abbas infulatus. Exauthoratur anno 1543. Obiit postea & sepelitur in Hylaria anno 1550.

30. SIMON Dominus, ex Haseln pago Austriaco ad Danubium sito natus, præsedit huic Abbatiæ 4. annis. Obiit anno 1547. Sepelitur in S. Cruce.

31. CONRADUS Faber, ex Trajecto Acroniano natus, hujus loci professus, evocatur ad gubernandum S. Trinitatis in Novâ Civitate novum Cœnobium anno 1540. Sedit ibi annis 7. Mortuo verò apud S. Crucem *Simone*, iterùm è S. Trinitatis Monasterio ad hujus paulò splendidioris loci clavum repetitur anno 1547. 16. Julii. Præsidet adhuc hoc currente anno Domini 1552. ætatis suæ 42. vir literatus & virtute clarus. Vidit anno Domini 1529. calamitates irruptionis Turcicæ, ubi aufugit cum Abbate Joanne. Is nunc restauravit Abbatiam templum & loca conventualia, in Drumow pago prope Drayskirchium sito, prædium cum Regiâ habitatione reædificavit. Templo tale meum epigramma inscribi fecit.

Hoc Conradus ego templum & loca proxima quæque
Vastata à sævis & lacerata Getis
Rursùm instauravi: magno fulcre repurgans
Omnia quæ fœdo plena fuere situ.
Tu Deus alme domûs sacræ miserere deinceps,
Nec sine nos simili clade perire magis.
Parce tibi sese totos Sacrantibus: hostem
At preme, qui nobis talia damna dedit.
Nominis ille tui crudelis & efferus hostis,
In populum victor desinat esse tuum.
Desinat in sanctum blasphemas dicere voces
Nomen, quod toto debet in orbe cani.
Nos bonitate sua sic tum bonitate guberna
Sic rege, sic verbo nos renováque tuo:
Ut conversi ad te, verè faciamus id omne,
Quod tua nos bonitas, quod pietásque jubet.
Sic pulchrè tuti benè defendemur ab hoste
Quolibet, in nos qui barbara tela gerit.

Regiæ habitationi in Drunnow tale medium Schediasma inscribi fecit.

Fernando Regi Romano ad sydera noto
Cui similem nullum secula nostra vident:
Hoc conclave pio studio sic condidit Abbas
Conradus sanctæ Rector in æde Crucis.
Dii faxint, ut ista domus benè floreat, & Rex
Cum Rectore domus pace fruatur. Amen.

****

SCOTORUM COENOBIUM Viennense Ordinis D. *Benedicti* (in quo Imperiali authoritate constitutum est fontium perpetuum refugium & Asylum) fundatum est anno Christi 1155. ab *Henrico* secundo genito filio Divi *Leopoldi* Austriæ Ducis. Constructum est ante muros urbis Viennensis, quæ nunc ampliata plurimùm, idipsum amplissimum Cœnobium intra se habet. Consecratur ac B. Virgini *Mariæ* Sanctoque *Gregorio* dedicatur à *Wolfgero*, Episcopo Pataviensi, anno Domini 1200. Ubi notandum obiter, omnia totius Austriæ Cœnobia esse Pataviensis Diœceseos, solum hoc Scotorum Monasterium Viennensi augustissimæ Diœcesi subjectum esse. Est in templo medio insigne sepulchrum *Henrici* fundatoris. Abbatum hujus loci, tales à me ex variis diplomatibus collecti sunt Annales:

1. PLA-

1. PLACIDUS, } Scotorum Abbates
2. GALLUS, } Viennæ.
3. FIMANUS, obiit anno 1195.
4. GREGORIUS successit, præfuit annis 7. Obiit anno 1202.
5. UDALRICUS subrogatur *Gregorio*, is duobus præfuit annis. Obiit anno 1204.
6. MARCUS post triennium *Ulrico* substituitur. Sedit ad clavum annis 23. Obiit anno 1230.
7. FOELIX, Abbas Scotorum. Obiit anno 1248.
8. PHILIPPUS successit. Is benedictionem authoritate *Petri Caputii* Cardinalis ac Legati Pontificii ab *Ulrico* Secoviensi Episcopo accepit.
9. WILHELMUS præfuit anno 1280.
10. NICOLAUS præsedit anno 1312.
11. MAURICIUS præfuit anno 1336.
12. PHILIPPUS sedit ad clavum anno 1346.
13. CLEMENS præfuit anno 1360.
14. DONALDUS, vir honorabilis, sedit anno 1385. Obiit 15. Calendarum Septembr. anni 1393.
15. HENRICUS obiit anno 1397.
16. DONATUS successit Henrico.
17. ALBERTUS præfuit anno 1401.
18. JOANNES præsedit anno Christi 1404.
19. THOMAS sedit ad gubernaculum anno 1505.
20. NICOLAUS de Respicz Reformator Cœnobii, qui primus ejectis Scotis degeneribus, Germanos melioris spei homines assumpsit, præfuit anno 1421. Obiit anno 1428. pridiè *S. Laurentii*. Sepelitur in medio Choro.
21. JOANNES, præfuit anno 1428. obiit anno 1446.
22. MARTINUS præsedit anno Christi 1449. Præfuit adhuc 1455.
23. JOANNES, sacræ paginæ Professor, obiit anno Domini 1467. pridiè Simonis & Judæ. Sepelitur in Choro propè Nicolaum Abbatem Reformatorem.
24. MATTHIAS successit, præfuit anno etiam 1469. cognomento *Finckbius*, patriâ Ungarus, & *Friderici III.* Rom. Imp. Secretarius: cujus dum aulam jugiter secutus est, tantùm consumpsit pecuniæ, ut relinqueret æs alienum à se conflatum 24. millium aureorum, & plurima vendiderit. Homo pomposus ac sumptuosus, & qui 30. equorum comitatu subinde aulam accedere solebat, alicujus Principis instar.
25. LEONHARDUS præfuit anno 1476.
26. CHRISTOPHORUS obiit anno 1485.
27. JOANNES præfuit anno 1489. & adhuc anno 1498. cognomento Gansius.
28. WOLFGANGUS sedit ad clavum anno 1503.
29. MICHAEL cognomento *Kremniczer*, ex Norimbergensi S. Egidii Cœnobio accitus, præfuit anno 1529. tempore obsidionis Turcicæ, in quâ Morus insignis, ac stupendæ latitudinis arbor, à grassantibus in urbe militibus excisa & eversa est, in quâ arbore septem stabant insignes mensæ marmoreæ. Resignavit aliquot mensibus ante obsidionem Conrado Abbati: Compulsus ad id, quòd non adeò benè aut feliciter, Abbatiæ pluri mùm attenuatæ, præfuisset.
30. BENEDICTUS Chelidonius, Poëta insignis, cujus scripta extant plurima: & ipse ex Norimbergâ evocatus: præfuit quidem, sed parùm profuit, homo enim prodigus fuisse dicitur, qui multas Cœnobii arces vendidit. Sepelitur eodem tumulo, quo Antecessor, à quo in omni vita sua capitali dissidebat odio.
31. BENEDICTUS Sclavus ex conventu electus: Præfuit annis 8.
32. CONRADUS Weichselbaum, ex Oeniponte natus, eligitur ex gremio Ecclesiæ suæ: cui utilissimè præfuit annis 12. vir literatus. Obiit anno 1541. Sepelitur in septentrionali Chori abside cum tali epigraphe.

Reverendo Patri Domino Conrado Abbati Ordinis Monastici ornamento de provincialibus Austriæ optimè merito, qui hocce Cœnobium præclaris, & necessariis ædificiis ornavit: Pater Wolfgangus Abbas inibi hoc monumentum gratus ac memor beneficii P. P. Obiit ætatis suæ anno XLV. die 14. Septembr. Anno 1541.

33. WOLFGANGUS Traunsteinerus, ex Traunstein Bavarorum oppidulo ad Oenum sito, nobili genere natus, successit *Conrado* concorditer electus ex gremio Ecclesiæ suæ, præsidet hoc adhuc currente anno 1552. Construxit & eleganter ornavit prædium in *Stamstorph*, ad milliare supra Viennam, non procul à sinistrâ Danubii ripâ situm, in quo aliquoties inter humiles & exiguas opes pernoctavit D. *Ferdinandus*, Romanorum, Germaniæ, Bohemiæ & Ungariæ Rex, Austriæ Archidux. Hoc sibi vivus adhuc scribi curavit Epitaphion

Hic Wolfgangus humo situs est Traunstenius heros
Natus ad Oenanas vir generosus aquas.
Providus in templo rectorque paterque Scotorum,
Intra altos muros pulchra Vienna tuos.
Corpore sed tantum jacet hic sub mole sepultus
Mens studiosa Dei vivit in arce poli;
Atque Creatoris fruitur sermonibus, illic
Aspectu semper colloquioque sui.

✠✠✠

VIENNENSIS Episcopatus in Austriâ inferiori ad Danubium situs, ab omni Archiepiscopali jugo exemptus aliisque nominibus *Fabianus*, & *Favianensis*, quin & *Wigenensis* appellatus; Primæ Christianæ Religionis in Pannoniis receptæ sedes, à *S. Severino* Ravenati Episcopo celebri, primo Norici Apostolo inaugurata, fundatur anno Christi 460. post *Attilæ*, Hunnorum Tyranni incomparabiles furores, *Zenone Isauro* Imperante, & *Gelasio* P. M. Romæ in S. Petri cathedrâ sedente. Hic Metropolitana Cathedra fuit vivente adhuc Severino, quæ *Laureacum* postea, in Noricum Ripense, translata est, ubi jam multis annis etiam floruerat Episcopatus. Tum *Symmachi* Rom. Pontificis constitutione *Fabianensis* ista Diœcesis, non secus ac *Juvaviensis*, *Ovilabensis*, *Patavienfis*, *Quintaviensis*, ac *Tiberiensis*, *Laureacensi* Archiepiscopatui, (ut qui Primatus Metropolitano jure per Germaniam, Pannonias, Slovanium, Avariam, & Moraviam donatus & insignitus erat Ecclesiasticâ prærogativâ) subjecta fuit annum Christi circiter quingentesimum. Catalogus Episcoporum Fabiensium sequitur ex Clarissimi doctissimique viri *Wolfgangi Lazii* illustrata Vienna excerptus.

1. MAMERTINUS ex Victorioso militum tribuno Episcopus designatur ab ipso Pannoniæ superioris primario Apostolo & Doctore *S. Severino* anno 466. Pontificatum *Gelasio* tenente.

2. MARCIANUS ex Monacho Cœnobii Severiniani Episcopus factus, *Mamertino* successit.

3. LUCILLUS Abbas primùm S. Severini propè Fabianam: mox Batavorum castrorum ad Oeni & Danubii confluentes sitorum factus Episcopus: Paulò post Fabiensis Ecclesiæ designatus eligitur Antistes. Post obitum S. Severini & Episcopi Marciani. Post hujus obitum dum *Longobardi* & *Avares* hanc fœcundissimam Pannoniæ Regionem popularentur, unà cum deficiente illic Christi doctrinâ ac professione, Episcopatus esse desiit: qui tandem sub *Ruperto* Juvaviensis Ecclesiæ Episcopo (qui *Cunaldum* & *Giselaricum*, verbi divini Præcones fideles, è Laureaco Avaribus in Pannoniam misit) caput iterùm erexit feliciter.

4. CUNALDUS à *S. Ruperto* Avaribus Apostolus missus annum Christi circiter 640. Is *S. Ruperto* templum in Fabianâ erexit, ædibus Domini Lazii pœnè vicinum.

(*Hiatus temporum & historiæ.*)

5. SODOMUS mittitur Avaribus in Pannoniam & Noricum anno salutis 740. Sub Francorum Rege *Pipino*, à *Joanne* Juvaviense Episcopo, *Uvilone* Laureacensi Metropolitano.

6. HAYMO Fabianorum Prædicator & Episcopus, à *S. Virgilio* Juvaviensium Episcopo (qui jam Metropolitanum Jus Laureacensibus eripuerat) designatus legitur, Pontificatum suum *Zacharia*, Regnum Francorum *Pipino*, Bavarorum Ducatum *Odilone* tenente. Post hujus Haymonis tempora, cùm recessissent *Avares* & *Hunni*, excussâ verâ doctrinâ ad primam impietatem & Idolomaniam, desierunt in Fabiana civitate unà cum pietatis professione & Episcopi, ad tempora usque *Caroli Magni*, qui Avares devictos ad Christianismum iterùm perpulit: ab eo tempore præfuerunt iterum Fabanienſi Ecclesiæ sequentes Antistites & Episcopi:

7. THEODORICUS Faviensium Episcopus & Doctor, ab *Arnone* Juvannesi Archiepiscopo, & Metropolitano Avaribus & Sclavonibus in superiorem Pannoniam missus est.

8. OTHO *Theodorico* successit, destinatus huic loco ab *Adalramo* Juvaviensi Metropolitano, sed quàm diu præfuerit, ignoratur, ut etiam de Antecessoribus.

9. OSWALDUS subrogatur *Othoni*, designatus ab *Adalbino*, Juvaviense Antistite annum Christi circiter 865. quamdiu vero Avaribus & Sclavonibus concionatus sit, nescitur.

10. RADEFRIDUS præfuit sub *Leone* V. P. M. & *Ludovico*, Arnulphi filio Imp. quâ ætate Avares & Hunni tertio jam à fide Christiana, ad suas Idolomanias deficientes non diœcesin tantùm Fabianensem ferro & igne depopulari sunt, sed mediam etiam Germaniam Galliámque, Rhætos, Thuringos & Misnensem agrum vastabundi adoriri ausi

sunt:

funt: ab anno Chrifti 903. ad annum ufque quinquagefimum quintum perpetuis ferè excurfionibus Germanos & eorum patriam vexantes: donec tandem ab *Henrico Aucupe* Imp. *Morfenburgi* magna ex parte cæfi funt. Hæc *Germaniæ* vaftatio longè aliam in univerfo Rom. Imperio rerum faciem & adminiftrationem peperit: *Saxones* Imperii titulum ad fe rapiebant, in Italiâ *Berengarii* dominabantur, in Galliis *Hugones* & *Othones* rerum potiri cœperant. In Pannoniis & Norico gladii Sæcularis dominii Jus *Babenbergenfes Comites* Albertus & Lupoldus, *victis* ad Melicum *Hunnis*, arripuerunt: Ecclefiafticarum verò totius Norici gubernationem univerfam Patavienfes Epifcopi ad fe rapiebant fub *Joanne* XI. P. M. & *Othone I.* Imperat. incorporatis Patavienfi diœcefi quatuor Epifcopalibus Ecclefiis, *Quintavienfi* apud Vindelicos, *Ovilabenfi* & *Laureacenfi* in Norico Ripenfi fitis, & hac *Fabianenfium*. In his barbaricarum gentium furoribus ad extremam inopiam ac anguftiam redacta eft Ecclefia Fabanienfis, quæ vix Patavienfes Archidiaconos aliquamdiu alere potuerit. Poftea annum circiter Chrifti 1144. cum *Henricus* primus Dux Auftriæ, omnium Sanctorum templum in Fabianis conftrueret à Patavienfi Antiftite *Remberto* confecratum: non jam amplius Epifcopi, fed Parochi in Fabianâ urbe (quæ jam prima fyllaba abjecta Biana & paulo poft Vienna dici cœpit) conftituti funt, quorum talis extat feries & Catalogus.

1. EBERHARDUS omnium Sanctorum Viennenfi templo auguftiori Parochus præficitur ab ipfo *Reimberto*, Patavienfium Antiftite, annoGratiæ 1140. Sub hoc Parocho incœpta eft anno 1150. Omnium Sanctorum *Bafilica Viennenfis*, hodiè *S. Stephano* dedicata: & B. Virginis *Monafterium Scotenfe*.

2. BURCARDUS Præpofitus Patavienfis, præfuit Parochiæ etiam Viennenfi anno 1160.

3. SIGEHARDUS Canonicus Patavienfis, Parochiæ huic præfedit anno 1210.

4. PETRUS artium Philofophiæ Magifter, præfuit & anno Domini 1260. Ex Parocho Patavienfis defignatur Epifcopus in habitâ Viennæ celebri Synodo.

5. GERHARDUS & ipfe artium Philofophiæ Magifter, dum Viennenfi præfidet Parochiæ, *Monafterium ad Cæliportas* Viennæ (quod Monialium domicilium eft) & *Xenodochium* in *Cawenbaum* extra urbem exorfum eft anno Domini 1270.

6. BERNHARDUS Brambegk ex Parocho Viennenfi ad Patavienfem Epifcopatum gubernandum affumitur anno Domini 1280. *Angelorum Cellæ* Ciftercienfis fundator.

7. GODEFRIDUS Præpofitus Patavienfis & Parochiæ Viennenfi præfedit anno 1310.

8. ALBERTUS Auftriæ Dux claudus, poftea Epifcopus Patavienfis.

9. POLLIO quifpiam ultimus Parochus Viennenfis in omnium Sanctorum templo (quod jam à Patavienfis Diœcefeos primario patrono nomen acceperat) vivebat adhuc anno 1350. Horum ductu cùm Chrift ana Religio in tantum Viennæ excreviffet, ut non folùm templum auctius, fed res Ecclefiaftica indies magis magifque locupletaretur, *Rudolphus* tertius hujus nominis, Auftriæ Archiftrategus Cathedralem fedem ac prærogativam adjecit, imò quatringentefimo poft ruinam ejus anno, poftliminio in Fabianam hoc eft Viennam retulit anno Chrifti 1360. Ab eo tempore qui prius *Parochi* appellari folebant, *Præpofiti* deinceps nuncupati funt, Ecclefiis *Waringenfi*, *Kalentzendorffenfi*, & *S. Viti* aucti ac donati. Horum Præpofitorum talis fequitur Catalogus.

1. WERNHERUS Cathedralis Ecclefiæ Omnium Sanctorum ad D. Stephanum Præpofitus primus, à *Rudolpho III.* hujus nominis Auftriæ Archiduce inauguratur anno 1360.

2. ALBERTUS à Garfio Præpofituræ Viennenfi ad S. Stephanum præfuit anno falutis 1370. Circa hujus tempora inchoata & inftituta eft *Viennenfis Academia* anno 1362. ab Auftriæ Archiducibus *Alberto* & *Rudolpho*, ab *Urbano* poftea & *Bonifacio III.* Pontificibus confirmata: in quâ tamen antea etiam ab anno 1237. ex *Friderici* fecundi Imperatoris privilegio infignis Schola erat.

3. JOANNES Mayerhofer *Alberto* fucceffit, fed quamdiu federit ad clavum, nefcitur.

4. BERTHOLDUS præfuit anno Domini 1382.

5. ANTONIUS præfedit anno falutis 1400.

6. WILHELMUS Turfo, ex Nobili Auftriæ profapiâ, egit Præpofitum Viennenfem ad D. Stephanum anno 1412.

7. ALBERTUS inclytus Comes à *Schawnburg* præfedit Præpofituræ anno 1440. Promotus à *Friderico* Imperatore, fed non receptus ab Epifcopo Patavienfi.

8. JODOCUS Haufner J. U. Doctor, Præpofituram eandem adminiftravit anno 1460. Poft hujus, aut circa hujus tempora, *Fridericus III.* Imperator Auguftus & Archidux Auftriæ, confenfu *Pauli II.* P. M. hanc ipfam Viennenfem Præpofituram & Ecclefiam collegiatam in *Epifcopatum*, & *Cathedralem Ecclefiam* iterum convertit, aliófque infuper quofdam Epifcopatus novellos inftituit, *Labacenfem* videlicet, & Novæ-Civitatis Epifcopatum, quòd ex Archiducatu Auftriæ Regnum facere vellet. Subjecit verò de

novo Præpositum Episcopo Viennensi, assignans Præposito *Berichtolsdorfensis* prædii Regii censum, & ædes quasdam privatas, Senatoriæ domui vel curiæ Viennensi oppositas: Veteris autem Præpositurae domum constituit Episcopi domum ac sedem. In ea Episcopali sede ab hac renovatione ad hæc nostra usque tempora sequentes illustres viri sedisse inveniuntur:

1. LEO à Spaur, nobili loco ortus, in Comitatu Tyrolensi à *Friderico III.* Viennensis Episcopus designatur anno 1480. quo veteris privilegii renovationem & confirmationem à *Paulo II.* P. M. Imperator *Fridericus* obtinuit & impetravit.

2. BERNHARDUS à Rhor, & ipse celebri loco apud Austrios natus, *Archiepiscopus* primùm *Salisburgensis*, tandem à *Friderico* Imperatore *Leoni* Viennensi sufficitur anno 1485.

3. Urbanus Agriensis ex Ungaria Episcopus, *Matthiæ* Ungarorum Regis Quæstor & Aulicus, Viennensem Episcopatum, vivente adhuc Bernhardo, administratorio titulo gubernandum accepit, à Rege *Matthia Corvino*, postquam is expugnatâ Viennâ rerum in Austriâ potiri cœpisset.

4. JOANNES Vesprinienfis, antea in Pannoniâ inferiore Episcopus, à *Matthiâ* Rege Ungariæ & Austriæ, Domino *Urbano* Antistiti substituitur. Mansit in possessione ac sede Episcopali, donec Imperator *Maximilianus* Austriam recuperâsset.

5. BERNHARDUS Baro à Polheim Austrius, ex suprâ Anasianâ provinciâ natus, ab ipso *Maximiliano* Imperatore (postquam is *Viennam* in fidem receperat) *Joanni* Vesprinienfi Episcopo suffectus est. Is cùm sacris non initiaretur, non Episcopum, sed Administratorem sese tantùm Viennensis Ecclesiæ publicis scriptis professus est. Obiit is anno 1504. *Welsii* sepultus.

6. GEORGIUS de Sclavonia, vir literatus & *Maximiliano* Imperatori à sacris Concionibus, *Bernhardo* mortuo substituitur anno 1504.

7. PETRUS Bononius Tergestinus Episcopus: cùm mortuo Imperatore *Maximiliano*, Scriniorum magistri officium per Austriam obiret, hujus simul Episcopatûs clavum tenuit, & administravit. Is *Tergesti* hodiè adhuc multo senio venerandus superstes & in vivis esse dicitur.

8. JOANNES à Revellis, Burgundus: *Ferdinando* Archiduci, *Maximiliani* Imperatoris ex *Philippo* filio nepoti, ab Eleemosynis, *Bononio* adhuc viventi, ab ipso *Ferdinando* in Viennensi Episcopatu substituitur anno Domini 1522. præfuit annis 8. Obiit anno 1530.

9. JOANNES Faber, ex *Leutkirchio* Sueviæ vel Algoviæ potiùs oppido imperiali natus, sacræ paginæ Doctor, Regi *Ferdinando* à Confessionibus (cujus plurima extant scripta) Episcopus Viennensis ab ipso Rege suo constituitur anno 1531. Præfuit annis decem. Obiit in thermis, quæ medio itinere sunt inter Viennam, & Novam-Civitatem anno 1541. sub comitiis Ratisbonensibus. Hujus tempore 23. Septembr. nempe anni 1532. venerunt Viennam *Carolus* & Frater *Ferdinandus*, cum 25. Hispanorum & Italorum millibus. Venerant verò etiam ex Germania 40. Cohortes militum Germanicorum, & 4000. equites. Turca verò fugam arripiente, Cæsar in Italiam rediit. Ejus Epitaphium:

D. M. S.

Joannes Faber è Leutkirch, Sueviæ oppido oriundus, Divi Ferdinandi Cæsaris Romanorum, Ungariæ, Bohemiæque Regis à consiliis & sacris Confessionibus, gravissimus hæreseon persecutor, inclytus Evangelii Christi præco, Episcopus Viennensis, qui postquam toto decennio ex hoc loco bonus pastor salubri verbi Dei paublo suum gregem refecit, obdormivit in Domino annum agens 63. (clymactericum) A nato Servatore anno M. D. XLI. XII. Calendarum Junii.

10. FRIDERICUS Nausea Ostrofrancus, ex *Weisbenfeldo* Babenbergensis Episcopatus oppido in Montanis Voytlandiæ penè ad *Wismadum* amnem sito, humilis sortis parentibus natus, unde ipse sese *Blancicampianum* appellitare est solitus: Sacræ Theologiæ & LL. Doctor, *Ferdinando* Romanorum Regi à sacris Concionibus, cujus itidem extant scripta plurima sacra & prophana: Vir eloquens imprimis: *Joanni Fabro*, à Rege Episcopus designatus, successit. Præfuit annis 10. & aliquot mensibus fideliter, concionans in summo templo Viennensi. Missus anno Christi 1552. ad Synodum *Tridentinam*. Fuit quidem Tridenti vivus, sed vivo illi inde discedere non licuit, obstabant quippe fata, & vis porrecti veneni. Sub ejus gubernatione accidit in octava Corporis Christi (quo Sacramentum Altaris per civitates omnes circumgestari solet) anno Domini 1549. ut pistoris cujusdam servus, *Joannes* dictus, homo alioqui simplex, sed sacrarum scripturarum nequaquam rudis, honestâ facie præditus, annum agens circiter 24. (qui ex Witebergâ Saxonum civitate celebri natus dicebatur) circumambulanti Clero obvius, horribili ac detestando facinore Monstrantiam, vel argenteam illam ædiculam Monacho Augustiniano primario è manibus ereptam in terram prosterneret, & pedibus calcaret, ad sacerdotémque conversus graviter cum illo (quod Idolomanias contra verbum Dei stabiliret,

& tàm

& tàm imbecillem Deum haberet, qui se defendere non posset) expostulavit, inspectante omni populo, & præsentibus etiam Regiminis Austriaci Proceribus, sed & totius Viennensis Academiæ summis & infimis membris omnibus. Is illico captus, & post aliquas septimanas 14. Novembr. miris suppliciis è medio sublatus est *Ferdinandi* Regis jussu: Supplicium tale fuit, educto ex carcere lignum, in os ligatum est, ne quid loqui posset, at ipse intrepidè locutus est, & postea exsecta & amputata est ei primùm in civitate lingua, postea eo ipso loco (ubi Monachum adorsus est) amputatæ sunt ei ambæ manus, quas intrepidè porrexit, tulitque omnia patientissimè. Postea extra civitatem non quidem ad usitatum locum, sed extra portam Stubensem trahâ in locum *Gensweid* deductus, ignibus impositus ad cineres usque combustus est. Erecta est eo ipso loco ad ædes nimirum pharmacopolæ, quem regem vocant, ubi sacerdotem allocutus est, in rei memoriam statua quædam cum tali inscriptione. Cujus author *Wolffgangus Lazius*:

Anno Christi M. D. XLIX. die 27. *quâ octava Corporis Christi Christiano ritu agebatur, quidam (cujus nomen cum ipso damnatum) ipsum Corporis Christi Sacramentum è manibus Sacerdotis gestantis, vi raptum, hoc loco cum impiis blasphemiis humi dejecit. Ob quod facinus scelerato illi lingua manùsque præcisæ, & corpus reliquum flammis exustum est. Cujus horrendi facinoris pœnæque monumentum exempli vitandi ergò, hic positum est.*

Nota: quod Sacerdoti dixisse dicitur preces recitanti: si est in cœlis, ergo non in ædicula. Quæsitus in carcere ab honesto, & insigni viro *Georgio Zimmermanno* Mercatore, & quid hoc facere ad designare facinus ausus fuisset? Respondit, in gloriam Dei se idipsum fecisse, nihilque se tam in votis habere, quàm ut in gloriam Dei conditoris sui eodem modo omnem totius orbis terrarum Idololatriam conterere posset. Defunctus Episcopus *Nausea* ex Tridento per Oenum & Danubium Viennam revectus, sepelitur honorificentissimè in medio ferè omnium Sanctorum templo Viennensi, ad suggestum.

11. CHRISTOPHORUS Werdwinius, patria Phorcensis: Sacræ Theologiæ Doctor, & Episcopus Novæ Civitatis substituitur à Rege *Ferdinando*, cui diu fuerat à sacris concionibus. Is hodiè adhuc præsidet, vir doctrinâ & eloquentiâ insigni præditus.

PRÆPOSITORUM verò Viennensium (qui à tempore secundario instituti Episcopatus ad hæc nostra usque tempora, Præposituræ præfuerunt) talis à *Wolfgango Lazio* Catalogus est conscriptus.

1. THOMAS à Ciliâ, Constantiensis Præpositus, ab Imperatore *Friderico* constituitur hujus novæ & recens erectæ Præposituræ Rector. anno 1480.
2. VIRGILIUS Cancellarius cognomento successit. Obiit anno 1503.
3. JUSTUS Kasmannus præfuit annis 7. Obiit 1510.
4. JOANNES Buschius, *Cuspiniani* Secretarii & Historiographi Regii sororius, & *Maximiliani* Cæsaris aulicus, præfuit etiam annis 7. Obiit 1517.
5. PAULUS ab Oberstein, J. U. Doctor & *Maximiliano* Cæsari à Secretis, ejusdémque scriba Latinus, ab eodem Imperatore *Joanni* substituitur. Præfuit annis 27. Obiit anno 1544.
6. JOANNES Rosinus, Orator insignis & Poëta *Ferdinandi*, Romani Regis, aulicus & nobilium puerorum Præceptor, ex Claravallensi in Zwettel Præpositurâ ab eodem Rege ad Viennensem hanc vocatus, cum vix eam per unius anni spatium administrasset, fatorum iniquitate intempestivè abreptus est anno Christi M. D. XLV. Sepelitur Viennæ apud S. Stephanum.
7. JOANNES Saur Sacræ Theologiæ Doctor, ex Cicziensi Canonico & Lipsiensis Academiæ professore, *Ferdinandi* Regis factus Concionator: huic etiam Præposituræ præficitur anno 1545. Is adhuc in vivis est: Celebratus olim à me carmine quod in laudem Bibliorum scriptum, Lypsiæ editum, *Bibliisque Brentianis* adjectum est.

Episcoporum & Archiepiscoporum Pataviensium
brevis Catalogus.

1. VIVILO inter Archiepiscopos Laureacenses primus fuit, qui Patavium secessit; cùm enim *Laureacum* ab *Hunnis* & *Avaribus* prorsus esset devastatum, à Duce Bojorum jussus est sedem suam transferre *Passavium*, quò etiam cum toto suo Canonicorum Capitulo secessit, sicque Archiepiscopalem sedem, approbante Summo Pontifice, Ecclesiæ Pataviensi impressit ac perpetuò univit. Sedit annis 20.
2. SIDONIUS Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis.
3. ANTHOLMUS Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Sedit annis novem.
4. WIHERICUS Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Sedit annis novem.

5. WALDERICUS Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Sedit annis 31. Sub hoc Archiepiscopo dicitur *Arnonem*, Episcopum Salisburgensem, Pallium Archiepiscopale à *Pontifice Leone III.* (qui cœpit A. C. 796.) impetrâsse. Et licet Bulla *Leonis III.* nunquam in legitimâ formâ ostendi possit, Laureacenses tamen etiam post *Arnonem* fuerunt ordinati Archiepiscopi, ac Sedes Laureaco-Pataviensis semper saltem jure suo, conservavit dignitatem Metropoliticam, sibi semel impressam, ita ut non obstante Bulla *Leonis III.* illa in sua dignitate relicta sit, & Salisburgensis Ecclesia, (quæ antea erat Suffraganea Laureacensis,) postea ab istâ *exempta* sit.

6. UROLPHUS Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Sedit anno uno.

7. HATTO Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Sedit annis undecim.

8. REINHARIUS sive Reginarius à *Paschali I.* ordinatus Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Cum verò Archiepiscopus Salisburgensis huic ordinationi se opponere vellet, Reginarius per definitivam Sententiam pro se & Successoribus Pallium Romæ obtinuit.

9. HARDWICUS Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Sedit annis 26.

10. ERMERICUS, sedit annis novem, otio deditus, ac Pallium non curans.

11. ENGELMARUS, Archiepiscopus, sedit annis 22.

12. WICHINDUS, sedit uno anno sine curâ Pallii.

13. RICHARIUS, sedit annis tribus, qui, uti & duo sequentes, ob violentias Salisburgensium non petierunt Pallium,

14. BURCARDUS sedit annis 12. sine pallio.

15. GUMBOLDUS sedit annis 17. sine pallio.

16. GERHARDUS, A. C. 931. electus, violentias, suis Antecessoribus à Salisburgensibus illatas, amoliri volens, Romam profectus est, ac ibi per definitivam Sententiam pro se, & Successoribus suis impetravit Pallium Archiepiscopale à *Leone VII.* (qui cœpit A. C. 935.) ita, ut postea *Agapitus II.* (qui cœpit præesse Romanæ Ecclesiæ A. C. 946. & A. 955. obiit,) ei certas provincias assignaverit, ac perpetuis futuris temporibus ab omni jurisdictione Salisburgensi exemerit. Sedit annit 14

17. ADALBERTUS Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Sedit annis 25.

18. PILEGRINUS, (qui etiam *Pilgrinus* & *Pilegrinus*, sed mendosè, appellatur. Verum enim eujs nomen fuit *Peregrinus*, quemadmodum varii vocantur Sancti, quorum memoria in *Martyrologio Romano* exstat.) Archiepiscopus Laureaco-Pataviensis. Cœpit sub Imper. *Ottone I.* cognomine *Magno*, A. C. 971. & A. C. 992. obiit. Hic Archiepiscopus à *Benedicto VII.* non tantùm impetravit Confirmationem *Juris Pallii Infulæque Archiepiscopalis*, nec non omnium Ecclesiæ Metropolitanæ Laureacensis Privilegiorum, pro se, & Successoribus, sed etiam Territorii, ab *Agapito II.* assignati. Post hunc Archiepiscopum Ecclesia Pataviensis in miserrimum statum redacta, & ab incursantibus *Hunnis* penè tota devastata est. Secuta deinde sunt publica totius Civitatis Pataviensis incendia, quæ omnia Archiva & arcana, ferinia cum Bullis Pontificiis, aliisque authenticis documentis domesticis, in favorem acrisæ *Exemptionis* Ecclesiæ Pataviensi olim concessis, in cineres miserè redegerunt. Propter quas, aliásque continuas & maximas calamitates sequentibus Episcopis impossibile fuit Pallium petere, & taxas pro eo persolvere. Unde sicut Summi Pontifices Jus ad impetrandum Pallium & ad prosequendam dignitatem Archiepiscopalem nunquam ab Ecclesiâ Laureaco-Pataviensi expresè revocarunt, ita hodiè adhuc Jus illud eisdem Episcopis Pataviensibus competit, & ab Ecclesiâ Salisburgensi manent *Exempti.*

19 CHRISTIANUS, sedit annis 22. qui ob prædictas gravissimas calamitates primus non potuit petere pallium usque ad Georgium Episcopum,

20. BEINGERUS, Sedit annis 33.

21. EGILBERTUS, Sedit annis 19.

22. ALTMANNUS, Sedit annis 27.

23. UDALRICUS, Sedit annis 32.

24. REGIMANNUS annis 17. alibi Reginarus.

25. REGINBERTUS, Sedit annis 9.

26. CONRADUS annis 18. *S. Leopoldi*, Austriæ Ducis, filius.

27. RUBERTUS per unum annum præfuit. Obiit anno 1165.

28. ALBO electus præfuit tribus annis.

29. HENRICUS præfuit per unum annum.

30. THEOBALDUS, sedit annis 20.

31. WOLSCHERUS annis 14. alibi Wolfkerus, postea Patriarcha Aquilegianus.

32. POPPO sedit per unius anni spatium.

33. MANEGOLDUS, Sedit annis 9.

34. UDALRICUS, Sedit annis 7.

35. GEBHARDUS, præfuit annis decem.

36. BER-

36. BERTHOLDUS, fedit annis tribus.
37. RUDEGERUS, fedit annis 18.
38. OTHO, annis 11.
39. PETRUS annis 14.
40. WICHARDUS annis 3.
41. GODEFRIDUS annis 3.
42. ALBERTUS annis 13.
43. JOANNES fedit per unum annum.

44. GEORGIUS, Comes de Altâ Flammâ, vulgo Hohenlohe, Supremus Imperii Cancellarius, fedit annis 35. Menf. 4. Sub hoc Epifcopo *Joannes XXIV.* decrevit exemptionem Ecclefiæ Patavienfis ab omni fuperioritate etiam legatiónis Præfulis Salisburgenfis. Item Georgio & omnibus ejus in Ecclefiâ Patavienfi Succefforibus reftituit Pallium. Hanc Bullam *Martinus V.* confirmavit; Quamvis eam poftea ob falfa narrata *Eberhardi*, Archiepifcopi Salisburgenfis, poft mortem *Georgii* revocarit.

45. LEONARDUS Lamminger, fedit annis 29.

46. ULRICUS Nuftorpherus præfuit annis 29. Delevit Judæos incendio, anno 1478.

47. FRIDERICUS Comes Oetingenfis, præfuit annis tribus, & omnia Imperialia fua impetravit, Obiit in oppido Linz.

48. CHRISTOPHORUS, fedit annis 10.

49. WIGILÆUS Frofchelius.

50. ERNESTUS Dux Bavariæ, Alberti filius, fit Archiepifcopus Salisburgi, Anno 1540.

51. WOLFGANGUS, Comes à Salm, perdoctus & pius Epifcopus. Sedet ad Clavum feliciter hoc adnuc currente anno Domini 1552.

Salisburgenfes Epifcopi, & Archiepifcopi, omnes ex perveteri quodam libro apud S. Petrum annotati.

1. S. RUPERTUS anno 582. invitatur à *Theodone* Duce in Bavariam, ad illam in Chriftianifmo imbuendam, primus Epifcopatum *Juvavienfem* inchoavit, cui præfuit 44. annis Sepelitur honorificè apud *S. Petrum* ante chorum, ad latus meridionale.

2. BEATUS Vitalis fucceffit *S. Ruperto*, primus Abbas Monafterii ad *S. Petrum* dicti, & à Ruperto fundati, in quo cathedralis Ecclefia diu fuit. Sedit annis 22. Sepelitur ad S. Petrum in feptentrionali abfide fplendidè.

3. ANSOLOGUS anno 673. Epifcopus & Abbas. Sedit annis 20. in Choro apud *S. Petrum*.

4. SACIOLUS Epifcopus & Abbas, fedit annis 14. Sepelitur apud *S. Petrum*, in Choro ante aram fummam.

5. ESSIUS Epifcopus & Abbas, fedit annis 23. Sepelitur apud D. Petrum, anno 703.

6. FLOBARGISUS anno 697. Epifcopus & Abbas fit: Præfuit annis 37. Obiit anno 740. alii 34.

7. JOANNES primus, obiit anno 755. Epifcopus & Abbas, fedit ad clavum annis 20. alii 14.

8. S. VIRGILIUS Carinthiæ Apoftolus, Epifcopatum Salisburgenfem anno 764. fufcepit. Sedit annis 21. Hic Ecclefiam *S. Ruperti* è fundamentis conftruere cœpit, confummavit & dedicavit, & in eandem fedem Epifcopalem ex loco Monaftico transtulit. Sub ejus gubernatione dedicatur Ecclefia in *Chiemfee*, anno Domini 783. Obiit Epifcopus anno 784. De his Epifcopis & Civitate Juvavienfi tale extat carmen propè tumulum S. Ruperti in Cœnobio D. *Petri*.

Urbs Juvavenfis fuit olim fplendida muris
Aggeribus magnis munita & turribus altis,
Sedis hic Regum fuerant ac templa deorum,
Gente fub antiqua fulgenti marmore ftructa.
Sed veluti legimus multis inculta diebus
Culmine de fummo cecidit prolapfo Juvavo,
Ac tegitur fylvis luftris teritúrque ferinis:
Urbéque deftructa remanent tantum ultima figna;
Hæc loca Rupertus fibi delegit pater almus
Primus & hic fedem conftruxit Pontificalem,

Ac sedis primæ regimen susceperat ipse,
Conducens late populos ad pascua vitæ:
Qui successorem sibi fecerat esse Vitalem
Pastorem verum, cælesti nectare plenum.
Hinc tres Abbates adeunt hoc ordine sedes
Ansologus, Savolus, post hos Esius venerandus.
Inde Flobargisus pastoris nomen adeptus,
Doctrinis vitæ sanctum pascebat ovile:
Joannes post quem sedem possedit eandem.
Virgilius exul, post hunc meruit fore Præsul
Quos meritis harum clementer ducat ad æthra
Sanctus Sanctorum, noceant ne crimina tetra.

9. BERTRICUS Abbas, eligitur in Episcopum, præfuit per unius tantùm anni spacium.

10. ARNO fit Episcopus circa annum Domini 785. dicitur impetrâsse Pallium à Papa *Leone III.* sedit annis 38. sub *Carolo Magno.* Obiit anno 821. 9. Calend. Februarii *Primùsque Salisburgensis Archiepiscopus*, qui, uti & ipsius Antecessores omnes hactenus erant Suffraganei Laureaco-Patavienses.

11. AMILONIUS ex Abbate S. Petri Episcopus designatur, præfuit 8. tantùm Mensibus, nec confirmatus, nec consecratus. Sepelitur in Cryptâ.

12. ADALRAMUS Abbas & Archidiaconus, successit *Amilonio* anno 824. Consecutus Pallium & confirmationem ab *Eugenio III.* P. M. Vir pius ac mitis, ac singulariter doctus. Obiit anno 836. Sepelitur in crypta *S. Ruperti.*

13. LUIPRAMUS consecutus est Pallium à *Gregorio IV.* sedit annis 24. Attulit Salisburgum B. *Hermetem* Martyrem anno Episcopatus sui 16. Sepelitur in Cryptâ, quæ est sub Choro principaliore.

14. ADALBINUS successit *Luipramo* anno Domini 859. palliatur à Papa *Nicolao I.* Sedit annis 15. Attulit è Roma corpora SS. *Crisanti* & *Dariæ* ad Ecclesiam Salisburgensem. Sepelitur sub Choro in Crypta *S. Ruperti.*

15. ADALBERTUS factus est Archiepiscopus anno 873. Sedit annis 8. In crypta humatus.

16. DIETMARUS vel Theodomarus successit anno 880. Sedit annis 17. Attulit è Roma *S. Vincentium* Salisburgum. Occubuit cæsus in bello Ungarico, anno 897. & cum eo alii Episcopi duo, *Otho* & *Zacharias.* Revehitur Salisburgum & sepelitur in Crypta.

17. PILEGRINUS hujus nominis primus, præfuit annis 16. Archiepiscopatui.

18 UDELBERTUS successit *Pilgrino.* Sedit ad clavum annis 23. Obiit anno 936. Conditur propè Antecessores suos in crypta sub Choro testudinato.

19. EGILOPHUS successit *Udelberto.* Sedit annis 5. Obiit anno 941. Positus in Cryptam.

20. HEROLDUS subrogatur *Egilopho*, præfuit annis 18. hic attulit corpus B. *Martini* Episcopi Turonensis. Introduxit *Hunnorum* exercitum in *Bavariam* ut sese ulcisceretur de Duce Bojorum, & Bavariam vastaret impius Episcopus, propter quod idem Heroldus, à Duce *Henrico* expulso, *Muldorphi* excæcatur, Dux verò ipse eodem anno moritur. Legitur fuisse Comes Schyrensis. Obiit anno Domini 988. Sepelitur in Sacello *S. Martini*, quod est in templo *S. Ruperti.*

21. FRIDERICUS Comes à *Chiembgew* successit. Præfuit annis 33. Sepelitur ante aram *S. Andreæ* in templo Rupertino. Subrogatur eidem

22. HARTWICUS electus anno 990. Sedit annis 33. Transtulit *S. Wolfgangum* Ratisbonam. Decessit ex hac vitâ anno 1023. Habetur quòd fuerit *Comes* à *Spanheim* & *Artenburg.* Sepelitur in *S. Georgii* sacello. Extat de eo Distichon.

Ut solis radius prodit de flumine rivus,
Hic stetit & fluxit Regum de sanguine vivus.

23. GUNTHERUS, S. *Henrici* Imperatoris Cancellarius fit Archiepiscopus, anno 1023. Præfuit annis tribus, & obiit anno 1026. Sepelitur in Cryptâ.

24. DIETMARUS secundus successit *Gunthero.* Sedit annis 16. Obiit anno 1041. Sepelitur honorificè in *S. Georgii* sacello.

25. BALDOWINUS eligitur anno 1041. Sedit annis 19. Sub ejus gubernatione *S. Wolfgangus*, Episcopus Ratisbonensis, à Papa *Leone* 9. canonisatur anno 1052. Obiit Episcopus hic anno 1060. Sepelitur in Cryptâ.

26. S. GEBHARDUS *Comes* de *Helffenstein*, Suevus, patre *Cadolone*, matre verò *Azela* natus, subrogatur *Baldowino*, sedit ad clavum annis 29. Fundavit anno Episcopatûs sui 15. anno 1075. *Monasterium Admontense*, & anno Domini 1072. secunda Nonar. Maji

Maji *Episcopatum Gurcensem* instituit, cui *Guntharium* antistitem primum præfecit. Obiit anno 1089. Sepelitur in Admontensi cœnobio à se fundato, ac munificentissimè dotato.

27. BERTHOLDUS *Comes* à *Mosburg*, ejecto *Gebhardo* Episcopo aliquamdiu, præfuit annis nimirum quatuor, introductus ab Imperatore *Henrico IV.* tandem cessit iterùm *Gebhardo*, cui rebus humanis exempto concorditer substitutus, biennii spatio præfuit. Sepelitur Mosburgii, ejectus ab Archiepiscopo Conrado Abensperg:

28. THIEMO, Monachus *Altachii* inferioris, postea Abbas *S. Petri*, fit Archiepiscopus, nobili genere apud Bavaros ortus. Præsedit annis 10. Palliatur à Papa *Urbano II.* Circa hæc tempora *Godefridus Bulionensis*, Dux Lotharingiæ laboravit pro recuperanda terra sanctâ, quam & feliciter recuperavit, & administravit. Is obiit in eo anno 1101. quo anno idem ille Archiepiscopus *Thiemo* cum *Welphone* Bavarorum Duce, ac Domina *Ita* Marchionissa, & *Gisiberto* Abbate Admontensi Hierosolymam profectus est, qui anno sequente apud *Choroczaim* ab infidelibus miserrimè trucidatus, glorioso Martyrii diademate coronatus esse legitur. Post cujus obitum præfuit iterum Salisburgensi Ecclesiæ supra nominatus *Bertholdus* annis quinque, ejectus tandem à *Conrado Abensperg* anno 1106.

29. CONRADUS, *Baro* de *Abensperg* præficitur Salisburgensi Archiepiscopatui anno 1106. Iduum Januarii, constitutus ab Imperatore *Henrico IV.* cujus exstiterat antea Sacellanus: Præfuit annis 42. Palliatur à Papa *Paschali* secundo. Sub ejus gubernatione designatur *Hermannus* quidam primus Præpositus Salisburgensis anno 1169. Et anno 1121. idem *Chunradus* communem vitam & ordinem *Canonicorum Regularium S. Augustini* in Ecclesia Salisburgensi instituit. Obiit anno Domini 1147. 5. Iduum Aprilis. Sepelitur propè aram *S. Erentrudis* Abbatissæ.

30. S. EBERHARDUS Abbas *Biburgensis* Cœnobii, in Bavaria siti, eligitur in Archiepiscopum Salisburgensem anno 1147. fuit *Comes* de *Hildpoldstein*, singularis fautor & benefactor pauperum. Præfuit annis 18. penè. Obiit 1164. Sepelitur sub Angelo.

31. CONRADUS secundus hujus nominis Abbas *S. Crucis*, *Leopoldi* Austriæ Marchionis filius, Episcopus Pataviensis, patruus *Friderici* Imperatoris, ejus qui à rufa barba dictus *Barbarossa*, transfertur ad Archiepiscopalem sedem Salisburgensem anno 1164. Pallio donatur à Papa *Alexandro III.* Sedit annis 4. Obiit 4. Calend. Octobr. anno Domini 1168. Sepelitur in Cœnobio Admontensi. Hujus Conradi tempore Ecclesia S. Ruperti, & penè tota civitas Salisburgensis, secundario igne consumpta est Nonis Aprilibus anni 1167.

32. ADALBERTUS secundus *Boleslai* Bohemorum Regis filius: eligitur à toto Clero, palliatur à Papa *Alexandro III.* sustinuit multa mala à *Friderico* Imperatore, quòd in schisma jurare nollet. Nam *Henricus* quidam Præpositus Berthensgadensis ei ex Episcopatu detruso suffectus est, qui præfuit tribus annis administratorio titulo. Postea apud Venetorum urbem *Conradus* Sabinensis & Moguntinus Archiepiscopus Ecclesiam etiam hanc per sexennium in Commendis habuit: utroque tandem cedente, *Henrico* ad Bertheosgadense Cœnobium suum, *Conrado* Comite Wittelsbacensi ad Ecclesiam Moguntioam, *Adalbertus* iste suæ sedi restituitur, cui præfuit ad annum usque Christi 1200. quo decessit. Sepultus ante aram *S. Andreæ*. Hic *Adalbertus Hallensem* civitatem exussit, & castrum *Hallburg* condidit. Hic ipse ad fluvium *Lamber*, ab Ecclesiæ ministerialibus quàdam vice captus, in castro *Werfen* per 14. dies detentus est, propter quod enorme facinus (quod sæculares manus suas in Episcopum injecissent) sacra aliquamdiu suspensa sunt: Obiit Episcopus 6. Iduum Aprilis.

33. EBERHARDUS secundus, nobilis *heros* à *Truchsen* Episcopus Brixinensis, fautor & alumnus pauperum omnium, electus in Archiepiscopum: misit *Bertholdum* quendam Salisburgi Præpositum Romam pro Pallio impetrando, sed is infecto negotio Romæ mortuus est: idcirco Archiepiscopus ipse Romam contendens, multo labore & immensis sumptibus Pallium est consecutus à Papa *Innocentio III.* Postea præfuit sapienter annis 45. Instituens inter res alias Episcopatus, *Chymensem*, *Lauentinensem*, & *Seccoviensem*. Locupletans item & augmentans Capitulum suum cum honoribus, tum divitiis plurimùm. Hujus Archiepiscopi temporibus *Chunigundis* virgo & Regina, uxor Imperatoris *Henrici Pii* & *Claudi*, Babenbergæ sepulta multis coruscans miraculis ab *Innocentio III.* canonisata est, præsentibus multis Archiepiscopis & Episcopis, inter quos adfuit etiam *Eberhardus* iste. Juvit auxiliaribus copiis *Conradum*, Episcopum Ratisbonensem, gerentem arma adversus *Ludovicum* Bavariæ Ducem 1203. sequente anno res, post utrimque plurima accepta damna transacta & pacata est. Interfuit Synodo Romanæ anno 1215. ubi Chimensis Episcopatus instituitur præsentibus Episcopis 412. Abbatibus 800. Celebravit eodem anno Domini etiam Concilium Provinciale. Interfuit *Aquisgrani* coronationi cujusdam Imperatoris anno 1217. Inde per *Coloniam* rediens, plurimas secum attulit divorum reliquias. Sub eo canonisatus est *S. Virgilius* Archiepiscopus anno 1232 à Papa *Gregorio IX.* Obiit anno 1246. Sepelitur in *S. Ruperti* Ecclesia Cathedrali, sub Choro principali.

34. PHILIPPUS, *Bernhardi* Carinthiæ Ducis filius, ex *Jutta*, Bohemiæ Reginæ unanimi Canonicorum & ministerialium consensu eligitur anno 1247. *Papa* verò ignorans legitimam in Ecclesiâ Salisburgensi electionem esse factam, quendam *Burcardum* de *Zigenhagen*, nescientibus Canonicis & ministerialibus Archiepiscopatui præfecit, & consecravit, qui post breve tempus, non adeptus adhuc intronisationem, ultimum diem clausit, sepultus in *Salemweil* præpotenti Sueviæ Monasterio plurimùm à se ditato: Unde Papa ad petitionem & instantiam tàm parentum, quàm amicorum ejusdem Philippi electionem confirmavit anno 1249. quo celebratum est Concilium Provinciale à *Philippo* Archiepiscopo in *Muldorph*. Anno Domini 1250. *Marchiam Styrensem* ferro & flamma vastavit. Grassatus est in suos homines, & totum Episcopatum anno 1256. Itaque alius Episcopus electus est, quod ipse ægrè ferens accitis auxiliaribus ex *Austrid* & *Bohemiâ* copiis, armatâ manu terminos Archiepiscopatûs invadens, incendiis & rapinis tam intra, quàm extra montana omnia vastavit: Archiepiscopus Romam vocatus, cùm non compareret, nec cessaret aut desisteret ab impio suo proposito, ut qui jam plebem in suam sententiam contra Capitulum pertraxerat, sacra *Salisburgi* & in tota Diœcesi per integrum annum suspensa sunt, per *Henricum* Episcopum Chyemensem fulminis Pontificii executorem. *Ulricus* contra Philippum electus Romam profectus, confirmationem Pontificiam obtinuit. Et inde domum reversus cum Præposito & Episcopo Chiemensi Regem Ungariæ, tum temporis magno exercitu prementem seditiosas quasdam & rebelles Marchiæ Styrensis civitates, imprimis obsidentem *Pettoviam* persuasit, precibúsque movit, ut solutâ Pettoviensis urbis obsidione, Salisburgum contenderetur: quod dum fit, & ad *Rustadt* usque perventum esset, *Dux Carinthiæ* Philippi exauthorati Episcopi nomine, cum suo exercitu *Ungaris* occurrere cœpit, ubi acerrimè dimicatum est anno 1257. Post biennium iterum dimicatum est, nam Austriæ Duces *Philippum* iterum armis instruxerant, anno 1260. *Ulricus* Archiepiscopus per *vallem Anasinam* iter faciens versus *Bavariam*, propè *Admontense Monasterium*, ab Austriæ Ducibus capitur, & in castro Wolckhenstein aliquamdiu detinetur, tandem ad Ducis mandatum dimittitur. Tota lis tandem per Regem Bohemiæ, & Carinthiæ Ducem composita, & transacta est anno 1261. *Ulricus* anno 1267. Româ in Germaniam rediens, afferénsque secum *Episcopum Squiblacensem*, sibi à Curiâ Romana datum pro reformatione Ecclesiæ Salisburgensis: hic verò Salisburgi de Reformatione cogitantibus & consultantibus, venit Bavarorum Dux *Henricus*, minorémque civitatem Salisburgensem, trans *Salczam* sitam, igne & ferro vastavit, quin & *Salinas* minores intrans, eas sibi subjecit, & contra vim munivit. Anno 1263. Bavarus iterùm cinxit obsidione *Salisburgum*, sed prodigioso fulmine territus decessit paulò post pacifcens cum civibus. *Philippus* ejicitur ex urbe Monachii. Petrini sacra tertiò suspendunt. Papa Regi Bohemiæ & Episcopo Olomuntino dedit reformandæ Salisburgensis Ecclesiæ, negotium. *Ulricus* videns se imparem, cessit oneri Episcopali anno 1265. recipiens sese in Marchiam Styrensem. Philippus anno 1268 Patriarcha Aquilejanus factus, tandem obiit in oppido *Krems*, ubi in Prædicatorum templo humatus est.

35. UDALRICUS iste Seccoviensis primùm Episcopus, postea Archiepiscopus Salisburg: designatus est anno Domini 1257. Præfuit annis turbulentissimis, ut supra dictum. Resignavit Archiepiscopatum anno 1265. Obiit & sepelitur in Seccoviensi Episcopatu suo anno 1268.

36. ULADESLAUS, Dux Poloniæ, *Henrici* Silesiorum Ducis filius, humanitate & virtute præstantissimus Princeps, à Papa *Clemente IV.* constituitur Archiepiscopus anno 1265. Ingressus Salisburgum anno sequenti splendidè & honorificè excipitur. Palliatur à *Clemente* Papa. Præfuit annis 5. Obiit anno Domini 1270. Sepelitur in summo templo ante aram B. Virginis.

37. FRIDERICUS à Walheim, forte Polheim, Præpositus designatur Archiepiscopus anno 1270. quo major pars Salisburgensis civitatis calamitosissimo incendio periit: Profectus *Romam* anno 1272. pro confirmatione, quam sequenti anno à *Gregorio X.* obtinuit unà cum Pallio. Celebravit Synodum Provincialem anno 1274. Sequenti anno hostem habuit Regem Bohemiæ, qui miserè grassatus est per Archiepiscopatum. Celebravit allud Concilium Provinciale anno 1281. Præfuit laudabiliter & virtuosè annis 14. Obiit anno 1284 Sepelitur ante aram *S. Andreæ*.

38. RUDOLPHUS de *Hochenegk*, Cancellarius Imperialis, *Rudolpho* Regi charus, unanimibus omnium Capitularium suffragiis eligitur anno 1284. Palliatur ab *Honorio IV.* Præfuit utiliter annis 5. Obiit anno 1289. Sepelitur in summo ante aram *S. Virgilii*. Post ejus obitum postulatus est uno ore omnium Capitularium in Archiepiscopum, *Stephanus* Henrici Bavarorum Ducis filius, sed is quod annum 21. nondum excessisset, non est à Romano Pontifice admissus.

39. CONRADUS *de Fansdorff* & *Braytenfurt*, ex Lauentinensis Ecclesiæ Antistite fit Archiepiscopus Salisburgensis anno 1289. Bella gessit contra *Carinthiæ* Ducem & anno 1307. iterùm Carinthiam cum valido exercitu ingressus, in spatio sex hebdomadarum obti-

obtinuit, & sibi subjecit civitates ad *S. Vitum*, *Volckhemarcum* & *Clagenfurtum*, castrum verò *Rabenstein*, propè *Frisacum* situm, expugnans solo æquavit & in monte *S. Thomæ* insignem munitionem fregit & dejecit. *Diethmaminga* obsidetur ab Austriæ Duce anno Domini 1310. Et tota circumjacens regio vastatur. Diethmamingæ humata sunt trucidatorum 1300. corpora. Præfuit anni 22. Obiit die Annunciationis Marianæ anno 1312. Sepelitur ante Corporis Dominici ædiculam honorificè.

40. WEYCARDUS Baro de *Polheym*, eligitur & confirmatur in Archiepiscopum in die *Wilibaldi* anno 1312. obtinuit Pallium Romæ apud *Papam* Clementem V. Præfuit 3. annis & spasmo percussus generali per totum corpus, obiit anno 1315. Mense Octobri. Sepelitur ante aram *S. Ruperti* honorificè à se conditam & instauratam.

41. FRIDERICUS de *Leibnicz*, Præpositus & Archidiaconus fit Archiepiscopus concorditer electus anno 1316. Pallium consecutus est à *Joanne* 22. Interfuit pugnæ propè *Mildorphum* commissæ inter *Fridericum* Austriæ, cujus partes fovebat, & *Ludovicum* Bavarum Imperii competitores. Ubi captus & paulò post dimissus anno 1322. Postea anno 1324. castrum & oppidum *Diethmamingum* venditum & amissum est per fraudem *Wulfingi* à *Goldeck*, recuperatur magnis expensis anno 1327. post magnam oppidi & Comitatus desolationem. Obiit Archiepiscopus iste anno Domini 1338. Sepelitur propè aram *S.* Crucis.

42. HENRICUS à *Piernbrun* præsedit Archiepiscopatui annis 5. Obiit anno 1343. Sepelitur in Sacello *Pilgrami* Episcopi, propè aram *S. Nicolai* primo suæ gubernationis anno.

43. ORTOLPHUS de *Weissenegk* sedit annis 21. Sub eo grassata est anno 1348. magna *pestis* per totam Europam, in Bavariâ & Austriâ totas civitates evacuans. Anno sequenti apud *Villacum* in Carinthiâ terræmotu mons corruit, qui magnam hominum multitudinem extinxit: & in Pannonia & Italia civitates & arces quædam eodem terræmotu quassatæ corruerunt. Sub eo erigitur *Academia Pragæ* anno 1351. Posteà & *Heidelbergensis*, anno 1365. Obiit Archiepiscopus iste. Sepelitur propè aram S. Trinitatis.

44. PILGRINUS de *Puechaym*, magnanimus Princeps eligitur anno 1365. Præfuit annis 32. Condidit Sacellum cum 6. altaribus in Basilicâ principali, in quo sepultus est. Capitur anno 1383. in Cœnobio *Roytenhaslach* à *Friderico* Bavarorum Duce. Obiit anno 1396. Mense Aprili. Sepelitur in Sacello, ut dixi, à se condito.

45. GREGORIUS Pincerna de *Osterwicz*, Præpositus & Archidiaconus unanimi omnium consensu eligitur in Archiepiscopum anno 1396. Sedit annis 7. Obiit anno 1403. Sepelitur in Cathedrali Ecclesiâ ante baptisterium.

46. EBERHARDUS *de Nova-Domo* sedit annis 24. Obiit anno 1427. Sepelitur in Sacello *S. Annæ*.

47. EBERHARDUS *de Starenberg*, eligitur anno 1427. Præfuit 2. annis. Obiit anno Domini 1429. Sepelitur propè Antecessorem.

48. JOANNES à *Reichsberg*, eligitur anno 1429. Sedit annis 12. Obiit anno 1441. Sepelitur in Sacello *S. Martini*.

49. FRIDERICUS Dapifer de Urnæ monte vulgò *Enneberg*, Urnam enim crocei coloris in rubea planicie pro insigni habuit: Eligitur anno 1441. Sedit annis 11. Obiit anno 1452. Sepelitur honorificè ante aram *S. Andreæ*. Successit ei

50. SIGISMUNDUS *de Volckhensdorff*, eligitur anno 1452. Sedit annis 9½. Obiit anno 1461. Sepelitur in summo templo ante aram *S. Colomanni*.

51. BURCARDUS à *Weyspriach* ex Præposito fit Archiepiscopus anno 1461. Sequenti anno fit Cardinalis Tit. SS. Nerei & Achillei. Sedit annis 4. Obiit anno 1466. Sepelitur ante aram *S. Ruperti*. Contra eum insurrexerunt subditi nimiùs exactionibus gravati. Sub ejus regimine inventa sunt metalla & mineræ argentique fodinæ in *Ratenberg* valle Oeni, quibus postea ditatus est non leviter Archiepiscopatus ille.

52. BERNHARDUS *de Rhor*, professus in Monasterio *S. Hypoliti*, eligitur anno 1466. in die *S. Walburgis*. Sedit annis 16. Resignavit intercedente *Friderico* Imperat. Joanni Archiepiscopo Strigoniensi anno 1482. Reliquum vitæ in *Dietmamingen* oppido & arce Episcopali exegit, ubi apoplexiâ obiit anno 1485.

53. JOANNES Archiepiscopus Strigoniensis præfuit Salisburgi etiam utilissimè 7. annis. Obiit anno 1489. Sepelitur ante aram *S. Ruperti* in summo templo.

54. FRIDERICUS *Comes Schaumburgius*, præfuit annis 4. & mensibus 10. Obiit anno Domini 1494. Sepelitur propè sacellum *S. Annæ*.

55. SIGISMUNDUS *ab Holnegk*, aliis *de Wolckensdorff*, præfuit Archiepiscopatui 8 saltem Mensibus. Obiit anno 1495. Sepelitur propè aram S. Crucis.

56. LEONHARDUS à *Keutschafen*, Præpositus in Oberndorff Junoniæ vallis, sedit annis 23. Mensibus 11. *Maximiliano* Imperat. charissimus. Præfuit sapientissimè & utilissimè. Obiit anno 1519. quo etiam Maximilianus rebus humanis exemptus est. Sepelitur in Sacello, quod ipse sibi fieri fecit.

57. MATTHÆUS Langius à *Wellenburg*, Patricius Augustanus, Episcopus Albensis & Tit. S. Angeli Cardinalis & Legatus Romanus, Episcopus Carthaginensis fit Archiepiscopus Salisburgensis anno 1519., Sedit annis 20. Mensibus 10. periculosissimis temporibus, vir magnanimus & eximiâ doctrinâ præditus. Præfuit prudentissimè. Obiit anno 1540. ætatis suæ 72. ultimâ Martii. Sepultus ante aram S. *Ruperti*.

58. ERNESTUS successit, Bavarorum Dux. Sub cujus gubernatione vixit Salisburgi *Theophrastus* ab *Hohenheim*, Eques vel Paracelsus insignis Medicus, qui sepelitur in S. *Sebastiani* templo cum tali Epigraphe:

Conditur hîc Philippus Theophrastus insignis Medicinæ Doctor, qui dira illa vulnera lepram, podagram, hydropisin, aliaque insanabilia corporis contagia mirificâ arte sustulit, ac bona sua in pauperes distribuenda collocandâque ordinavit. Anno 1541. die 24. Septembr. vitam cum morte commutavit.

CHRONICI BRUSCHIANI FINIS.



JOAN-

JOANNIS BIRCKII
CAMPIDONENSIS
SCHOLÆ S. HILDEGARDIS LATINÆ
MAGISTRI

TRACTATUS
DE
MONASTERIO
CAMPIDONENSI,
ET EJUS
MULTIPLICIBUS PRIVILEGIIS.

Erutus

Ex M. S. Codice insignis Bibliothecæ Celeberr.
Collegii Pollingani CC. RR. in Bavaria;

OPERA

A. R. & Cl. D. ALDOBRANDI GEBHARD
ejusdem Canoniæ Capitularis.

TRACTATUS
DE
MONASTERIO CAMPIDONENSI,
ET EJUS
MULTIPLICIBUS PRIVILEGIIS.

CAPUT I.
De invocatione divini auxilii.

Sancta Dei dextera. nos protegat intus & extra,
Omnia membra nostra. benedicat Virgo Maria,
Salve Crux digna. Super omnia ligna benigna.
Tu me consigna. ne moriar morte maligna.

CAPUT II.
De Genoloya Caroli Magni.

Non dimittere valeo, *narrare de Carolo Magno*
Et ejus uxoribus legitimæ. felicis Hiltegardis magnæ.
Nam ex diversis collegi. & hanc in formam redegi
Labore magno. & opere desuper niso.
Quidam ergo Dux Sanctus. nuncupamine Arnolfus
Ducem Angisum. genuit ex natura femisum.
A quo Pipinus venit. & hujus sperma assumpsit.
Senior Pipinus idem. genuit Carolum seniorem.
Hunc autem Carolum. dicimus genuisse Pipinum.
Idem Rex Pipinus. ex mulieribus duabus.
In vocibus sic Bertha. Lutburga alias Tallatina.
Nam de prima duos. regno genuit filios.
Leonem primum. alterum verò Rapetum,
Inde ex secunda. tres filios cum puella.
Scilicet Carolomanum. Simul & Byamamum.
Carolum grandem. Sororem eorum Gertrudem.
Talis autem Carolus. fuit Imperator magnus.
Decem habens mulieres quas tu sic voces.
Robedam Gerswindam. pariter & Lutegardam.
Vastradam cum Bertha. Adalindam cum Lutburga.
De post Rothildem. Simul & Himeltrudem.
Non minus yrmigardem. quam aliàs vocamus Hiltegardem.
De Robeda duos. genuit verè filios.
Primum Dragonem. secundùmque Hugonem.
Ex Gerswinda filiam. genuit Adeltrudam.
Luteburga sterilis. simul & Luthegarda non fertilis.
Rothildis autem filiam. genuit sibi Gothaidam.
Adelindis verò filium. sibi genuit Theodoricum.
Himeltrudis Pipinum. genuit ei gipposum.
Nihil genuit ex Bertha. duas filias verò de Vastrada.
Ut Theodoratam. simul & Hultrudem Natam.
Genuit ex Hiltigarda. ejus uxore legitima.
Octo pueros. inter hos quatuor filios.
Et quatuor filias. quos & quas sic legas.

Carolum, Pipinum. & Ludwicum.
Cum Gertrude Gilsam. simul & hinc Bertham Hiltigardam.
Lo. & lu. filii. erant veri gemelli.
Nunc simul colligis. quod Carolus grandis.
Octo filios genuit. & septem Natas habuit.
Cum mulieribus legitimis. pariter & Concubinis.
Caroli Pipinus. in Regem Italiæ promotus.
Ex Rudrudis Græca. filium genuit natura.
Bernhardum nomine. & cum puellis quinque.
Ut puta * *Adurulam* Adalhaydam. Cum Gudarda Berchtaidem. * Aurulam.
Post vobis adjungam. Sic nomine Theodoratam.
Caroli autem Ludwicus. Imperator semper pius.
Ex uxore yrmigarda. alto de genere filia.
Quatuor genuit filios. nominaliter vocatos.
Lothardum Carolum. Ludwicum & Pipinum.
Cum duabus puellis. sic infra vocandis.
Rorina & Hiltigarda. jam eorum habes nomina.
Ad nuptias Ludwici. Imperatoris semper pii.
Apostolicus Nuntios. notanter destinavit suos.
Theodorum Florum. simul & Primicerium.
Inde Ludwici Hiltigarda. quæ fuit ejus filia.
Duci maritata. Medulanóque copulata.
A quibus demum alia. venit una Hiltigarda.
Hæc eadem in numero. convicta Duci Saxonico.
Ludwico mortuo. & Campidone humato.
Erga suam Matrem. felicis nomine Hiltigardem.
Lothardus ejus filius. Imperator fuit secundus. Sctus. forte *Sanctus.*
Cum duobus filiis. Imperium rexit suis.
Ludwico cum Lothardo. sic eos vobis scribo.
Alter Ludwicus ab his. etiam fuit in humanis.
Una cum fratre suo. vero nomine Conrado.
Nam Imperator Arnolfus. fuit eorum Pater verus.
Carolomanus autem talis. frater fuit Caroli grandis.
Ut prius patuit. si quis dicta intellexit.
Ultimo ergo Cunradus. in Caroli genere repertus.
Erat Imperator bonus. qui in Fult est humatus.
Ex Almania verus. Dux nomine Gotfridus.
De spermate filium. genuit Hochingum.
Idem genuit Natum. vero nomine Nebum qui Gotfridum.
Nebus alium filium. produxit voce ymanum.
Hic unum filium. genuit nomine Hiltibrandum.
Qui fuit Dux Sueviæ. & Pater magnæ Hiltigardæ.
Quæ Nata Hiltigarda. super Endechs de Regarda.
Una cum Germano. nomine ejus Udalrico.
Qui laudisonus Episcopus. tandem erat factus.
Udal. autem Hilti. fuerunt veri gemelli.
His omnibus visis. & simul ita collectis.
Et plures Ludwici. fuere quàm unus reperti.
Multi fuerunt Ludwici & Hiltigardæ. salvo gramate.
Nam in Spira unus. vere est sepultus.
In Turregine alius. ibidem est humatus.
Reliquus ut pius. Campidone est conditus.
Multæ sic Hiltigardæ. in scripturis sunt repertæ.
In Medulano una. creditur esse sepulta.
Apud Coloniam altera. certe fuit humata.
Reliqua ut vero vera. Campidone est inventa.

CAPUT III.

Memoriale Caroli Magni, & Consecratio ejusdem.

Romanorum Carolus. Imperator Magnus.
Consecratus à Summo. Pontifice beato.
Dicto Leone. dum ambo erant in tempore.

Si

Si tempus scire gliscis. septingentis nota annis.
Et octuaginta quinque. prædictis semper adde.
Fuit autem annus. octuagesimus quartus.
Facta Consecratione. Carolus incœpit regere.
Per quadraginta duos. Imperium rexit annos.
Quibus bona perfecit. multimodáque complevit.
Nunc scias ut Hispaniam. ad fidem convertit {totam / veram}
Et alia loca. in eodem servavit multa.
Ac hæreticos expulit. gigantes plures vicit.
Sicut Jamont & Angelant quos pote nobis vocant.
Nam itaque {vixit / rexit} ut Imperium extra reduxit.
De Constantinopoli. ad Curiam ipsius Romuli.
Christi fidem augmentavit. & templa Dei fundavit.
Has virtutes studuit. dum in Curia Marsilii fuit.
Cujus semper à juventute. in virtutem crescens de virtute.
Tandem virtuosus. adeò ut sibi Omnipotens Deus.
Cum calcaribus gladium. & aureorum direxit pomum.
De Cœlo cum Cruce aurea. {hæc sunt signa magna. / & corona Uranica.}
Inde vero dixit dictus Carolus. quasi diceretur coronatus.
Vel in toto Carus. quia Deo dilectus.
Demum clausit suum. Januario diem ultimum.
Vicesima die prima. eodem in mense reperta.
In Agonia dicens. hunc & versum psallens.
In manus tuas spiritum. commendo semper meum.
Suæ ætatis anno. in septuagesimo secundo.
Tactus febre loco. Carolus decessit in isto.
Et Aquisgrano humatus. ubi virtute fuit armatus.
Sua in Ecclesia. quæ ab eo erat constructa.
Ibi in pace sempiterna. requiescat ejus anima.

CAPUT IV.

Ubi in Juvenili ætate fuerit, & virtute studuit.

Si quis scire voluerit. ubi Carolus Magnus fuit.
In Juvenile ejus ætate. quod idem adeo ornate.
Omnes studuit virtutes. & optimos acquisivit mores.
Tunc in Hispania unum. Regem nomine Marsilium.
Ita vobis signo. ac verum de ipso scribo.
Nam Rex Marsilius. vivendo fuit virtuosus.
Non duntaxat virtuosus. pariter etiam & morosus.
Quoniam Deifice vixit. ac multa bona perfecit.
Et adeo grandia. de eo erant dicta.
Scilicet gentiles bellando. fidémque augmentando.
Quorum alii Reges. & Supremi gubernatores.
De ejus vita bona. tulêre infinita.
At non satis de hujusmodi. valuere amirari.
Hoc Caroli Pater ens. à pluribus ita percipiens.
Immediate suum filium. direxit ad Marsilium.
Circa quem virtutes. studuit & mores.
Nam in Curia Marsilii. famuli erant Sophi.
Quos semper dilexit. ab hisque consilia traxit.
Etiam Presbyteros amavit. ipsósque semper laudavit.
Id Carolus videns. & demum etiam adimplens.
Ut patuit supra. in una mettrificatura.

CAPUT V.

Quando Hiltigarda nata est : & ubi.

O felix locus. feliciúsque tempus.
Quo felicissima. procreata est Hiltigarda.
Endechs ut locus. Bavaris est benè notus.
Die ejus Clara. dat Sancta Sabina.
Triginta duóque peracti. sunt anni septingenti.

CAPUT VI.

De Parentibus beatæ Hiltigardis Reginæ, & Imperatricis.

Dux Sueviæ Pater. Bavariæ Ducissáque Mater.
Hiltiprandus nomine. Regarda Matris vocamine.
Hilti Pater incipit. & Garda Mater finit.
Ortum erat dictamen. Hiltigarda filiæ nomen.

CAPUT VII.

Ubi pro majori Hiltigarda duxerit vitam seu moram.

Loca Hiltigardæ. distinguimus quatuor fuisse.
In quibus moram. per ejus duxit vitam.
Endechs primus. Prunschwictque secundus:
Altravensburg tertius. Campidone vero quartus.
Nam nata in primo. Talatinam visitavit secundo.
Quæ fuit Ava. Hiltigardis namque vera.
Mater autem Talatinæ. fuit Rothildis voce.
Hiltigardis in tertio. huc Pater erat regendus.
Quartum præelegit. quo sancta in pace quievit.

CAPUT VIII.

De vita Hildigardis.

Hiltigardis à juventute. de una crescens virtute.
In aliam continue. gliscens Deum videre.
In loci Algamate. Ubi lætitia sine fine.
Nam multum decorata. bonis virtutibúsque ornata.
Quibus mediantibus. Deus per eam operatus,
Grandia miracula. & signa multimoda,
Cæcos illuminavit. Surdis auditum donavit.
Mortuos suscitavit. Claudis meatum reparavit,
Infirmos curavit. omnésque languores sanavit.
Obsessos liberavit. & eis gratiam impetravit.
Hæc Dei virtute. Claro apparuerunt tempore.
In loco Campidone. ubi in pace solent quiescere.
Nam hæc signa. reperies in ejus Cronica.
Nec non depicta. Coram Hiltigardis sepultura.
Et si non sit Canonizata. à Poëtis semper tamen Sanctificata.
Ut patet Clare. si veterum leguntur historiæ.
Sit ergo benedicta. hæc felix Hiltigarda.

CAPUT IX.

Quomodo Hiltigarda interpretatur.

Nam vox Hiltigardis. ita glossatur à Poëtis.
Littera de una means. & in aliam sic glossans.
Hilares rogas dando. semper egenis subveniendo.
Hymnos Deo dicens. devotis orationibus insistens.

Laudi-

Laudifone femper Sanctis. dedit orationes Hiltigardis.
Domuit, & mitigavit. ac fingula pacificavit.
In corde ornata virtute. fuit ipfa femper à juventute.
Gerendo vitam modo. ut Deo hæc placuit Cœlo.
Altiffimum infpiciendo. cum eo & fuis femper gaudendo.
Redemptorem noftrum diligendo. & Deum femper vivendo.
Tenerrimæ Mariæ Matris. quæ fuit Virgo Virginis.
Actricis almæ Hiltigardis. cujús laus fit ei finis.

CAPUT X.

Quot fundaverunt Cœnobia Carolus, & ejus uxor Hiltigarda.

Carolus & Hiltigarda. tot fundaverunt Cœnobia.
Quot funt litteræ. in Alphabeto noftro repertæ.
Hi omni Cœnobio. litteram dederunt ex Alphabeto.
Quæ fuit aurea. & grandi valore gravida.
Hoc notum erit. fiquis Cœnobia quærit.

CAPUT XI.

De Sorore beatæ Hiltigardis, fcilicet de Adalinde.

Gatto Comes magnæ laudis. & Soror beatæ Hiltigardis.
Dicta Adalindis. priorifque Uxor Comitis.
Roma multa egerat. nam Cœnobia fundaverat.
Unum fit Bucho. in quo Moniales pono.
Alto genere nobiles. & earum in vita laudabiles.
Comes autem prædictus. ibidem eft fepultus.
Cum duobus filiis. quos & natura Adalindis.
Genuit hic verè. requiefcat ergo in pace.
Si fcire nomina glifcis. hoc in fequenti notabis.
Beingeri cum Regnoldo. fic eos nomine fcribo.
Eorum cum Patre. Planckental in valle.
In bello grandi. fimul erant interfecti.
Hæc vallis fita. non procul à Bucho locata.
Nam extrahis, & fummopere intelligis.
Non folùm Hiltigardem. fed ejus etiam fororem.
Ad divinum habuiffe cultum. permagnum appetitum.
Una cum eorum Genoloya. ac nobilitate tota.
Ut Nationis locus. ad oculum ducet continuus.
Quem vobis nomino. Endechs in Bavaria figno.
Nam ita nunc ponitur. ut Sanctus mons dicitur.

CAPUT XII.

De fundatione Monafterii Campidonenfis.

Hiltigarda Imperatrix. Cœnobii Kemptěnque fundatrix.
Quid ex hærede tenebat. illud Cœnobio diftribuebat.
In annis feptingentis. Septuaginta tribus actis.
Ut Cultus divinus augetur. ac novum Clauftrum erectetur.
Pluraque territoria. pleno juréque donaria.
Huc tunc dederat. & opus bonum fundaverat.
Favens hoc Carolus. ejus conthoralis magnus.
Qui cuncta confirmavit. & Prælatis inibi fignavit.
Quos alte privilegavit. ut gladius in clypeo nominavit.

CAPUT XIII.

De digito beatæ Hiltigardis.

Quam Deus multa. fecit per Hiltigardem miracula.
Ut hic intus fcribo. & aliqualiter hæc noto.

Tandem incerta unum. volo esse prænotandum.
Dum Rex Carolus. & Imperator magnus.
Sua cum uxore. felicis Hiltigardis voce.
Romæ affuerunt. simul & ad Papam venerunt.
Tunc felix Hiltigarda. ait: Sanctissime Papa.
Ob Dei honorem. Matris ejusdémque decorem.
In Algoe territorio. Cœnobium fundare volo.
Cur Reliquias à vobis. peto hac causa finis.
Ut hæ in Cœnobio. venerentur tempore ævo.
Licet Papa {fautor / amicus} sibi fuit. hoc tamen denegavit.
Verumtamen non omnino. sic sed verbis dicendo.
Ob Imperatricis honorem. hoc vobis do ad decorem.
Quidquid digitorum minus. ferre poterit unus.
Hæc Hiltigardis verba percipiens. gratiarum actiones dicens.
O Deus alme. adiuva recenter me.
Ut tantas ferre valeo. quantas placebit Deo.
Et sic circa Altare. stetit summo in loco Ecclesiæ.
Coram Papa & Cardinalibus. nec non & multis hominibus.
Parvum digitum extendendo. quantum ferret videndo.
Deus in ea primum. volens ostendere miraculum.
Tunc ejus digitus. grande portavit onus.
Omnium Reliquiarum. pro tunc Campidone contentarum.
Has gaudio accipiens. cum his Campidone adiens.
Ubi hæ adhuc sunt. & pace sancta quiescunt.
Ecce hominum quilibet. diligentia magna consideret.
Qualiter Deus omnipotens. cum Hiltigarda facere volens.
Miracula tanta. quæ prius vix sunt audita.
Ergo ipsa digna. omníque honore laudanda.
Cum adeo pretiosum. Campidone dedit thesaurum.
O Campidone Comitatus. eo tempore fuisti beatus.
Dum Corpora Sanctorum. venerunt in hunc locum.
Affuit tunc Civitas nulla. sed tantum Civitas parva.
Sub hylomont sita. quæ Cœnobio fuit data.
A felici Hiltigarda. pro tunc Imperatrix vera.

CAPUT XIV.

De Cœnobii Sanctificatione Campidonensis.

Septingentis annis, septuaginta septémque percursis.
In Ascensionis die. ut tunc ciclus dedit in tempore.
Ob preces Hiltigardis. quæ tenebat statum Imperatricis.
Adrianus Papa. propria sua in Persona.
Ex Roma veniens. Campidonámque adiens.
Cum Cardinalibus tricentis. simul & quinquaginta ponis.
Adjunctis Episcopis. Simplicibus & summis.
Cœnobium dedicavit. ac Sanctos secum portavit.
Cum Reliquiis multis. ut in Ambone audis.
Nec non & Indulgentias. quas in numero sic locas.
Triginta unum mille dies. quos mortalia voces.
Istis undecim diebus. omni in anno reperimus.
Ut Clara lucet die. prædicationis in tempore.
Et si dictum numerum connumeres. totam in anno summam vides.
Tanta non summarum summa erit. quanta tibi benè placebit.
Ultra jam dicta. alia loca sunt ponenda.
Quæ ut in antiquis. reperi olim Cyrographis.
A Pontificibus summis. cum Episcopis his junctis.
Fuisse dotata. cum veniisque privilegiata.
Dum homo pœnitens. hujusmodi fuerit transiens.
Si loca hæc scire glifcis. sexteno ordine subnotabis.
Locus tibi sit primus. erga almorum septem gradus.
Ibidem mortalium annos. peccatorum septingentos.
Procul dubio habes. & hinc locum secundum pones.

Circa

Circa tres gradus. ubi Sebaftianus eft Sanctus.
Dum hos iveris. tricentos dies habebis.
Hinc non obtinebo. & tertium locum te docebo,
Nam gradus funt octo. in Hiltigardis fepulchro.
Ubi veniarum dies. octingentos reperies,
De poft tibi locus. bene fignabitur quartus.
Ut fex Chori gradus. quos olim numeravimus.
Ex quibus capis vere. veniarum dies mille.
Tot pariter accipies. fi Ecclefiam Walburgæ vifites.
Simul cum octiogentis. de Nicolai templo fummis.
Etiam Carenis certis. prædictis femper adjunctis.
Verum lites, iocendia. ac Mooachorum difcordia.
Cum vita perpera. eorum diu fic facta.
Has fecerat venias. pro præfenti effe oblitas.
Demptis undecim diebus. quos fupra pofuimus.
Qui in vigore adhuc exiftunt. & homioes hos quærunt.
Sit autem homo benedictus. qui propriè hic eft {moratus. natus.}
Hæc loca fex quærens. ea omoi diéque cernens.
Per oppofitum tibi noto. & pro veritate pono.
Qui cootra hoc faciens. non erit Deo benè placens.

CAPUT XV.

De Patronis Cœnobii Campidonenfis.

Hic micat Epimachi. noftri pictura Patrooi.
Cujus nunc meritis. Pater miferefcito nobis.
Fulget Gordiani. fepties hic clara beati.
Quem jam Chrifte pium. fac nos fentire Patronum.
Propter Cœnobii Sanctos. veoerabiles hicque Patronos.
Nec non Fundatricis. honorem voce Hiltigardis.
A Gubernatoribus ordinatæ. particulares fuerunt Scholæ.
Easdem perpetim effe. cum Scholarium multitudine.
Erga Campidonenfe Cœnobium. ut ibi femper tenerent locum.
Dicitur hoc factum effe. Ludwici Imperatoris tempore.
Qui fuerat filius. felicis Hiltigardis pius.
Nam noo immerito. Scholæ debent effe in Cœnobio,
Cum io fundatiooe prima. beata dedit Hiltigarda.
Cuncta Cœnobio jura. Spiritualia & Sæcularia dicta.
Quooiam tunc io Campidonæ villa. ab ea fuerat poffeffa.
Nec noo & aliis. locis fita multis.
Qui nam Scholas has diminuent. & ritus Cœnobii annihilent.
Defuper dicti Sancti fileot. fed vindictam in fine {dicent. clament.}
Quia non eft dubium. quin fic fiet judicium.
Extremum dum veniet. & prima ibi caufa fiet.
Tunc fententiam ftrictam. dabit fuper rem ioiquam.
Nam in & erga oppidum. Campidona nunc dictum.
Latioales tunc Scholæ. in Cœnobio debeot effe.
Et in Circulo muri. Sit folum Schola Theotunici.
Idem judicium erit. Si quis facrum oleum quærit.
Hæc privilegia oon foium. in Civitate habet Cœnobium.
Sed adhuc alia quàm plura. ut res eft beoe nota.
Hoc verum effe videbis. dum litteram Cœnobii legis.
Res talis eft nota. quod in Campidooa tota.
Nullum oleum Sacrum. Oppidani habeot ùt proprium.
Sed cùm habere volunt. die noctùque currunt.
Ad Hiltigardem felicem. nec oon & Cœoobii fundatricem.

CAPUT XVI.

De Privilegiis Monasterii Campidonensis.

Quantæ autem multitudinis. Cœnobii Kemptum in privilegiis.
Prima in fundatione fuerat. ita Chronica narrat.
Nam Carolus Magnus. & Hiltigarda uxor ejus.
Cum Papæ favore. Adriano in nomine.
Abbati Andegario primo. & eum sequentibus loco.
Cum sæcularibus spiritualia. Cœnobio dederat omnia.
Sicuti villas, castra. nec non & multa oppida.
Cum fundatis & fundis. simul & omnibus circumstantiis.
Quæ jacuerunt in locis. Algoie, Hylergoiéque dictis.
Segegoie }
Augustgoie } superadditis. & alia plura Goie adjunctis.
Ut solùm Abbates hæc regerent. & omnia benè providerent.
Sicut Omnipotenti Deo. respondere vellent in ultimo.
Nam olim temporum. fuerat sic Cœnobium.
In tantis privilegiis dotatum. & in mundi partibus exaltatum.
Ut omnia Sal, vinum. ferrum & frumentum.
Nec non & alia. quæ domi sunt utensilia.
Ex quatuor mundi provinciis. venerunt theoloniis.
Ad Campidonæ Cœnobium. tempore antiquorum Abbatum.
Quæ nomina villarum, Castrorum. fuerunt autem & Oppidorum.
Non est necesse scribere. nec volo hìc ponere.
Nam longa solent sperni. gaudent brevitate moderni.

CAPUT XVII.

De Gygantibus Hiltigardis, & Caroli.

Cùm Imperatrix fortunata. semper Hiltigardis dicta.
Campidonæ vixit. & Machinam incœpit.
Ibidem Cœnobii ipsius. die prima fundationis.
Gigantes sic duos. habuit, in nomine dictos.
Sanctimont, & Celebrant. ut Poëtæ nobis scribant.
Qui strictè laborarunt. ac ibi lapides portarunt.
Unus tantum in die perficiens. & solum opere complens.
Quanto alias octo viri. vix potuerunt niti.
Cum istis Hiltigarda. multa habuit solatia.
Quantum hi gigantes. fuerunt in die comedentes.
Hoc esset derisorium. & quasi incredibile ad audiendum.
Ergo hoc obmitto. & finem ipsis sic impono.
Si quæstio erit, unde eorum ortus fuerit.
Vos scire verè volo. ac sic ad quæstionem dico.
Carolus Magnus. Hiltigardis Vir legitimus.
De Constantinopoli hos portavit. dum ultra mare meavit.
Tandem uno mortuo. & priori in Cœnobio sepulto.
Alter abhinc recessit. iter versus Italiam arripuit.
Fuit autem primus, à Duce nomine Ernestus.
Exhumatus in Cœnobio. dum Claustrum renovavit ex novo.
Gigantis autem ossa. à Duce fuerunt missa.
Ad Principum loca. eorum magnitudinis causa.

CAPUT XVIII.

De primo Conventu Fratrum Cœnobii Campidonensis.

Si quis cupit scire. qui primo inire.
Regularem vitam. Campidonæ olim fundatam.
Cum sexu eorum nomina. hic inferius nota.
Gruntfest Andegarius. de Prunschwick nobis natus.
Abbas fuit primus. à Hiltigarda constitutus.

Stain-

Stainburg Joannes. Prioris tenuit {dignitates. / fasces.}
Kupferperger Petrus. mensæ fuit lectorius.
Tallacet Hainer Jacobus. rerum procurator verus.
Nunc autem Confratres. hic per ordinem simplices.
Usque vicesimus quartus. perfecte complebitur numerus.
Herthorn Agapitus. Forstner sit tibi Hiltiprandus.
Simon Frünthelder., Amandus hinc Latner.
Berngiselfridus. Waldgriener Floranus.
Tascolus Felber. Rainboldus Rainstetter.
Thomas Frunthalter. Stephanus Hochreitter-
Gryenruber Severorius. Joannes inde Vichus.
Loffal Verodarius. Frowensthon Bartholomæus.
Gruntfester Vitalicius. Harmukam Hilteprandus.
David Rager. Wigandus de post Tallinger.
Baumflieger Raguntius. Hocheschiltque Alexandrus.
De his cujusdam filii Duces. ac nobili ex genere Comites.
Nec non viri {Laudantes / præstantes.} petierunt. & eundem Campidonæ induerunt.
Imo plures supplicarunt. sed rogatum non impetrârunt.
Tempore tunc isto. circúmque orbe sub toto.
Sub Fratribus præfatis. hominum vere quisquis.
Cupiebat nam esse. quoniam vitam tenebant regulæ.
Mansit autem observantia. satis tempore longa.
Usque ad Abbatem Werenherid. sic ejus nomine dictum.

CAPUT XIX.

An Monasterium sit antiquius præsenti Civitate, vel non?

De longinquitate temporis. conditio parat originis.
Tunc si locorum antiquitates. scire libenter glisces.
Inter Cœnobium. & Oppidi Kempten locum.
Qui eorum in ædificando. sit veterior altero.
Inde cum opera. ac obnixè considera.
Quod olim temporum. ritum in gentilium.
Quodam sub {Senatore / Imperatore} rubeam barbam habente.
In Campidonensium loco. quem nunc albatoria voco.
Civitas fuit diversimode. dictáque in nomine.
A multis Senatoribus. nec non & Gubernatoribus.
Quorum quidam destruxerunt. alii vero renovaverunt.
Hic enim existunt nomina. in sequenti tu appella.
Vermeca cum Tretica. Sit tibi dicta Vertica.
Ecce nomina tria. habuit gentili in forma.
Fuerunt hic gentiles. Senatori facti sunt inobedientes.
De Civitate Vertica. sic in nomine dicta.
Dum autem Senator. seu pro tunc talis Imperator.
Istius consuetudinis fuerat. quod quidquid perjuraverat.
Per rubeam suam. nec non longámque barbam.
Hoc firmiter tenuit. & indilate perfecit.
Modo in obedientiam eorum. Cœpit jurare per suum Deum.
Edepol, & Hercule. sic dicti in nomine.
Civitatem præfatam. à fundo destruere totam.
Ita namque fecit. & corruptionem adimplevit.
In Hylomont Castro inde. Esnerius Dux nomine.
Gentilis, ad quem erat. superstita turba venerat.
Ex Civitate desolata. â Senatore Vertica dicta.
Ducem comperierunt. & sui ad gratiam dederunt.
Ut eis quemdam campum. daret pro habitatione eorum.
Tunc esse vellent sui. jurare & in ævum Deum sibi.
Et ejus Successoribus. Ordinem servare illius.
Quos homines in subditos. expulsos accepit suos.
Et donavit ei Campum. infra Burgkhald situatum.

CAPUT XX.

Unde veniat illud nomen Campidona.

Inde nomen ortum. prima Campidona dictum.
Tuguria facere incœperunt. & inde villam erexerunt.
Hæc entia facta. sic sunt & finita.
Dum in numero sexcentos. forsan calcavimus annos.
Ante Nativitatem Christi. sicut ex Chronicis legi.
Tandem temporibus mutatis. variant & res ipsius.
Nec non ritus Paganorum. versus in vitam Christianorum.
Et tempus naturæ. mutatum est in tempus gratiæ.
Prædictum Castrum. veniebat ad Ducis manum.
Qui fidelis extiterat. Erncrius nomen ejus erat.
Nam ipse & sui. vere naturales amici.
Hanc provinciam. rexerunt per longam moram.
Sed dum discessit stirps illa. & in toto fuerit sepulta.
Res talis contingebat. & Castrum in possessionem veniebat.
Per Successionem hæreditatis. in stirpem ipsius Hiltigardis.
Quæ Cœnobium ornavit. & ipsum primo fundavit.
Ut prius scripsi. & nominabiliter cognotavi.
Nunc istis prænotatis. atque diligenter consideratis.
De Antiquitate eorum dico. & breviter finem concludo.
Nam Cœnobii fundationis tempore. Civitas fuit forma Villæ.
Et sub Abbate Burckhardo. acquisivit nomen Civitatis prioris primo.
Hoc factum annis. post Christi nativitatem numeratis.
Mille cum tricentis. simul triginta sex finitis.
Illud limpidè patet. si quis Chronicam desuper leget.

CAPUT XXI.

De Comite Berone.

In annis septingentis. septuaginta duobúsque actis.
De Prunschwick Comes Bero. fuit ultimus super Castro.
Hylomont regens. húncque Hiltigarda deponens.
De eodem Castro præfato. Andegario dedit Castrum primo.
Cum oppidulo sito infra. quod jam dicitur Campidona.
Ad regendum singula. undique in Comitatu sita.
Cum omnibus sæcularibus. juribus & spiritualibus.
Ut adhuc luce claret. & per sufficientia signa nitet.
Comes autem prædictus. fuerat Rulandi filius.
Qui quidem Rulandus. erat Caroli Sororis filius.

CAPUT XXII.

De Epitaphio primi Abbatis Monasterii Campidonensis, nomine Andegarii.

Hic Abbas primus. dictus nomine Andegarius.
Super suo Epitaphio. hæc metra ab ipso.
Posita sunt pro certo. sic hic ad sensum signo.
O Deus Judex vere. tu defunctis miserere.
Da requiem cunctis. hic & ubique sepultis.
Ut sint in requie. propter tua vulnera quinque.
Et fidelium animæ. requiescant semper in pace.
Ac viginti fratres tres. cum Andegario fuerunt orantes.
Ut litterarum ordo. compleatur in abcdario.

CAPUT XXIII.

De Sepultura Fratrum.

Mille & centum annis. à Nativitate Christi decursis.
Fratres ex Cœnobio. Campidonensi sic dicto.
Sepulturæ proprium. eorum habuerunt locum.
In quo hominum nullus. pro tunc erat sepultus.
Nisi ex ipsis unus. qui fuerat ex Conventualibus.
Iste autem locus erat. ubi Custoriæ testudo stat.
Hanc testudinem puto. quæ est in custodis domo.
Et à loco prædicto. sepultura communis in propinquo.
Aliorum hominum fuit. uti veterum prolatio dicit.
Simile sepulturæ modus. tenetur adhuc cum Scholaribus.
Qui proprium habent Cimiterium. jam retro post Chorum.

CAPUT XXIV.

De Abbate Agapito.

Hæc metra ab Agapito. Abbate compilata primo.
In Campidonensi Cœnobio. ante ejus mortem tempore parvo.
Quod fuit, est, & erit. brevis horæ articulo perit.
Ergo, quid fuisse prodest, esse, vel fore.
Nam simul esse perit. quod fuit, est, vel erit.
Quod breviter durat. quis prudens quærere curat.
Cùm fæx cùm fimus. Cùm res turpissima simus.
Unde superbimus. dum terra in terram redimus.
Vivens contemne. quod moriens nequis habere.
Fabrica murorum. grandis structura domorum.
Gloria mensarum. cum deliciis epularum.
Insignésque thori. mappæ Schyphique decori.
Resplendens vestis. quæ moribus obstat honestis.
Grex armentorum. spatiosus cultus agrorum.
Vertile vinetum. diversa vice repletum.
Gaudia natorum. dilectio dulcis eorum.
Cuncta relinguantur. nec post vitam inveniantur.
Regia Majestas. omnis terrena potestas.
Prosperitas rerum. series longinqua dierum.
Stertit absque mora. mortis dum venerit hora.
Quid prodest homini. si vivat sæcula centum.
Cum moritur, vitam. transiisse putat quasi ventum.
Vita quid est hominis. nisi res vallata ruinis.
Est caro cinis. hodie principium crasque finis.
Cùm recordor, quod sum cinis. & quod cito venit finis.
Sine fine pertimesco. & ùt cinis refrigesco.
Omne namque genitum. tendit ad interitum.
Semper post gaudebunt. qui nunc sua crimina flebunt.
Cúmque cœpi vivere. cœpi morti propinguare.

CAPUT XXV.

Quot sunt Sancti in Ordine Sancti Benedicti, vel fuêre.

Quinquaginta quinque. millia quingenta quinque.
Omnes Canonisati. feliciter à te sunt translati.
Est Monachus Sanctus. Caput vero Benedictus.

CAPUT XXVI.

Quot sunt Monasteria in Ordine Sancti Benedicti.

Quinquaginta & mille. simul & quinquaginta quinque.
In Sancti Benedicti serie. tot Cœnobia quære.

Sic certè legimus. unoque non minus.
Sub Lunæ Ciclo. & toto terræ spatio.

CAPUT XXVII.

Quando fuit sepulta Sancta Hiltigarda Campidonæ.

Annis decursis septingentis. octuagintáque tribus.
Busto in hoc bustarii felicem. bustarunt Hiltigardem.
Quæ variis claruit signis. Dei vigore in multis.
Cujus in pace Sancta. requiescat anima.

CAPUT XXVIII.

De malefactoribus Cœnobii Campidonensis.

Qui Hiltigardis bona. nituntur delere facta.
Et horum subtractores. non sunt Cœnobii restitutores.
Hi eorum cum stirpe. maledictionis sunt Evæ.
Id Adrianus Papa. statuit pro regula rata.
Hæc norma est vera. ut rerum docet experientia.
Nam omnes pereunt. & ad inopiam veniunt.
Sed tamen firme spero. ut ita infidelis sit nemo.
Sibi tantùm agravando. ejúsque animam ligando.
Qui talia præsumant. & bona Hiltigardis diminuant.
Dei odium habeat. qui infringere præsumat.

CAPUT XXIX.

De Consecratione Ludwici Imperatoris, qui multa Clinodia dedit Monasterio.

Fuerat autem Consecratus. à Papa nomine Stephanus.
In Imperatorem dignum. pium, bonum, & benignum.
Annis transactis. quindecim simul cum octingentis.
Qui septuagesimus quintus. alios fuit secutus.
Et viginti sex annis. rexit Imperium Romanis.
Ex Endechs Ludwicus. in Bavaria est natus.
De felici Hiltigarda. Matre ejus sic dicta.
Cœpit autem Ludwicus. Imperator semper pius.
Nobilissimam filiam. Ducis, nomine yrmigardam.
De qua tres genuit filios. in sequenti sic dictos.
Lotharium, Pipinum. simul & alium Ludwicum.
Qui etiam Rectores. inde facti sunt Imperatores.
Hi bella maxima. commiserunt in Saxonia.
Hi adeo nobiles. quod in corpore habuerunt cruces.
Nam Avus & Ava. S. simul tenuerunt signa.
Demum pius clausit suum. diem in natura ultimum.
Vicesima die prima. in Mense Junio sic dicta.
Et Ludwicus pius. Campidonæ fuit sepultus.
Ubi requiescat in pace. cum ejus felici Matre.
De his consuetudo orta. quòd in Hiltigardis solùm schola.
Scholares in anno omni. tenent ritum pro laudabili.
Jocosum Regem. & suam legalem mulierem.
Ut declaratur ex practica. felicis Hiltigardis Chronica.
Ibi pulchræ leges. hunc ritúmque invenies.

CAPUT XXX.

De Rorina filia Imperatoris Ludwici pii.

Rorina Ducissa. Ludwici písque filia.
Sueviæ Ducem Lothardum. legalem habuit & Virum.

Bona

Bona multa ambo. ſemper fecerunt Cœnobio.
Sibi dando Clinodia. quæ venerunt de Hiltigarda.
Vel lapides, ut patet. ſimul & pretioſæ gemmæ.
Hæc jam ſunt data. ad Cœnobiiſque ornata.
Abbatis Adelberti tempore. qui tunc rexit Campidonam.
Peregerunt autem fratres. anniverſorúmque dies.
Præfato Duci præcipuè. quoniam Clauſtro fecit benè.
Die ſemper tertia. in Julio benè numerata.
Et ſi non ſervatur. neſcio cur obmittatur.
Tandem ſurgit dubitatio. de Suevorum Duce Erneſto.
Aliam, & ſecundam pius. filiam habuit Ludwicus.
Hiltigardis nomine. quæ copulata fuit vere.
Duci de Malano. nobili proſapia genito.
His nunc concludo. & Chronicis pono
Salvo gramate plures. nobilitate fuiſſe Hiltigardes.

CAPUT XXXI.

De vulnere ipſius Ludwici Imperatoris pii, habens id in Capite.

Actis annis ſedecim cum octingentis.
Imperator Ludwicus. ſemper nomine pius.
Grande perfecit bellum. contra Hunnorum populum.
Qui infidelis fuerat. & Chriſtianos moleſtarat.
In hoc autem bello. Deus ſubvenit Ludwico.
Nam victoriam obtinuit. ac multos vere occidit.
Verum Ludwicus piùs. in eo accepit vulnus.
Quod in ejus Capite. ſtigma habuit grande.
Cauſa hujus rei. nam fuit in bello aciei.
Nam verſus {hæreticos / paganos.} bellando voluit præcedere alios.
Hunc ritum tenuit. & cum Cruce Sancta adivit.
Aliis autem in bellis. ſervavit locum finis.
Ecce Caroloiſavit. qui talia perpetravit.
Et ſic Carolus Magnus. & idem filius ejus.
Multa bona fecerunt. & demum Cœlum intraverunt.

CAPUT XXXII.

De alteratione patibuli Monaſterii Campidonenſis.

Octingentis annis. nonaginta duobúſque curſis.
Abbas Fridericus. Gremlich nomine dictus.
Patibuli tunc locum. mutavit, & loca Judicum.
Et hujus rei cauſam. faciliter in gloſſa exponam.
Etiam ſatis nota. communi in fama.

CAPUT XXXIII.

De moneta prima Monaſterii Campidonenſis.

Annis octingentis. ſexaginta octóque actis.
Abbas Landfridus. Hochentanner cognomine dictus.
Incœpit tunc primam in oppido percutere monetam.
Suo in Kempten dicto. id ſimúlque ornatius ædificando.
Nam in eo tanta ædificavit. quanta & in Cœnobio fundavit.
Hoc tunc non immeritò. quia omnia erant ſub poſſe ſuo.
Et latera ambo. amore dilexit & uno.
Inde ſub Burckhardo. Abbate ſic nomine dicto.
Ab Hunnis privata. ſunt loci hujus bona.

CAPUT XXXIV.

De Marcis Monasterii Campidonensis.

Quatuor annis cum octingentis, ab incarnatione Christi dictis.
Egeni tunc Nobiles. circumquaque hinc inde morantes.
Erga Cœnobium laudibile. dictum Campidonense.
Ipsum multum molestarunt. atque in Marcis supernumerarunt.
Hoc Erchampertus Frisingensis. Episcopus, & Abbas Campidonensis.
Cum Cœnobio advocato. Milo nomine dicto.
Imperatori Ottoni. Conquesti erant, & Regi.
Hinc præfatus Imperator. atque Romanorum Gubernator.
Omnes veteriores ex Algoya. jussit venire Ratispona.
Eosdem volens audire. quid de Marcis poterint scire.
Super etiam juramento dicerent. & veritatem non occultarent.
Istis sic factis. & singula bene auditis.
Rès fuit sententiata. & ab Ottone sic illata.
Ut dicti Nobiles. & rerum Cœnobii subtractores.
Marcas suo in terreno redderent præfato Cœnobio.
Et ex illata injuria. à vobis Cœnobio facta.
Talem pœnam vobis injungo. & sic vos corrigo.
Ut quilibet gladium cum calcaribus. portet suis in manibus.
Et quilibet equi sellam. afferat super scapulam suam.
Sic ad Primam eundo. equos secum currere mittendo.
Ut luculente patet. si qui privilegia leget.
Et hoc in Cœnobio quære. hunc Campidonæ invenis verè.

CAPUT XXXV.

De fonte super Burckhald, & quibusdam Consiliariis ipsius Campidonæ.

Octingentis annis. L. cum jota numeratis.
Dorn Conradarius. Abbas Campidonæ dictus.
Super Burckhald montem. fecit fodere fontem.
Et sic Paganicos. reperit plures denarios.
Quos hinc inde distribuit. & Dei templa fundavit.
Inde post sex annos. tres Consiliarios suos.
Decolari tunc fecit. qui Abbas Campidonæ fuit.
Ut Gerungusamburger. qui scientiis non fuit pauper.
Si causam gliscis scire. ad Chronicam potes ire.
Ibi causas reperies. quæ non fuere res leves.
Nam causam unam. verè hic vobis ponam.
Litterarum sigilla verterunt, & alia mala fecerunt.

CAPUT XXXVI.

De Capella ipsius Castri Burckhald vel Hylomont.

Septingentis annis. cum octuaginta duobus datis.
Abbas tunc primus. de Brunschwick nomine dictus.
Et Geruntfest ejus cognomine. dicto sic in voce.
Super Hylomont Castrum. Capellæ fundavit locum.
Quamquam moram tunc duxerit. & ejus Kalbangst rexerit.

CAPUT XXXVII.

Quot Abbates pauperes omni die centum ad minus cibarunt cum quotidiano pulmento.

Mille annis cum tercentis. & duobúsque finitis.
Abbas Germanus. Schneller sic dictus.

Super

Super Hylomont tunc ſedens. Campidonam ſic regens.
Centum omni dic homines. egeni & pauperes.
Cum pulmento cibavit. & Orphanos ſemper ſuſtentavit.
Hoc Orteck Gebhardus. etiam Campidonæ Dominus.
Sua in vita fecit, & etiam alia bona egit.

CAPUT XXXVIII.

De Judiciis Villaicis.

Nunc animari poteris. Villaicis de Judiciis.
Quæ anno in omni. in Parochia divi Magni.
Fiunt, ut peragantur. ut Cœnobii jura intuentur.
Ante Natale tempus. feriis ſextis tribus.
Hæc autem fient. ut Chronicæ notent.
Nam ita nobis dicunt. & ex privilegiis ſcribunt.
Ut forma ſignetur villæ. quæ olim fundationis tempore.
Cœnobii Campidona fuerat. licet ſe in civitatem mutaverat.
Jam hujus judicii loca. ſunt tuo. in corde notata.
Circa fori januam. verſus nunc Campidonam.
In divi Magni Eccleſia. ubi olim ſtetit tilia.
Cum quadam Capella. ſatis pro tunc parva.
Nam hodie ſunt ſigna. quod ruſticalia jura.
Adhuc ubique in villis. Communiter erunt ſub tiliis.
Nunc concludis benè. quanta privilegia in Civitate.
Et certè hæc non ficta. ſed ſunt veraciter dicta.
Monaſterium adhuc habet. & merito omnia poſſidet.
Sicuti ſingulis in Capitulis. notabiliter, benéque legis.
Etiam aliæ ſunt cauſæ. pro his judiciis ponendæ.
Quæ non ſunt neceſſe. hæc in ſcriptis dare.

CAPUT XXXIX.

De Abbate Adelberto, & duodecim calicibus.

Annis tranſcurſis. quadraginta cum octingentis.
Sub Abbate Adelbertho. Moringer ſic dicto.
Fuerunt in Cœnobio. Calices in numero duodeno.
Quorum quilibet habebat. gemmamque ſpecialem tenebat.
Quas cum aliis Rorina. pii Ludwici filia.
Monaſterio dedit. ob Avæ honorémque tribuit.
Tandem Hunni venientes. hos cum gemmis aufferentes.
Nam trinis vicibus. ſubtraxerunt bona fratribus.
Non ſolùm ipſis, ſed ipſius Prælati ſubditis.
Ut Campidonæ in oppido. ſimul ubique in territorio.

CAPUT XL.

De malefico Advocato Haſſone.

Octingentis ſimul annis. & viginti ſeptem numeratis.
Monaſterii Advocatus. voce Haſſo dictus.
Abbatem Theobaldum. intoxicavit Dominum ſuum.
Cauſam tunc ob quam. idem poſitus ſuper rotam.
Maleficii ab Oppidanis. qui fuere in humanis.

CAPUT XLI.

De Abbate Burtunpach.

Annis mille ducentis. & viginti ſeptem actis.
Abbas ex Burtnpach Heinricus. Kempten fuit Rectivus.
Nam Hylomont Caſtrum. ab eo renovatum.
Ob Cœnobii tuitionem. & ſuorum ibi defenſionem.

CAPUT XLII.

De Abbate Semerow.

Annis mille ducentis. & viginti ſeptem actis.
Abbas Heinricus de Semerowe. fuit gubernans Campidonæ.
Qui Cœnobium reparavit. & quaſi in toto renovavit.
Nam erat deſolatum. & ab Hunnis ferè nullatum.

CAPUT XLIII.

De quodam periculo facto olim ſuper Kalbsangſt.

Abbas dictus. nomine Werenherus.
Campidonæ gubernans. Super Caſtrúmque morans.
Quod Kalbsangſt voco. uti in Chronicis lego.
Parvo ſitum ſpatio. à Campidonenſi Cœnobio.
Abbas nam præfatus. nec non & Campidonæ Dominus.
Vitam Regulæ relinguens. irregularémque primo admittens.
Cujus rei cauſa, olim à gnaris dicta.
Idem Campidonæ Herus. à corvis laceratus.
Portatúsque per aëra. nobis ignota ac loca.
Solemni fuerat die. quo divina voluit celebrare.
Habuerunt autem corvi. roſtra coloris ignei.
Nec non & pedes. eorum in colore ſimiles.
Eſt id verè factum. ſuper caſtrum ante dictum.
Inde nam adeo horribile. effectúmque in habitabile.
Ut hominum nullus. in hoc potuit eſſe amplius.
Ex hoc vere tandem. id cedebat in deſolationem.
Qualem vitam duxerit. & Abbas dictus habuit.
Scribere hic nolo. neminem judicare volo.
Quoniam hæc Deus ſcit. & ſingula ſolus noſcit.
Ejus autem tempore. ſuus Advocatus Campidonæ.
Miles nomine Gwido. poteſtatem habuit regendo.
Super Hylomont ſedens. humanáque providens.

CAPUT XLIV.

De Sacro oleo.

Sanctus Udalricus. Auguſtæ erat Epiſcopus.
Olim febricitans. de Románque ambulans.
Campidonam intravit. in Cœnobio ibi infirmavit.
Tanta debilitate circumdatus. ut à fratribus Sacramentis proviſus.
Dei autem gratia. ac fratrum proviſio bona.
Divo Udalrico ſubveniebat. ut diutius vivere ſolebat.
Dum demum receſſit. Cœnobio pro valete dedit.
De parte terræ certa. ſua ex Diocœſi reperta.
Sacrum ſcilicet oleum. inter Sacramenta ſic dictum.
Tunc ſimul cum eo divus. in Cœnobio fuit Conradus.
Qui viſitavit Udalricum. Campidonæ tunc infirmum.
Nam fratres fuerunt verè. ut docent eorum hiſtoriæ.
Bonis in actibus claruerunt. & ſic Sancti facti fuerunt.
Quis Abbas tunc fuerit. ac Campidonam rexerit.
Hoc nitide Chronica. Cœnobii docet in littera.
Hanc ibi rem videns. & melius plura ſcies.

CAPUT XLV.

De Sepultura Imperatoris Ludwici Pii.

Uno anno completis. quadragintáque octingentis.
Pius Ludwicus. Campidonæ fuit ſepultus.

Suam

Suam erga Matrem. piæ memoriæ Hiltigardem.
Quorum Sancta in pace. requiescant semper animæ.

CAPUT XLVI.

De Parochiis Sanctæ Walpurgæ, & Laurentii.

Annis nongentis. cum septuaginta uno finitis.
Walpurgæ Parochia. ab Hunnis erat combusta.
Ultra ducentas domos. ubi jam reperitur {agros. / hortos.}
Inde ab Abbate. Campidonam tunc regente.
Qui Romanam adiit. alias in legatione fuit.
Apostolicos petiit. ac {Cardinales / Episcopos} accessit.
Ut sibi faveret. locum Parochiæque alteraret.
Re hoc concessa. Laurentii Parochia est orta.

CAPUT XLVII.

De quodam præambulo fiendo à Provisore, vel Cantore in Scholis felicis Hiltigardis, versus Dominum Campidonensem, & alios Dominos, tempore Vassangi, dum Scholares habent jocosos Reges, & Reginas.

Salvet Sancta Trinitas. hic circumsedentes.
Nullus sit displicitus. inter vos hic entes.
Quod nos ad vos venimus. nova referentes.
Quæ non primitus nostis. missus à supremo.
Rege Regum Domino. cujus noscit nemo.
Excellens Dominium. unum tamen demo.
Qui nam venturus est. die in extremo.
Rex meus est Dominus. dignus & excellens.
Fridericus nomine. hæreses depellens.
Horúmque potentias. potenter evellens.
Cujus cor contrarium. ejus sicut fel ens.
Deo dante gratiam. jam vult ambulare
Ad Turcorum patriam. ibique bellare.
Et fidem Catholicam. vult fortificare.
Ergo vos humiliter. jam vult supplicare.
Ut vos jam dignemini. sibi subvenire.
Quodsi que feceritis. mitto vobis scire.
Quod pro nobis agere. multa vult & mirè.
Postquam dicta fecerit. statim vult redire.

CAPUT XLVIII.

De donationibus Monasterii Campidonensis.

Postquam felix Hiltigarda. ejus entia hæreditaria.
Quemadmodum villas, oppida. & multa rura.
Cum eorum attinentiis. fundatis & fundis.
Monasterio distribuit. & Campidonensi dedit.
Alii tunc etiam Nobiles. simul & reliqui homines.
Eorum domos, agros, silvas, & campos.
Cæteris cum rebus. donarunt Claustro ad decus.
Et ut salus eorum. ibi perficeretur in ævum.
Has verò donationes. proprio in libro invenies.
In quo pariter habetur. quod pro vero reperitur.
Quoniam Kempten, Kauffbeürn. simul & Memingen.
Campidonensis Claustri fuerunt. dum villæ formam habuerunt.
Ut temporibus Caroli. simul & Regis Pipini.

CAPUT XLIX.

De Ludwico Abbate.

Dehinc sub Ludwico. Abbate sic tunc dictè.
Hylomont Castrum fuerat combustum.
Igne ex improviso. de quo sciebat nemo.
Nam mala custodia. famulorum fuit in causa.
Ut tunc dicebatur. & pro vero tenebatur.
In nongentis annis. cum quadraginta actis.
Etiam quædam laudella. cum privilegiis plena.
In eodem fuit combusta. utinam esset jam in forma.
Tunc certè benè. videretur à cunctis plenè.
Qualiter specificè res. tenerent ac

CAPUT L.

De Gisilfrido Abbate.

Abbas Giselfridus. Campidonæ moratus.
Mille annis. quadraginta quatuor numeratis.
Fuit vir sapiens. in singulisque prudens.
Nam cunctis à Principibus. maximè fuit dilectus.
Solùm ea de causa. quod in eo fuit sapientia.
Discordes pacificavit. & Principes univocavit.
Adeò enim expertus. ut ab ipsis fuit directus.
Versus Dominum Apostolicum. perficiendo ens magnum.

CAPUT LI.

De Udalrico Abbate.

Lindgein Udalricus. Abbas Campidonæ dictus.
Statuit pro certo. quod Campidonæ in oppido.
Mulierum nulla. ad mortem erat sententiata.
Quantacunque mala egisset. nequitiásque fecisset.
Hujus rei causa. reperta est in Chronica.
Ibidem eandem leges. & alia plura invenies.
Ut gesta Abbatum per ordinem singulorum.

CAPUT LII.

Ubi quondam fratres fuerunt tempore desolationis Cœnobii.

Cum C. mille annis. & triginta calculatis.
Sub Vestberger Abbate. nomine Friderico regente.
Propter Cœnobii desolationes. fuerunt ex Campidona fratres.
In quadam Præpositura. nomine Stetwang dicta.
Forsan viginti sex annis. si glossas benè legis.
Ibi fratres fuerunt orantes. septem horásque cantantes.
Usque ad Cœnobii revocationem. & ejusdem reparationem.
Tunc fratres revenerunt. ac Campidonam intraverunt.
Canonicam vitam ducendo. ipsos Deúmque vivendo.
Etiam olim temporum. dum schisma fuerat ortum.
Cœnobium caruit Abbate. licet non diu tempore.
Unde Præpositus solus affuit. qui locum regendi tenuit.
Etiam discordia fratrum. fecit regere Episcopum.
Ut Episcopus Frisingensis. qui fuit Abbas Campidonensis.
Inde regimen rediebat. & ad Prælatorum ordinem veniebat.

CAPUT LIII.

Quot modis Monasterium fuerit devastatum.

Est tribus vicibus, locus Campidonæ destructus.
Hoc ab Hunnis: diverso tempore litis.
Qui de genere Ungarorum, & non de ritu Christianorum.
Fronte nam prima, venerunt ex Ungaria.
Istas rexerunt per partes, usque ad Coloniæ limites.
Frontem nota secundam, inde ad Basilæam.
Tertiam vicem inspice usque ad locum Ratisponæ.
Semper per diversa. Climata villas, & Castra.
Nec non & Cœnobia, combusserunt omnia.
Ecce periculum quantum. Cœnobium est passum.
Trina facta sic devastatio, tripla secuta renovatio.
Dux primò Ernestus, ex Suevia Hiltigardis amicus.
Idem Cœnobium renovavit. 2do. Episcopus Frisingensis reformavit.
Pono tertio tertium, Abbatem de Semmorow Heinricum.
Qui idem reparavit, ut historiis quis legit.

CAPUT LIV.

De inventione Sanctæ Hiltigardis, & ejus filii Ludwici.

Post Cœnobii desolationem, & quasi fundationis oblivionem.
Novi fratres recollecti, valde in cœperunt admirari.
Ubi sepultura Hiltigardis, & ejus filii felicis.
In desolato Cœnobio essent, ut ab antiquis audivissent.
Eas ibi esse, in privilegio Caroli que legisse.
Omnes Deum invocavere, Matremque ejus rogavere.
Ut signum eisdem darent, quo sepulturæ locum scirent.
Inter sepulchra plura, nobilium hominumque multa.
Circáque antiquum, & plus pavimento præfulcitum.
Omnes inchoare scire fratres, eorum ossa optantes.
Fodere non neglexerunt, & in labore strictè steterunt.
Fratribus sic nisis, ut Deus relaudetur in suis.
Peregrina mulier apparebat, & fratribus tunc dicebat.
Ubi felices nunc quæritis, ibi non invenietis.
Parvo autem spatio: abhinc vos scire volo.
Hic jacet felicissima, Imperatrix Hiltigarda.
Cum ejus filio, Ludwico nomine pio.
Hæc verba prolata, illa mulier erat evanita.
Regina autem Hiltigarda, cum filio fuit inventa.
Nongentis annis, cum quadraginta finitis.
Alexandro sub Abbate, tunc temporis regente.
Hinc tanta lætitia orta, quanta vix hic audita.
Fuit inter fratres, & totius provinciæ homines.
Hoc non immeritò, sic vobis dico.
Nam voces, Angelicæ, in templo sepulturæ.
Supra eorum sepulchra altè, ab Angelis sunt auditæ.
Et erat eorum cantus, omnes in mundo gaudeamus.
Nec non & sapor optimus, ab hominibus fuit perceptus.
Dum sic almorum ossa, in argentea sunt clausa sarcha.
Et ea cum Patronis, venerantur à Presbyteris multis.
Qui ex villis veniunt, & Deum in suis psallunt.
Una cum Scholarium multitudine, qui solent esse in processione.
Omni anno in Majio, ùt vides ex Calendario.

CAPUT LV.

De Universitate Studentum, quæ olim fuit Campidonæ.

Scribunt Cyrographistæ, & fantur Poëtistæ.
Post tempus paucum, fundationis Cœnobiique lapsum.

Campidonensis ibidem. affuisse Universitatem.
Quæ ex Sancto Gallo. veniebat tempore illo.
Dum autem loci Villayum. pro tunc fuerat nimis parvum.
Fuisse Imperatorem. & Regem RomanorumGubernatorem.
Ludwicus pius. suo in nomine dictus.
Tres filios clara. genuit felix Hiltigarda.
Ex semine Caroli. Imperatoris nomine Magni.
Quos ita voces. & eorum nomina pones
Carolus & Pipinus. nec non & pius Ludwicus.
Etiam tres filias, quas sic locas.
Gertrudis, Bertha. nec non sit tibi Gisla.
Patre eorum mortuo. & Aquisgrano sepulto.
Inde filius suus. dicto nomine Ludwicus.
Aquisgrano venit, & Regna regendo suscepit.
Sedénsque in palatio. Thesauros Patris in auro.
Et argento, gemmis. pro tunc valde pretiosis.
Omni in supellectili. jussit præsentari sibi.
Quadam Patris in charta. omnia ordinandáque inventa.
Juxta chartæ continentiam. omnia distribuit præter mensam.
Pauperibus in erogando. nil sibique reservando.
Quam mensam. ob Patris amorem argenteam.
Ecce meritò pius. dictus erat Ludwicus.

Memorale & nota bene.

O Civitates Sanctæ præ aliis in orbe gaudete.
Roma tu prima. Campidonaque secunda.
Nam Christi præputium. in ipsis conservatum solum.
Cum Jesu Sanguine. ita scribitur verè.
Ac aliis cum Reliquiis. in numero plurimis.
Quæ in locis aliis. tu peccator non reperis.
Hoc in vero tenebis. dum bullas desuper audis.
Quas Hiltigarda Imperatrix. Cœnobii Kempten fundatrix.
Impetravit Romæ. tempore Adriani Papæ.
Et Caroli Magni. Imperatoris pro regni.

CAPUT LVI.

De destructione Castri, tempore Mittelberg Abbatis.

Mille annísque tricentis. de duobus cum quinquaginta finitis.
De Mittelberg Heinricus. in Abbatem erat electus.
A Conventualibus Campidonæ. pro futuro Gubernatore.
Sub eo autem fiebat. quòd res ita contingebat.
Quod Castrum suum {Hylomont olim / Burckhald nunc} dictum.
In quo per se residebat. locum regendique habebat.
Ad eum Campidonenses. in Vigilia Martini venientes.
Hunc suo ex Castro truserunt. & illud destruxerunt.
Qui spiritu ducti. qua de causâque moti.
Ego scribens nescio. nec respondere volo.
Si gliscis hanc scire. ad Abbatum Chronicam potes ire.
Ibi hujusmodi invenies. & plura alia scies.

CAPUT LVII.

De Bulla Martini Papæ, in qua habetur, quod tota Civitas Monasterii fuit plenissimo jure.

Bulla Martini Papæ. hoc notat verum esse.
In qua limpidè reperis. si eandem legis.
Non etiam minus. aliis in litteris reperimus.
Ut Campidonense oppidum. pleno jure totum.

Vide-

Videlicet Sæculari. simúlque omni spirituali.
Pertinuerat ad Monasterium. erga ipsum situm.
Nam Carolus quartus. sinistro spiritu motus.
Monasterii jura diminuit. ejúsque facultates subtraxit.
Quod primus fundavit. id quartus anihilavit.
Verum non omninò. ut omni vides in privilegio.
Si ipsa leges. ad hunc fundamentum reperies.
Ista nunc obfuscantur. ut demum ita deleantur.
Nam segnities Abbatum. ultimatè destruet totum.
Plus transitoria quærunt. perpetua verò diminuunt.
Vellem quidem, adverterent. quantum privilegia valerent.
Verè unum magis quàm structura muri omnis.
De omnibus hoc non scribo. Sed de aliquibus Ita noto.
Ubi rerum experientia. de certis docuit Magistra.
Ve semper illa delentibus. pax sit id compatientibus.
Nulli nam sint dubia. quoniam Sancta Maria.
Monasterii Patrona. fundatríxque Hiltigarda.
Cum Epimacho Sanctis. & Gordiano Patronis.
Hoc non obmittent. nam hic aut alibi vindicent.
Dum malum puniatur. bonúmque remuneratur.
In extremo die. coram diro Judice.
{O Animalia Campidonensia} imaginamini {hæc entia.
{Homines Campidonenses} {entes.
Econtra restituite jura. quæ Cœnobio sunt {donata. subtracta.}
Peccatum non dimittitur. nisi ablatum restituatur.
Timeo tamen verè. quod non utuntur sensibus sincerè.
Oculos sanos habentes. nil autem videre volentes.
Manus servantes. nihil entitatis palpantes.
Pedes tenentes. pergere pro vero nolentes.
Hoc Psalmista attestante. & rerum experientia approbante.
Quibus sic sint similes. vide Davidis expositiones.
Hæc forsan non facerent. si rectè normam tenerent.
Id compilatori parcite. quoniam bono fecit fine.
Anno milleno quadringenteno. simul & octodeno.
In Hiltigardis Scholis data. tunc grandi vigore proclamata.

CAPUT LVIII.

Quomodo Campidonense Oppidum per Carolum quartum venerit ad Imperium.

Fæmina mundum damnavit. quæ Sæculum salvavit.
Adam hominem decepit. qui eundem reprofecit.
Lignum anihilavit. quod aliud recreavit.
Sic Carolus quartus destructavit. quæ Magnus fundavit.
Ut lucet in Bullis. nec non & privilegiis.
Nam machinatione sinistra. & luce sub occulta.
Ipse Rex Carolus. in regimine Romanorum quartus.
Imperialem titulum primo. signavit Campidonæ oppido.
Nam vero antea. totum fuit sub Campidonensi Abbatia.
Hoc miles advocatus. Hero nomine dictus.
Abbati scilicet contrarius. & super Hylomont adversarius.
Ob pecuniarum certam. eorum In Calculatione ortam.
Ille cum oppidanis. seduxerunt Regem inanis.
Verbis tam sinistris. Abbati & fratribus tunc ignoratis.
Ut Rex præfatus. Ita sinistro modo informatus.
Taliter sententiavit. nomen locíque mutavit.
Etiam plures causæ. de illo essent scribendæ.
Ut sunt exactiones. quas Cœnobii Superiores.
Omni anno Scholares. Imperatori dederunt omnes.
Nam in eorum conversia. inter partes jam dicta.
Quam Abbas & Advocatus. cum Oppidanis suus.

Tempore litis & peſtilentiæ. habuerunt inter ſe ſtrenuè.
Tunc Carolus dictus. Campidonæ oppidum quartus.
Ad ſuam manum cœpit. ſicque ad Imperium civit.
Verum Rex retulit. & de Cœnobii privilegiis dixit.
Illa maneant illæſa. à prioribus prius dicta.
Et ſic partium crines. ab eo ſunt injuncti omnes.
Ad continuè bellandum. ſimul eósque litigandum.
Nam omne Regnum. in ſeipſum deſolabitur diviſum.

CAPUT LIX.

De Subjectione Monaſterii Campidonenſis infra Epiſcopum Conſtantienſem.

Annis mille, & tricentis. cum octuaginta duobus computatis,
De Hyrsdorf Fridericus. in Abbatem erat electus.
Tunc quadam ex Controverſia. in fratrum electione facta.
Campidonenſe Cœnobium. veniebat extra ritum ſuum.
Nam antea ſemper exemptum. ſic tunc erat ſubditum.
Conſtantienſi Epiſcopo. ſed certe hoc non laudo.
Nam primum ad ſtatum. faciliter eſſet reducendum.
Si Segnities Abbatum. non eſſet impedimentum.

CAPUT LX.

De Swicenſibus ſuper Buchenberg ſub Abbate Gerwico.

Annis mille quadringentis. ſexaginta tribúsque ſtatis.
Sub Abbate Gerwico. ex Simentingen benè noto.
Suicenſes venerunt. unáque hora interfecerunt.
Super Buchenberg montem. de Hochenegk militem.
Cum centum ruſticis. quos ſibi adjungis.
Miles autem prædictus. Cœnobii erat Advocatus.
Unde hic lis orta. & cædes tanta facta.
Longè eſſet ad ſcribendum. cur ad Chronicam eſt currendum.
In qua reperitur cauſa. quod Jerius Beck fuit prima.
Aliud ſub eodem Domino. geſtum Abbate ſigno.
Quodam tempore Dedicationis. Monaſterii in nundinis.
Omnes inſtitores. cum hoc eorum Uxores.
Et extra muros Campidonæ. habebant emere & vendere.
Nullæ namque inſtitæ. omnino non fuerunt in Civitate.
Sed omnis mercatura. erga Cœnobium fuit ſita.
Cur oppoſitum jam fiet. quilibet homo per ſe notet.
Hæc aliaque. benè eſſent ſcribenda.
Sed ego ſcribens. notare non ſum audens.
Veritas eſt mortua. & in agone jam juſtitia.
Verecundia receſſit. ſuperbia ubique niteſcit.
Pompa & proprium commodum. ſolent corrumpere totum.
Quæ regnat Campidonæ. ibi bino in latere.
Nec mentiri puto. nam bina latera ſoluto.

CAPUT LXI.

De Cardinali Auguſtenſi.

Mille quadringentis annis. cum quinquaginta poſitis.
Cardinalis Petrus Sancti Vitalis. pro tunc Epiſcopus Auguſtenſis.
Romæ impetravit. ut in Commendis habuit.
Duo Cœnobia. Weingarten cum Campidona.
Hoc Abbas Bilgrinus. Campidonæ Dominus.
Verè præcipiens. id admittere nolens.
Pro tunc ſuos Protectores. invocavit, ùt Ulmenſes.
Verùm dum ſic invocavit. diem ultimum clauſit.

Quos

Quos fubfequens abdixit. electúsque renuntiavit.
Et fuo pro defenfore. Ludwigk dicto nomine.
Simul cum Alberto Duce. ex Bavaria cœpit benè.
Isti nam manu forti. prædictum Petrum, quem dixi.
Suo à propofito. traxerunt & intento.
Ut Cœnobia dicta. manferunt fub poteftate antiquà.
Demptis Vechodalibus. certè in numero duobus.
Jenimgo Ecclefia. erga Wal fita.
Cum Helmshofen Caftro. fic nomine dicto.
Super hæc jura. vehodalia vocata.
Amicabili in concordia. venerunt de Campidona.
Tunc ad Præfulem Auguftenfem. fimul & ejus fedem.
Cur Epifcopus talis. fimul & Cardinalis.
Contra dicta. & eorum jura.
Ita avidè procefferit. dum ex Roma venerit.
Nefcio quo fpiritu ductus. ac motus intellectu.
Deus in fine fciet. qui fingula corriget.

CAPUT LXII.

De fundatoribus Cœnobii Lentzfrid.

Annis transactis. mille quadringentis.
Et fexaginta his. duobus adjunctis.
Erga Albatoria. propè Campidonam fita.
Bernhardini Cœnobium. nomine Lentzfrid ortum.
Hujus Fundator verus. Griefinger fuit Nicolaus.
Dum volebat primum. ibidem ponere fundamentum.
Hi affuerunt fequentes. fic per ordinem ponentes.
Miles Sigifmundus. de Freyberg tunc dictus.
De Haimenshofen Jeorius. de bona profapia natus.
Demum de Lobenperg Cafparus. Archiprotector vocatus.
Verum id prædicatum. à fe fibimet nuncupatum.
Ut pompa luceret. ejúsque Clypeus niteret.
Hinc te fcire volo. atque ad fenfum noto.
Dum fic Cœnobium. eft ortum tale novum.
Tunc Campidonæ herus. Joannes de Werdnaw dictus.
Abbas fuo in Cœnobio. fuit Campidonæ vocato.

CAPUT LXIII.

De Parochia Sancti Laurentii.

Mille cum quatuor. C. annis. feptuaginta octóque finitis.
Majlo in menfe. fignato quartodecimo die.
Joanem de Werdnaw. Abbatem Campidonæ nato.
Qui divi Laurentii fundavit. Chorúmque ex novo renovavit.
Lapis autem primus. à plebano erat fitus.
In nomine proprio. Heinricus Häffelin fic dicto.
Nam die ùt fupra. quafi hora nona tacta.
Divino habito Officio. fuit ordinata proceffio.
Ad operis pavimentum. cum multitudine fcholarium.
Quæ in fcholis affuit. quam Joannes Birck rexit.
Unde pro tunc vigore tanto. Schola affuit in Cœnobio.
Ut libri omnes. ad Magiftratum pertinentes.
Lecti fuerunt. nam multa fuppofita venerunt.
Quæ Rectorem præfatum. in Univerfitatibúsque approbatum.
Audire cupierunt. & ab eo fcientias haufèrunt.
Nam Haydelbergæ fuit. fimul & Wermæ ftetit.

CAPUT LXIV.

De renovatione, amplionationéque Ecclesiæ totius Laurentii.

Mille uno numeratis. cum quatuor. C. que locatis.
Et eis feptuaginta. octo fic tu affocia.
Tunc renovando incœpta. fuit Laurentii Ecclefia.
Cum novo Choro. ficut in luce pono.
Si Machinam confideres. & eam benè cernes.
Hoc Campidonenfis Dominus. Joannes de Werdnaw dictus.
Conventu cum fuo confenfit. ac favore defuper dedit.
Nam fine ipfo certè. res non fuiffent incœptæ.
Cùm ambæ Parochiæ. quæ funt Campidonæ.
Sunt duæ filiæ. quarum eft Mater Hiltigarde.

CAPUT LXV.

De quadam difcordia inter Abbatem & militem Cafparum de Wagegk.

Silentio non eft prætereundum. ergo volo effe notandum.
Dominis de duobus. in Algoya morantibus.
Qui olim ad Yfsbruck venerunt. & ad jus fteterunt.
Tractantes caufam. ibi unámque difcordiam.
Ortam inter eos. pro tunc ita vocatos.
Dominum Campidonenfem. fimul & de Lobenberg militem.
Talis autem difcordia. ex pifcaturæ parte orta.
In Haldenwang fita. ùt docet Sententia difinitiva.
Verùm non folùm ea de caufa. fed aliis clufis in fententia.
Nam Lobenberg Cafparus. miles antea dictus.
Super Wagegk refidens. ibidémque fe intromittens.
Patibulum facere. sicque novum erigere.
Hoc Campidonenfis Dominus. Joannes de Werdnaw dictus.
Admittere nolens. & cum eodem ad jus currens.
Verfus Auftriæ Ducem. qui concordiam fecit tandem.
Ut fupra in loco. quem hic non neceffe pono.
Nam prius hunc locavi. & nomen fuum notavi.
Præfatus Dux Sigismundus. & Comes Wirtenberg dictus.
Eodem tempore anni. fuerunt fimul lite in grandi.
Ut Mons Metberg dictus. à Duce fuit poffeffus.
Demum etiam luctatus. & à Duce quafi poffeffus.
Inde fuper Hochenkre Clientes. fuerunt fingula rapientes.

CAPUT LXVI.

De Patronis Capellæ fuper Hylomont.

Apud Algoyam omnibus. notum eft hominibus.
Qualiter olim per tempora. rexere valde longa.
Campidonenfes Abbates. Super Hylomont ùt Gubernatores.
Super eodem autem regimen. & eorum gubernamen.
Mille tricentis in annis. quinquaginta duobúsque finitis.
Pro tunc fuit extinctum. à Campidonenfis fuit deftructum.
Deftructionis caufam. vobis aliqualiter ponam.
Nam Campidoniftæ tulerunt. háncque querelam pofuerunt.
Qualiter Abbatis Clientes. de nocte fuere rapientes.
Earum filias. nec non Virgines & fæminas.
Quas fuper ftrata cœperunt. cum cantris traxerunt furfum.
Nunc benè fapis. qualis res fuit talis.
Ob hujusmodi & alia. hic non fcribenda.
Ipfi pro tunc Campidonenfes. fuere Caftrum corrumpentes.
Una cum quadam Capella. Super Hylomont fita.
In qua Sancti Wolfgangus. Jacobus, & Philippus.

Ut

Ut Patroni, cum diva. pro certò fuêre Walburga.
Ipsis sic destructis. ultra centum annósque anihilatis.
Tunc antiquior Patronus. uti divus Wolfgangus.
Gratiosè reveniebat. & multis in signis renitebat.
Anno Millesimo. Domini quadringentesimo.
Cum octuagesimo. hos sic in numero pono.
Sub Abbate Domino. Joannes de Werdnaw dicto.
Nam suo tempore cursus. incœpit fieri magnus.
Super Burckald Castrum. Sanctum ad Wolfgangum.
Hujus rei initium. à me non notandum.
Quia diversimodè diversi. de hoc fuere locuti.
Quidam ex bono. tulêre venisse principio.
Alii de malo. dixêre accidisse initio.
Quid in his sit sentiendum. videte ad finem fiendum.
Nam si finis bonus est. ipsum quoque laudabile est.
Aliud nunc signo. & pro vero enodabo.
Quod eo tempore. sub eodem Domino Abbate.
Contra nutum ipsius. præfati jam totius.
Campidonenses in Oppido. non ex jure vero.
Erga divum Magnum. incœperunt erigere unum.
Officium prædicare. atque novitatem Capellæ.
Quæ Stainrain dicitur. & hic Dei Mater adoratur.
Jus autem Capellæ. Abbatibus est verè.
Cum in Comitatu ipsa. Cœnobii ipsius sit sita.
Oppidani autem in Curia. hoc impetraverunt Romana.
Ut jus Patronatus. est ipsis assignatus.
Hoc nisi sunt nube. ipso Abbate nesciente.

CAPUT LXVII.

De Hugone Comite de Montfort.

Mille annis. cum. CCCC. quatuor junctis.
Et septuaginta tribus. dum sic computabamus.
Ex Montfort Comes. quem Hugonem voces.
Residens in Castro. Rottenfels sic dicto.
Cum Fridrico Imperatore. fuit longo tempore.
Tandem ex hoc impetravit. quòd sibi judicium donavit.
Landgericht sic dictum. apud Ymmenstat situm.
De quo Domini certi. Nobiles circumquaque morati.
Ingrati fuerunt. nam de hoc displicentiam habuerunt.
Hugo simul fundavit. artem textrinámque erectavit.
Cum ebdomodali foro. Ymmenstat in Oppido.
Ibi jam Albatoria. simul & coloratoria.
Ex novo ædificavit. plura aliáque exaltavit.
Contra nutum Campidonensium. eodémque modo Ysnatensium.
Quanquam id his displicuit, tandem obmittere noluit.

CAPUT LXVIII.

De Sancto Nicolao, & fundatoribus Parochialis Ecclesiæ.

Annis Christi tricentis. post nativitatem numeratis.
Sueviæ Dux unus. vero nomine Marsilius.
Super Hylomont sedens. & ad tempus hic regens.
Sancti Nicolai Capellam. ædificavit primo unam.
In loco gentilium. ubi domi fuêre eorum.
Cum eorum idolo. quod tali coluerunt in loco.
Fundatione autem incœpta. Nicolaus fecit signa magna.
Ut hæc ad Curiam. volarunt tunc Romanam.
Nec non alias ad partes. & circumquaque regiones.
Ob hoc Dux impetravit. dum in Curia fuit.
Grandes Indulgentias. simul & plures venias.
Bonum namque esset. quod hominum quilibet sciret.

De copia veniarum. hac in Capella tantarum,
Nam hæc causa una. cur felix Hiltigarda.
Ex post Monasterium. ad hunc fundavit locum,
Hic prope ad Sanctum. Nicolaum voce dictum.
Adornat. Adorat etiam domunculum. ut Eremitæ haberent hospitium.
Nam huc multi. venerunt fratres devoti.
Fuit autem hæc Capella. ideo à Duce fundata.
Ut famuli ex Castro. divino adessent officio.
Etiam, ut cursus {hominum. / Eremitarum.} non semper fieret ad castrum.
Inde post tempora longa. pluráque habitacula orta.
Sueviæ Dux alius. vero nomine Holondrinus.
Super castrum etiam sedens. Hylomont ibique regens.
Etiam unam alteram. ædificavit Capellam.
In qua divus Magnus. positus fuit ùt Patronus.
Demum rurali turba aucta. erecta fuit Parochia.
Et hinc Hothardus. Sueviæ Dux alius.
Sanctæ Walburgæ Ecclesiam. fundavit primo Parochiam-
Quæ fuit sita. prope Monasterii loca.
Verum super Castrum ipsa. prius fuit Patrona.
Inde Hunni supervenerunt. & hæc loca combusserunt.
Cur veniæ sunt oblitæ. ac res multæ mutatæ.
Nam hæc Parochia. in Laurentii Ecclesia est acta.
Et hoc per Dominos Abbates. nec non & reverendos Patres.
Qui nunc in Campidona. habent talia dominia.
Nam talia his data. à felici Hiltigarda.
Cujus Pater ejus. fuit Dux Hiltiprandus.
Etiam Sueviam regens. Bavariámque defendens.
Homo ex hoc verè. valet concludere certè.
Nicolai Capellam. his in locis fuisse primam.
Capella dempta. quæ super castro fuit sita.
O quam castrum Ducale. fuit illud & regale.
In quo Duces gentiles. fuerunt, & fideles.
Etiam alio in Castro. nomine Ravenspurgo.
Non minùs in {Gamundio. / Mindelhamo.} sic legi in libro.
Nam his in locis. morati sunt præfatis.
Verùm personis in propriis. non semper fuerunt in istis.
Sed digni milites. loca eorúmve Comites.
Nam propter eorum maritas. morationes tenuêre multas.
Unum tamen timeo. uti à Campidonistis audio.
Nam ita æstimatur. & cùm hoc ritè putatur.
Demum Abbatem unum. ac Campidonensem Herum.
Nasci & venire. ipsis singula dare.
Ad emendum jura. libertates & privilegia.
Habenti pluribus. cum aliis Civitatibus.
Erga Monasteria alia. ita verè sunt facta.
Hoc verum vides. si ipsos {Ulmenses. / Memingenses. / Ravenspergenses} inspicies.
Rogate ergo Deum. ut omne ens fiat bonum.
Satis nobis miraculum. adest nunc quoddam indicens additamentum magnum.
Unde secreta sigilla. duabus Civitatibus sint orta.
Ut puta Memingensium. simul & Campidonensium.
Nam Memingenses aperto. Epimacbum habent pro signeto.
Alterius verò secretum. Hiltigardis Caput est primum,
At Gordianum pro sigillo. adhuc habent modo.
Ecce hæc non sunt alia. nisi signa talia.
Quàm olim in tempore. dum hæ Civitates veræ.
Formam tenuêre villæ. tunc fuerunt Hiltigardæ.
Et has Monasterio. Campidonensi pro certo.
De ejus hæreditate dedit. uti plura alia distribuit.
Hoc ita veteristæ. tulerunt & Poëtistæ.
Nec non multorum. dicit usus modernorum.

Verùm

Verùm nunc timeo. quod alterata fint modo.
S. Hiltigardis figneta. fimul & Sanctorum figilla.
Nam de ipfis fugiunt. & propria dominia quærunt.
Ab Abbate nolunt regi. fed per fe tendunt dominari.
O qualis dominatio. utinam non effet damnatio.

CAPUT LXIX.

Quot fuerunt Abbates in Monafterio Campidonenfi.

Fundatione prima. Cœnobii Kempten fic dicta.
Tot fuerunt in eo Prælati. quot numeramus in fequenti.
Sexaginta fex dico. fi eorum Chronicam lego.
Ufque ad annos. mille cum quatuor. CCCC. numeratos.
Et fi cómplete numeres. feptuaginta octo fuperaddes.
Quæ autem Abbatum nomina. fint, & eorum regimina.
Hoc limpidè invenietur. fi eorum Chronica legetur.
Quam quidam Dominus. Joannes de Linftet dictus.
Nobilis habet ex genere. & Conventualibus Campidonæ.

CAPUT LXX.

De Abbate Joanne de Werdnaw.

O Maria pia. fis nobifcum femper in via.
Qui cupit audire. & fequentia fcire.
Audiat hæc dicta. nam non funt mendacia ficta.
Dum Campidonæ Gewicus. Abbas de Symentingen dictus.
Prælaturam fignaffet. & Capituli in manus locaffet.
Tunc ritè ex Conventualibus. fuit electus talis Dominus.
Cujus nomen omnibus. nunc verè depingamus.
Nam Joannem de Werdnaw. fic eundem vobis fcribo.
Non duntaxat génerofus. fed pariter certéque virtuofus.
De una crefcens virtute. femper in aliam à juventute.
Sæcularem ftatum contempfit. fpiritualémque affumpfit.
Campidonam fic adivit. Abbatiæ gradum acquifivit.
Bonis fuis ex meritis. vitáque ejus honeftatis.
Mille CCCC. quatuor annis. cum LX fequenti actis.
O Campidonæ Comitatus. hac in hora fuifti beatus.
Lux enim in te oriebatur. ut Cœnobium econtra erigebatur.
Non minus quafi denuo. Clauftri bona renovando.
Novus nam Rex. nova quafi lex.
Cùm Princeps fit novus. ad Comitatum vocatus.
Vidénsque fuo in Cœnobio. pericula eminere amando.
Ac ipfum aggravatum. multùmque debitis intricatum.
Inde contrarium accedens. gratiam his dare volens.
Ut Joannes nomen. rei effet cognotamen.
Sic Joannes dictus ideo. ut gratia fit reperta in eo.
Dilectiffimus Chrifti Joannes. fuit difcipulorum inter omnes.
Reverendus Vir amabilis. totus namque laudabilis.
Fortis ùt Leo. ipfum in geftis fuis dico.
Hoc in proceffu lucebit. & cunctis notum patebit.
Paftor autem novus. opponentibus ita eft factus.
Verbis amicabilibus. ut ipfis fieret amicus.
Caufa tranquillitatis. nec non & æternæ pacis.
Unionem antiquam. fervare à vobis petam.
Solito cum juramento. inter priores nuper retento.
Scholas novas delendo. quæ Hiltigardis funt in habendo.
Illud tunc ex facto. pro aliis amicè volo.
Me vobifcum vivere., sícque fimul pacificè fervire.
Si non amicè valeamus. ex poft arbitres conftituamus.
Nulla interímque nova. à partibus funt inchoanda.
Sint partes morantes. quid jure dicent judicantes.

Super

Super hoc Campidonenſes. ita fuere dicentes.
Se velle deliberare. & inde reſponſum dare.
Reſponſio hæc prorogata. adhuc neſcio an ſit data.
Reverendus hæc præcipiens. libertatéſque Clauſtri intuens.
Atque privilegiorum pericula. Cœnobio ſuo ſic fienda.
Se non retardavit. ſuos pro tunc defenſores amænavit.
Si ſcire hoc velles. illuſtrea Bavariæ Duces.
Eorum ſubſidium imploravit. & pro Conſiliis ubique laboravit.
Fecerúntque Duces. ut alto genere Nobiles.
Varia diverſáque temptantes. pro concordia ſtrictè laborantes.
Tandem dies amicabilis. dicte ne placabilis.
Coram Cardinali partibus. poſiti ſunt ambabus.
Ad fauces inde venientes. cauſas in réque tractantes.
Et pauca proficua egerunt. ſed ſolum inimici facti fuerunt.
Sic noviſſimus erat error. multum priori pejor.
Quantus autem conſumptus. in his diſtribuit Reverendus.
Æſtimo non modicos. ſed certè ſatis multos.

CAPUT LXXI.

De Nuſia. Noveſium Neüß.

Nam medio tempore varii. fluctus influere mundi.
Plures Principis lites. ad quas ſequuntur ſumptus grandes.
Hinc inde equeſtres. ſimul dirigendóque pedeſtres.
Ut patet de Nuſia. quæ pro tunc fuit obſeſſa.
A Burgundiorum Carolo Duce. ut patuit clara luce.
Etiam plures conturbationes. ſolùm Cœnobia tangentes.
Ipſum cum cenſitis habebat. cur parvus ſumptus non ſufficiebat.
Inde pro remedio inveniens. quid amplius foret nitens.
Ipſe ſuo cum Conventu. eorúmque omni conſolatu.
Præconſilium invenerunt. ut habiles ad hoc directè fuerunt.
Ut per ſe Reverendus equitaret. ſuia cum conſiliaribus inſtigaret.
Majeſtatem Imperatoriam. pariter & ejus Leonoram.
Eis jura præponendo. quæ Cœnobio ſunt habendo.
Kempten in oppido. ùt ex privilegiis video.
Nam diminui videntur illa. ab Oppidanis de Campidonenſibus.
Quam diminutionem non obticeo. ùt in hoc ſatis facio.
Ergo Imperator illuſtriſſime. rogo, privilegia ſervare.
Ut maneant illæſa. ùt dederat felix Hiltigarda.
Uxor Caroli. nomine Imperatoris Magni.
Hic Imperator audiens. ſingula bene percipiens.
Se velle eſſe paratum. oſtendit & benè demonſtratum.
Cuncta jura dicendo. ſe manu ſervare Cœnobio.
Campidonenſis Dominus. ſimul & ſuus conſolatus.
Longis temporibus. variíſque tractatibus.
In Civitate {nova / Wenna}. fuit ſatis tempora longa.
Ibi amodo ſpectando. quæ jura fierent ſententiando.
Inter pro tunc ipſum. & Campidonenſe Oppidum.
Sumptus conſumpſerit quantos. pro tunc iterum non paucos.
Fuit autem Reverendus. laudiſonè de Cæſare receptus.
Quoniam in Patronum. dum Leonora tulit puerum.
Cum hoc Conſiliarium. per ſuum ſacrum Imperium.
Verùm ſententiæ non ſunt datæ. ſed amodo uſque dilatæ.
Partes mutuò vexarunt. per varia mandatáque, quæ portaverunt.
Una contra aliam. & reliqua in reliquam.
Tandem partibus conſumptis. Clynodiis, denariíſque multis.
Generalis dietæ Auguſtæ. fuit poſita ab Imperatore.
M. CCCC. quatuor annis. ſeptuaginta quatuórque percurſis.
Imperator Fridricus. Vindelicæ fuit moratus.
Campidonenſem Dominum. nec non & Campidonæ conſolatum.
Ad ſe vocavit. ſimul partibúſque intimavit.
Volens eas audire. & partium controverſias ſcire.

De

De Brandenburg Marchionem. in suam locavit sessionem.
Ut sui loco audiret. earum causas inquireret.
Abbas adeo acceptus. coram Nobilitate Principatus.
Ut eorum multitudo affuit. ac in ejus lateribus stetit.
Si hos scire velis. hic in serie notabis.
Primò tres Duces. quos ita nuncupes.
Erneftus de Saxonia. Sigismundus ex Auftria.
Albertus de Bavaria. sic habes eorum nomina.
Antiftites simul aftiterunt. & cum eodem Reverendo affuerunt.
De Aychfteten primus. Auguftensisque secundus.
Tertium non obmitto. quoniam Frisingensem dico.
Secundò tibi narrabo. nomina Comitúmque signabo.
De Wirtenberg Udalricus. hinc tibi sit Eberhardus.
Comes Adolfus de Naffaw. qui verbum fecit Reverendo.
Hinc ex Montfort Domini. Nobiles & generosi.
Nomine Hugo dictus. frater fuúsque Udalricus.
Comes Jodocus. simul & de Hochenzorn dictus.
Nobilibus ex multis. pluribus hic non scriptis.
Omnes seriosè dicentes. Cœnobii bona tenere volentes.
Versos Oppidanos. Campidonæ pro tunc moratos.
Qualiter steterint. ac se ipsos defenderint.
Et quid fuerit determinatum. id hic non est demonstratum.
Prolixum est ad scribendum. cur de his est obmittendum.
Verùm causæ sunt positæ. super tres Civitates ultimatè.
Quæ sententias fecerunt. sed nondum manifestaverunt.
Enodare enim nolunt. nisi ambas partes petunt.
Reverendus enodare petiit. nescio quid altera pars fecit.
Quisnam in causa sit. Omnipotens Deus scit.

CAPUT LXXII.

De Certis Dietis.

Ex post de Montfort dicto. Comes voce Hugo.
Se ad partium favorem. intromittens facere pacem.
Amicabiles posuit dietas. ut in ipsis fieret unitas.
Nil autem expedivit. partes autem dimisit.
Quid amplius fiet. Omnipotens Deus sciet.
Quæ autem erunt. Chyrographistæ hoc petunt.
His præsentibus superaddere. & scribenda non negligere.

CAPUT LXXIII.

De ædificiis laudabilibus Domini Campidonensis Joannis de Werdnaw.

Nunc magis declarabo. & Reverendi dona notabo.
Quæ Campidonensis Dominus. Joannes de Werdnaw dictus.
Suo ædificando in tempore. Abbatiæ perfecit benè.
Fuit ædificiorum amator. rerum bonarum operator.
Primo Algana quæsivit. dum Mariæ Officium stabilivit.
Conventum plus augmentavit. sic Dei laudem ampliavit.
Inde refectorium fundavit. dormitoriúmque exaltavit.
Post Capellas reverendo. quas vides numerando.
Simul cum ambitu Crucis. si ejus Clypeum inspicis.
Altaria ubique ornavit. & librorum copiam ordinavit.
Nulla enim bona neglexit. quia cultum divinum amore inspexit.
Alia plura spiritualia. fundavit simul & sæcularia.
Castrum omnino novum. sic Liebenthan usu dictum.
Potius Hiltgartspurg dicendum. fore esse, & vocandum.
Quoniam Hiltigardis ex bonis. venit vera origo omnis.
Ideo autem fundatum. atque de novo reædificatum.
Ut in eo litis tempore. requiescant Sanctæ Reliquiæ.

Quod non sunt tales. audies per voces prædicales.
Suorum duorum Reverendus. fidelis est, & Yconomicus.
Nam adeo pistieus. nec non & circumspectus.
Mille in annis. cum 4or. CCCC. adjunctis.
Et à scriptis. septuaginta octo ipsis.
Ut suæ dignitatis Abbatia. adhuc habuit tanta privilegia.
Cœnobium in Civitate. quæ hic numeramus sequente.
Alta judicia. theolonia, vehodaya.
Positionem consolatus. depositionem scabinatus.
Census rerum perpetuos. mortales casus immensos.
De omnibus domibus. Campidonæ jacentibus.
Jus Capitale. dum primum caput est mortale.
In foro mediastinum. super rota Capitulatum.
Rotam malitiæ. in fundo hospitale.
Molendinas } cippum. macellum patibulum.
Balnea }
Vilari piscaturam. monetæ domum propriam.
Omnem mensuram ulnarum. Circulum vini tabernarum.
Atque mensuram vini. pariter cum addito Wingelti.
Turrim antiquam. Captivorum erga portam.
Cœnobii sic dicta. & hæc Claustri sunt omnia.
Et alia plura. hic non scriptis signata.
Nam cæteri fructus. redditus, & proventus.
Olim Comitatus. dati jam ad Cœnobii ornatus.
A felici Hiltigarda. de ejus hæreditate paterna.
Campidona sola. judicat ensis & Stola.
Ex his enim bonus fidelis. benè concluditur omnis.
Qualiter res omnes. inter Abbates, & Campidonenses.
Se tenere deberent. si invidiæ non regnarent.
Nam superbia cum invidia. solent destruere omnia.
Quibus ignorantiam associo. cum his { veritas non est in Consilio, nulla est Religio.

CAPUT LXXIV.

Quomodo se habuit Monasterium in bonis temporalibus anno 1481.

Scire nunc vos volo. atque ad sensum vestrum noto.
Joannem de Werdnaw præfatum. nec non & Dominum Reverendum.
Campidonæ sic suum. Semper rexit Cœnobium.
Quod id in bonis se auxit. uti tempore suo luxit.
O si Deus voluisset. quod talis diu vixisset.
Nam moribus præornatus. prudentia fuit & armatus.
Persona multum realis. pulchra & decoralis.
Est procerum verè. procerum corpus habere.
Abbas autem quotus. Dominus fuit Reverendus.
In Antecessorum serie. suorum sic lege.
Sexagesimus sextus. Joannes de Werdnaw dictus.
Ut luce patet clara. si Abbatum legitur Chronica.
Demum scriptim rogat. omnémque hominem invocat.
Qui nomen Reverendi percipiat. sibi Ave Maria dicat.

CAPUT LXXV.

De liberis censitis ipsius Monasterii.

Est Monasterium dotatum. specialissiméque privilegiatum.
In hominibus quibusdam. quos censitas vocam.
Censitæ enim hi. liberi sic sunt dicti.
Si petis causam. cur hos liberos ponam.
Hanc non denegabo. & tibi illam iocabo.
Nam super hos censitas. scilicet etiam super omnes alias.

Mona-

Monaſterio attinentes. in Comitatúque jacentes.
Meritò ergò liberi. ſic ſunt vocati.
Dum à genere Nobilium omni. taliter exiſtunt liberati.
Quod Scholares Nobiles nulli. Cujuscúnque ſtatus dicti,
Sive milites, ſive Comites. Barones, ſive Duces.
Alii & hi omnes. ſuper Monaſterii homines.
Abbatis licentia ſine. nil omnino habent agere.
Hoc in veritate vides. Si Adriani Bullam leges.
Etiam Imperator Carolus. Hiltigardis vir Magnus,
Illud ita confirmavit. ſicuti Hiltigarda ſundavit.
Errant ergo omnes. qui taliter ſunt fantes.
Liberos vocari cenſitas. propter eorum elemoſynas.
Quas Monaſterio dederint. & ſeipſos ſponte hûc ſignaverint.
Hæc enim ratio eſt ficta. & in veritate nulla.
Nam ſemper Monaſterium. habuit ejus privilegium.
Abſque elemoſyna. ùt patet luce Clara.
Ad oblagium forſan venerunt. & adhuc venire poſſunt.
Non autem ad Abbatiam. nam hæc dotata eſt per Hiltigardam.
Si enim privilegia. veniſſent ex elemoſyna.
Omnis tunc Campidonæ fatuus. de Civitate dictus.
Olim pro elemoſyna. patibulum & alta judicia.
Præfato Cœnobio dediſſet. & Civitati cœpiſſet.
Et certè talis nullus fuit. nec ex elemoſyna venit.
Data Ginzburg in Oppido. quod attinet Cœnobio. 1486.
Hoc autem rectum. per Campidonenſem Dominum.
Nobilem ex Proſapia. de Riethaim ſic illuſtrata.
Hic Dominus verè. multa bona fecit limpide.
Cœnobio in ſuo. ùt hic inferius noto.
Nam annis in primis. ſui ipſius regiminis.
Tunc Epiſcopo ſubjectum. erat ſuum Cœnobium.
Hoc ſubjectum devaſtavit. & Monaſterium renovavit.
Priſtinum ad ſtatum. quàm in principio erat ſuum.
Tempore Andegarii. Domini Abbatis primi.
Ipſum Monaſterium ſolùm. Papæ ſuit ſubjectum.
Hoc ad tempora perdidit. ſed Dominus modernus reparavit.
Deinde Officium Mariæ. ſemper cantandum de mane.
Ex poſt Liebenthan Caſtrum. ſimulque palatium ſuum.
Organum opus ligneum. quod ſatis eſt rarum.
Duo in ambitu Crucis. ſi illa latera inſpicis.
Inſuper ſuum conventum auxit. ùt dies clara oſtendit.
Pluſquam aliorum nullus. annis in multis fecit Dominus.
Etiam nundinas novas. ut ſapis per villas.
Tiengen & lego dictas. indeque ſimul martiſſellas.
Illuc ac patibula. novos cippos & alia.
Prius quid & quæ. nunquam in his villis fuère.
Et alia ſuo plura. in Comitatu jacentia.
Id pro vero habebis. ſi ſuos effectus videbis.
Inde non valeo ſilere. nec poſſum obticere.
Nam Campidonenſis Dominus. præfatus & gratioſus.
Sententias Ulmæ jacentes. ad lucem duxit nitentes.
Quas Anteceſſor ſuus. in nomine Werdnaw dictus.
Quietare permiſit. & ſic ab hac valle receſſit.
Nam nullus hominum. putaſſet Campidonenſem Dominum.
Tantæ fortitudinis fuiſſe. & vigoris eminentiæ.
Ut hæ ſententiæ darentur. ſimúlque manifeſtarentur.
Ecce ùt leo ſuos. voce ſuſcitat pullos.
Ita Campidonenſis præfatus. calliditate ſua Dominus.
Sententias has referavit. & ad lucem reclamavit.
Et ſic ſententiæ ſunt datæ. ſed non pro Campidonenſium parte.
Has tenere nolunt. ùt ſcripta inferius volunt.
Annis peractis. uno M. & 4or. CCCC. litteris,
Cum ſexaginta junctis. & ſex ibi computatis.

 CA-

CAPUT LXXVI.

De particulari Singnafio Cœnobii Campidonenſis.

O Hiltigardis Schola. clama in altum ſola.
Verſus Chriſti Matrem. & felicem Hiltigardem.
Nec non & ad Sanctos. in Monaſterio Patronos.
Gordianum & Epimachum. ſimul piúmque Ludwicum.
Qui laudiſonas. quiete habuerunt ſcholas.
Ultra ſeptingentos annos. in ciclo numeratos.
Sícque Campidonenſes. nullas hábuerunt latrinales. *
Nec ex ritu & jure. has ſolent habere
In Circulo muri. ſicuti in litteris reperi.
Hæc in Cœnobio notantur. ſi privilegia legantur.
Sed quod Campidonenſes. hujusmodi non ſunt advertentes.
Nam per eorum violentias. cœperunt dictas ſcholas.
Verùm non ſolum ſcholas. ſed res plures alias.
Ut rerum quotidiana. docet ad lucem Magiſtra.
Quo ſpiritu ſunt ducti. & qua ratione moti.
Id ſcribere nolo. quanquam in corde habeo.
Sed me oportet ſilere. ac verè de his tacere.
Nam mortua eſt juſtitia. & ſolùm regnat invidia.
Ac commodum proprium. nolens cognoſcere verum.
Hæc utique totum. ſolent pervertere ritum.
Cùm jure autem ritus. eſt talis in veritate ſcitus.
Quod Civitas Campidonæ. Monaſterii fuerat plenè.
Id verò cognoſces. ſi Martini Bullam leges.
Quæ data Conſtantiæ. fuit in Concilii tempore.
Hoc Campidonenſes. non poſſunt eſſe audientes.
Quia ſub Abbate. nunc veruncundantur eſſe.
Et ſic ſiniſtra ſingunt. ac à Monaſterio fugiunt.
Nam per ſe tendunt principari. & à nullo Abbate gubernari.
Verum hoc inchoantes. ac in eſſe perficientes.
Tendunt ad peritum. ùt docet experɡentia rerum.
Id verum oſtenditur. dum Adriani Bulla legitur.
Nam legi non petunt. nec ſcire volunt.
Dum ipſa enim legitur. ad ſcabinatum ire jubentur.
His uti non debent. niſi Abbas conventúsque admittent.
Hæc alia defalco. & ad primum intentum redibo.
Nam incœptio eſt facta. de Hiltigardis Schola.
Hæc habuit ducenta. & ſuppoſita triginta.
Joanne Birck ſub Magiſtro. qui tot habuit in regiſtro.
In Purificationis die. Beatiſſimæ Virginis Mariæ.
Anno milleſimo. Domini quadringenteſimo.
His jam junge. octuaginta quinque.
Tunc de Riethaim Abbas. quem Joannem nuncupas.
Cœnobium fuit regens. atque Dominus excellens.
Id in privilegiis auxit. Comitatúmque non minoravit.
Sub eodem namque Abbate. factum eſt in die.
Sancti Blaſii. ùt tunc diſtinctè notavi.
Campidoniſtæ unum fecere. ac ſtatutum impoſuêre.
Taliter ut nullus Civium daret {rogam / habitationem} Scholarium.
Volentibus viſitare. in Schola Hiltigardæ.
Et ſic eandem deſtruxerunt. & novam unam erexerunt.
Cum aliis pluribus. ſic ſolent facere rebus.
Non enim advertentes. an id jure aut ne ſint nitentes.
Et ita Cœnobium opprimunt. & eſſe Domini volunt.
Olim erat fama. ac vox communis publica.
Dum alter alterius. jactantes lumina vultus.
Diſſortunium Campidonenſe. habeas tibi pro ente.
Hoc diu habuerunt. dum {Burckhald / Hylomont} deſtruxerunt.
Sic ex deſtructione Scholæ. poteſt diſſortunium redire.

* Lege: Latrinales vid. Cap. XV.

Singuli

Singuli se caveant. ne hujusmodi {fiant. / contingant.}
At jura Cœnobii restituite. & Deum obnixè invocate.
Ut hæc parcat vobis. in quibus malè fecistis.
Pro Hiltigardensibus Deum rogo. ejúsque Matrem imploro.
Quod ipsos coadjuvent. & in singulis defendent.
Verùm Scholasticus præfatus. cognomine Birck vocatus.
Scholas Hiltigardæ. adhuc non vult derelinquere.
Tali in oppositione. amodò est in regimine.
Faciendo paucis. Scholaribus ùt multis.
Viginti annos rexit. ut dictam scholam tenuit.
Grandi in honore. cum suppositorum multitudine.
Cui Deus gratiam dat. ut diutius eam regat.

Processus ulterior.

Verùm de post elapsis. non diebus multis.
Deus gratiam dedit. & jus tribuit.
Ut Schola præfata. Hiltigardæ fuit redonata.
Hoc Imperator Fridricus. sic in nomine dictus.
Ita ordinavit. ac cum edicto mandavit.
Ulmensibus primò. de post Memmingensibus secundo.
Tertiò Ravenspurgensibus. sic dictis in nominibus.
Hi quasi sententias. centum dedere diffinitivas.
Alto coram genere. in Nobilium multitudine.
Ibidem Ducum Consules. fuêre valdè plures.
Cùm pluribus Comitibus. simul & militibus.
Etiam Nobiles plurimi. sub forma multiplici.
Hi omnes advenerunt. Domino Campidonensi astiterunt.
Demum Civitates. quas habuêre Campidonenses.
Hæ ipsis astiterunt. & omnes sententias audierunt.
Dum has perceperunt. ad Campidonenses tulerunt.
Cur Cœnobio injuriam. amodo intulistis tantam.
Si hoc præscissemus. certè vobiscum hìc non essemus.
Nec astabimus inde vobis. si sententias has non tenebitis.
Nam contra Cœnobium. & ejus jus antiquum.
Quidquid facere nolumus. ne maledictionem intremus.
Quam Adrianus Apostolicus. Dominus olim supremus.
Dedit adversantibus Cœnobio. & adhuc tribuit amodo.
Suademus ergo vobis. ut pacem habeatis.
Vestro cum Domino. Campidonensi sic dicto.
Ex sententiis nunc benè scitis. quòd vos quasi sui sitis.
Illa noscuntur. si litteræ sententiæ leguntur.
Una cum concessis verè altis privilegiis.
Campidonenses has refutant. & tenere recusant.
Non isto obstante. quòd partes ambæ.
Affirmarunt per juramenta. sententias has, & dicta.
Super divum Evangelium. ut est ens optimum.
Easdem sententias tenere. & firmiter ratas habere.
Sine Appellatione fienda. & contradictione ponenda.
Hæc & alia Campidonenses. in corde non advertentes.
Sed præter jura singula. continuè quærunt evasiva.
Sive vera sive justa. imo & ficta.
Quibus mediantibus inde. possint Cœnobium delere.
Verùm amicabiles dictæ. fuêre positæ inde.
Jam huc jam isthuc. deinde & illuc.
Nil tamen perfecerunt. sed partes sumptus consumpserunt.
Hoc etiam notate. & in corde considerate.
Quod Campidonenses has. noluerunt dietas.
Quærere erga Duces. Sigismundum. Jeriúmque Nobiles.
Ejusmodi hæc sunt signa. imaginamini vestra per corda.
Immo demum appellarunt. & econtra ad Cæsarem volunt.
An ergo sunt perjuri. sint sic dicti.
Aut ne, nescio. nec scribere audeo.

Miror, quid confitentur. magis {à quo / quomodo} absolventur.
Nam veritatem dicendo. inbibuerúntque perferendo.
Ubique Civitatis angulorum. & Campidonæ locorum.
Continuè sunt blasphemantes. Abbatémque vituperantes.
Quo spiritu ducti. & ratione sunt moti.
Signare non audeo. & pennam cessare noto.
Verùm Abbas prædictus. ac Campidonensis Dominus.
Providè se regit. atque amodo consilia quærit.
Jam non retardat. sed hinc & inde equitat.
Faciens ùt fidus Paterfamilias. qui libenter res singulas.
Monasterii Campidonensis. vult servare in esse entis.
Ergo Maria pia. juva eum semper in via.
Nec non & filius tuus. noster Jesus Christus.
Cùm Tu sis Patrona. Cœnobii vera corona.

Fundatio Regalis Monasterii Campidonensis.

Hiltigarda Imperatrix. primitus fundavit.
Magnus Carolus ejus Contboralis sublimè confirmavit.
Rorina Sancta multis Reliquiis gratiosè donavit.
Adrianus Papa personaliter dedicavit.
Andegarius Abbas primus laudisonè inchoavit.
Gens Ungarorum perpera ter devastavit.
Dux Ernestus exinde renovavit.
Rorina filia Ludwici pii simul pretiose dotavit.
Adelbertus Episcopus Frisingensis, & Abbas Marcus Monasterii in Comitatu reparavit.
Abbas } Heinrich { Burtenbach Castrum Burckhald ad tuitionem suorum ibidem reformavit.
Abbas } Heinrich { de Sumerow secundam turrim apud Monasterium ædificavit.
Abbas } Heinrich { Mittelberg dictum Castrum præfato Monasterio notabiliter minoravit.
Hiltigarda Conthoralis Caroli Magni Imperatoris.
Quæ hoc fundavit. & Monasterium donavit.
Territoriis ac singulis. hæreditate rite possessis.
Quorum nosces nomina. in Goe hìc finita.
Albegoe, Hilergoe. Augustgoe, Segessgoe, Turgoe, Obergoe.
Hæc dicta rura. & Sæcularia eorum jura.
Aliis cum singulis. plenè donavit Dominis.
Regentibus ibidem. Abbatiam Campidonensem.
Nec immemor Monasterii. fuère Servus Servorum Dei.
Papa Adrianus. Imperatórque præfatus.
Qui ipsum Cœnobium præ cæteris. donavit privilegiis.
Annis septuaginta actis. septémque septingentis.
Hujus veri Protectores. & Monasterii defensores.
Quatuor Nobiles hi. sunt subsequentes Domini.
Duces ex Bavaria. ac illustres de Saxonia.
De Montfort Comites. ex Nellenbúrgque Nobiles.
Hoc pro vero tenebis. si eorum clypeos videbis.

Jeorius de Rottenstain Decanus Monasterii Campidonensis. Compendiosa veræ Bullæ Sententia.

Actis annis Millenis. & octuaginta cum octenis.
Sub Papa Innocentio. inter alios hujus nominis octavo.
De Rottenstain Jeorius. Cœnobii Campidonensis Decanus.
Cum hoc verus unus. in villagio Leder plebanus.
Romam admeavit. indulgentias frequentésque impetravit.
A duodecim Cardinalibus. pro tunc in humanis existentibus.
Quorum quilibet centum. dies pro peccatis mortalium.
Et pro delictis duodenos. dedit venialium annos.
Omnibus hominibus confessis. bono cum proposito contritis.
Simul orantibus his. pro animabus singulis.
Semper quintis feriis. omni anno in Angariis.
Ac inventionis die. Christi Crucis almæ.

Calcu-

Calculando semper primas. procedendo Vesperas in secundas.
Has peccatorum Indulgentias. illo in loco esse notas.
Erga Sanctæ Crucis altare. in Monasterio Campidonæ.
Alias simul plurimas. in eodem reperies Indulgentias.
Uti desuper litteræ. hujusmodi notant limpidè.
Demum impetrans rogitat. legens pro eo Deum rogat.

Memoriale.

Anno in Nativitatis. Christi, nostræque salutis.
Millesimo quadringentesimo. octuagesimo octavo.
Imperator Fridricus. credo in nomine quartus.
Pro tunc fuit Campidonæ. circa diem Sancti Thomæ.
Idem Campidonam sublimavit. altiùsque eam privilegiavit.
Nam patibulum proprium. Cippum, & mediastianum.
Cum aliis juribus. ad malificium pertinentibus.
Etiam novum sigillum. simul & vexillum.
Cum constitutione Consulum. simul & Magistri Civium.
Hæc singula dedit & Campidonæ assignavit.
Nam prius Caput Hiltigardæ. fuit Scutum Campidonæ.
Et Civitatis vexillum. album & plavium.
Colores verè habuit. à principióque tenuit.
Nunc aliter apparent. hujusmodíque nitent.
Ut ad oculum vides. & in picturis notes.
An autem Imperator præfatus. Fridricus nomine vocatus.
Benè sic tunc fecerit. dum illa complevit.
Certè certéque nescio. & respondere non audeo.
Condoleo tamen corde. quòd Monasterium Campidonæ.
Cujus hæc dicta. fuerunt singula jura.
Sic in ejus privilegiis. & juris sublimis.
Diminuitur, corrumpitur. ac demum quasi anihilatur.

Memoriale pro peccatis rusticis Cœnobii Campidonensis.

Qui gestiunt audire. aut raritatis quid scire.
Legant hæc dicta. nam non sunt mendacia ficta.
Raritas autem illa. sic est nobis notanda.
Nostræ salutis anno. Ciffris sic 1491. numerato.
Tunc in Campidonensi Abbatia. lis talis est orta.
Quod pro tunc subditi. ipsius ibidem Monasterii.
Quasi in duas. divisi fuère sectas.
Prima namque rusticorum secta. fuit ultra tria millia.
Quæ sese super Lubas collegit. & primo iniquo.
Elisabeth die. sic annorum dictorum in tempore.
Eorum Domino {absente. / nesciente.} ac Regis negotiis impediente.
Cujus Abbatis nomen depingo. Joannem de Riethaimque signo.
Hic fortis ùt Leo. Princeps nomine merito.
Viriliter huic repugnavit. atque Sectæ obviavit.
Uti benè audietis. si totum processum legetis.
Secunda vero secta. in Cœnobio erat Collecta.
Quæ simul grandem. in se tenuit multitudinem.
Hoc cum Abbate Domino. primum contra eundem scribo.
Modos hic & hos. consequuntur conscribendos.
Prima rusticorum secta. die Clementis erat erecta.
In Durrach Villa. ubi fuit castra metata.
Ut ibidem in simul jurarent. & fœderamenta darent.
Taliter ut unus ab alio. modo recederet nullo.
Causam ob quam. hic notare ponam.
Nam hi rustici. putabant se nimis onerari.
Ab exactione scire. quam eorum Dominus verè.
Ipsis ad dandum instituit. atque sic imposuit.
Ultra modum antiquum. ab aliis Dominis tentum.
Etiam alias rationes. fuère clamorosè adducentes.

Ex parte censitarum. atque rerum Cœnobii aliarum.
Quos quietè possedit. ac pacificè obtinuit.
Usque nunc ad rusticos. agros colentes modernos.
Ab eorum Domino hi. fugam cœperunt naturali.
An sint, aut ne perjuri. id scribere nolui.
Æstimo tamen eos. ab aliquibus esse seductos.
Aut ab eorum malitia. propria hæc sunt orta.
Quod pie est credendum. ac firmo pro vero tenendum.
Nam Dominus Campidonensis. fecit ùt alii Domini hujus entis.
Non enim solùm Coloni. ipsius dicti Cœnobii.
In stiris & aliis. sint onerati nimis.
Imo Principes, Comites. Milites & Nobiles.
Cum Civibus singulis. ac homines locis ex aliis.
Nunc se aggravatos putant. quod tunc rustici cogitant.
Unus namque in illo. alter & reliquus in alio.
Varii enim mundi cursus. diversos causant effectus.
Coguntur utique Imperatores. Reges, mundique dominatores.
Ultra eorum proprium. Sæpe nitendo nutum.
Cur tunc id rustici. deberent esse exempti.
O quam phantastica imaginatio. rusticorùmque cogitatio.
Dum tu Algoica. ruralium Cœnobii turba.
Tuum proprium. voluisti interimere Dominum.
Certè certéque ad plenum. non valeo admirari sensum.
Quis seductor infernorum. hæc mentes impressit eorum.
Regem enim putabant. & regi amplius non æstimabant.
Ecce eorum putatio simul & ipsorum æstimatio.
Fuerunt asininè pro vero. sic optime credo.
Unde Colonos regere. est in organis asinos canere.
Verùm stelliferi Conditor orbis. tandem obstaculi posuit ipsis.
Qui ob honorem Matris suæ. ipsiúsque Cœnobii Patronæ.
Atque felicis Hiltigardis. Monasterii fundatricis.
Sua volens bonitate. libertates Cœnobii salvare.
Cum Justitia & probitate. ac Domini Abbatis honestate.
Nam pro pace medias. introduxit tandem personas.
Abbates, Comites, Milites. Nobiles & Cives.
Cum Conventualibus Dominis. Nobili ex prosapia genitis.
Locorum ubique. hic & in Circumcirca verè.
Hi Abbatis strenuitates. fuêre moderantes.
Bonis verbis & pacificis. quibus tunc potuerunt modis.
Si hi non affuissent. omnes coloni morte periissent.
Nam adstantiam pereminentem. & certè valde grandem.
A tota fœderatione Dominorum. in tota Suevia positorum.
Campidonensis Dominus habuisset. ac omnes in eadem prompti fuissent.
Uti dixerunt, scripserunt. imo personas reales legaverunt.
Fuit autem strepitus. demum sic pace conclusus.
Quod totam sectam primam. oportebat petere gratiam.
Ab eorum Domino Abbate. Joanne de Ricthaim dicto.
Genibus flexis. & armis depositis.
Cum elevatione manuum. sursum usque Cœlum.
Omnes ad eundem dicentes. alta vocéque clamantes.
Domine Domine Gratiosissime. contra vos egimus iniquè.
Hoc cognoscimus limpide. coram vestra Paternitate.
Sumus enim per viam. certè seducti sinistram.
Reverendissime ergo Domine. ob Dei Matrem nobis parcite.
Amplius contra vos. nunquam faciemus nos.
Sic & nostri filii. debent facere prompti.
Id litteris stabilite. & sigillis benè munite.
Quas super nos. & sequentes damus. ad vestras pias manus.
Nunquam enim deinceps. alter erit noster Princeps.
Nisi Cœnobii Abbates. & Hiltigardis fautores.
Prolatis his verbis. coram Nobilibus multis.
Reverendus Dominus Colonos. recepit econtra in subditos.
Eis gratiam ostendens. ut inde non facerent hoc ens.
Unde si gratiam non distribuisset. mortem in collo quilibet habuisset.

Hæc

Hæc autem concordia. circa Liebenthan eft facta.
In foffato, & fub ponte. fuper Liebenthan monte.
Tempore fpecificato. & die prius declarato.
Verùm pro tunc multi. varia fuêre facti.
Hac de Colonorum caufa. quidam bona, reliqui mala.
Volebant quidam Abbatem. effe malefactorem.
Cùm tanta in Cariftia. grandis erat ftira.
Subditis ejus impofita. quæ eis impoffibilis erat folvenda.
Similiter & alias. dixêre effe caufas.
Quas hìc defalco. & brevitatis caufa vado.
Nam aliàs in fcriptis. id reperies litteris.
*Forf. mitantes. Verùm hi ita loquentes. Cœnobio funt imitantes. *
Bona enim fantur pauci. cùm omnes ad mala funt inclinati.
Juxta Ariftotelis dictum. fua in Philofophiáque fcriptum.
Unde omnes pereunt. qui mala de Cœnobio dicunt.
Id Adrianus Papa. declarat fua in Bulla.
Sed quid feriosè vellem. ac adeo id optarem.
Nunquam fore incœptum. quod futurum non fignat bonum.
Quædam enim paveo futura. quæ modo non funt fcribenda.
Res jam non eft parva. imo fatis magna.
Cùm ex fcintilla minima. oritur grandis una.
Noftra namque peccata. funt ùt credo, in caufa.
Ut plura vera alia. fient dierum una.
Nec hæ res oblivifcuntur. cùm multis annis fciuntur.
Adhuc eft reliquum. modò nobis dicendum.
De confumptibus, & compenfis. hoc in ftrepitu peractis.
Quanti fuerint tales. mihi non funt naturales.
Adeo enim extensè. hæ fuerunt expenfæ.
Sic confimiles ftrepitus. habuit idem Abbas Dominus.
Paucis annis elapfis. ante geftum rei præfentis.
Cum Pappenhaim Marfcalco. Alexandro dicto.
Ex unius ruftici parte. quam pro tunc notavi in tempore.
Ob eundem namque villa. Altefried dicta.
A noftro Abbate obfeffa. ac tandem ab eodem lucrata,
Multæ de poft dietæ. tali etiam in caufa funt pofitæ.
In quibus iterum expenfæ. fuerunt multùm extensè.
Ufque ad concordiam. in eadem re factam.
Sic etiam de variis. pro vero legitur geftis aliis.
Olim ab Abbatibus factis. ùt Chroniftæ dicunt in actis.
Ad quos curre legendo. fic egóque ceffo loquendo.
Inde tamen filentio. id præterire non valeo.
Quod de poft pauco. tempore pro tunc elapfo.
Dicta rufticorum copia. fugit à tali concordia.
Si caufam de his quæris. atque fcire cupis.
Hanc tibi fignabo. inter cæteráfque notabo.
Nam Coloni omnes. alta voce fuêre clamantes.
Concordiæ Compofitores. Abbatis fuiffe amatores.
Et fic contra eos, & pro Abbate. caufam pofuerunt in lite.
Quare fic juramenta. priorique ftabilimenta.
Servare nolebant. atque infringere incipiebant.
Etiam primitiva eorum malitia. fuit, ùt credo, in caufa.
Qua ab olim ufi exiftunt. dum Cain fecuti funt.
Cur fic error noviffimus. deterior erat, quàm primus.
Hoc Abbas Reverendus. atque rufticorum dictorum Dominus.
Nobili ex genere natus. Joannes de Riethaim vocatus.
Diftinctè id percipiens. & inde confilia quærens.
Pro tunc à Dominis Confœderatoribus. in Almania exiftentibus.
Sic continuè de una. in aliam equitans dieta.
Quærens de oportuno. tali in Controverfia remedio.
Sub moderamine tali. quòd animo libenti.
Ad obediendum fuos. e converfò duxiffet colonos.
Jam in dieta. huc deinde & illuc.
Verùm obedire nolebant. & amodò evafiva quærebant.
Unde erant feducti. per quosdam homines benè noti.

Sic ſeduci cupierunt. ac decipi voluerunt.
Non verè advertentes. quales fuêre ſeducentes.
Hos benè cognoverunt. propter quid eos ſeduxerunt.
Nam proprium commodum. ſæpiſſimè pervertit verum.
Verùm Michaëlis in feſto. aut circum anno octo.
Milleſimo quadringenteſimo. nonageſimo ſecundo.
Tunc Domini Confœderatores. in tota Almania omnes.
Inde ordinaverunt pedites. ſimul & equites.
Qui colonos in villis. privarunt eorum Clynodiis.
Lachrymabili cum ſtrepitu. modóque inaudito.
Nam boves & vaccas. ſimul & ſcroffas.
Cum aliis rebus. multis utenſilibus.
In tantum recipientes. huc & illuc vehentes.
Etiam cum hoc certa. combuſſerunt habitacula.
Ut valor horum. in triginta mille florenorum.
A Communi pro tunc plebe. erat æſtimatus verè.
Cùm hæc contingebant. Coloni ſe dividebant.
Fugiendo unus huc. reliqui illuc & iſthuc.
In ſimul ſtantes verè. ſicut lepus cum ſua Matre.
De poſt aliqui venerunt. & è converſo ſe ad gratiam dederunt.
Alii verſus locum recedentes. reliqui alia loca quærentes.
Et ſic magnus ſtrepitus in Algoia erat ortus.
Demum tamen pax data. & cauſa ſic concordata.
In Memmingen Oppido. ſic ego vobis noto.
Ut econtra Coloni præfati. Domino eorum ſint ſubjecti.
Faciendo Cœnobio omnia. ùt ſonant antiqua privilegia.
Verùm Coloni non omnes. ibidem fuerunt præſentes.
Quare ſcrupulus erat. an pax in eſſe manebat.
Quid inde de hoc fiet. Optimus Deus ſciet.
Aut Cœnobii annihilatio. aut ejus erit renovatio.
Sic ego ſic ſillogiſo. & arte Loica concludo.
Superbia ubique regnat. & ignorantia ei miniſtrat.
Hæc ædificia corrumpunt. mundi ſtatúſque deſtruunt.
Inter nunc cæteros. Campidonenſes Dominos.
Tres volo nominare. atque in ſcriptis hic notare.
De Mittelberg Hainricus. inde de Simentingen Gerwicus.
Tertium non omitto. quem Joannem de Riethaim voco.
Nam grandia geſta. Cœnobio ſunt facta.
In eorum regimine. dum ipſi erant in tempore.
Nam tempore primi. deperditio eſt facta Cœnobii.
Dum Regale Caſtrum. Burckhald dictum.
Campidoniſtæ deſtruxerunt. & ad eorum manus receperunt.
Inde ſub Abbate ſecundo. ruſticorum cædem pono.
Super Buchperg factam. quam ponam tibi notam.
Ex poſt Domino ſub tertio. fuit facta fugitio.
Nam Coloni ſubditi. fugière ab eorum Domino naturali.
Quis audivit talia. dic, rogo, facta.
Ob quid hæc facta. propter peccata credo noſtra.
Verùm hic cauſas. reperies in Cœnobii litteris.
Et ſic eſt finis. Deo laus ſit in divinis.



HISTO-

HISTORIÆ
FUNDATIONUM
NONNULLORUM
MONASTERIORUM
INSIGNIUM PER PARTES
BAJOARIÆ

AUTHORE

ANDREA PRESBYTERO,
Ratisbonensi & Can. Regul. S. Augustini ad
S. Magnum in Pede pontis.

HISTORIÆ FUNDATIONUM NONNULLORUM MONASTERIORUM INSIGNIUM PER PARTES BOJOARIÆ.

§. I.

De Monasterio Sancti Emmerani Ratisponæ.

Beatus Emeranus in Civitate Ratisponensi Virtutibus claret & Signis. Cujus Epitaphium ibidem in Monasterio sui Nominis ante Altare S. Georgii Martyris hoc est: „Emeranus Pictaviensis Episcopus prædicando verbum Dei venit in Bavariam, & „ibidem in Hellendorff pro Christo passus est, anno Domini DCLII. & hic primo tu„mulatus est. " Ubi diligenter advertendum, (& sunt verba Magistri Conradi de monte puellarum in Chronica sua) quod olim temporibus paganismi & infidelium in illo colle ubi nunc Monasterium B. Emerani est situatum, tunc extra muros Civitatis fuit Lucus arborum Sylvestrium, ubi diversorum Simulachra Idolorum ab infidelibus colebantur. Quâ superstitiosâ stultitiâ hominum tandem divina volente gratia evanescente, & fide Catholica parumper stillante, ibidem Luco deposito viles casæ pauperum hominum suburbanorum civitatis constructæ fuerant, & intra easdem casas humile oratoriolum, in quo consecrata fuit ara per Christi fideles tunc tenuiter clarentes in honore B. Georgii Martyris. Quæ Capella tugurii more ibi steterat, & ara hæc in dicto Monasterio in honorem prædicti Martyris hodie cernitur ad latus australe versus ambitum Monasterii præfati. Ante quam aram etiam publicè videtur hodie S. Martyris Emerani Epitaphium & Sepulchrum: nimirum antequam B. Martyr in eâdem Capella Domino jubente quiescere voluit, & extremi sententiam examinis præstolari. Quia quàm primum docendi gratiâ populum in fide orthodoxâ in Ratisponam se transtulisset, post crebros frequenter labores circa gregem Domino nostro Jesu Christo lucrandum in prædicta Capella tumultui hominum aliena, ipse felicissimus præsul solus soli Deo Vigiliis & orationibus consueverat angelica meditatione vacare. Sed quis suis temporibus sedi præsederit Ratisponensi Episcopus, non invenio, nec ibidem ipse electus seu Præfectus Canonicè præfuerat, sed casualis & adventitius Pater Pastor tantùm: cui Clerus Civitatis in exequiis suis (ùt in Legenda Ejus scribitur) reverentiam exhibuit magnam. Utrum autem Clerus ille tunc habuerit Episcopum vel non, penitus subticetur.

De eodem. Anno Domini DCXCVII. Leo, (qui & Leontius) depulso Justiniano regnare cæpit. Hujus Imperii anno primo Appollonius primus Abbas Monasterio Sancti Emerani Ratisponæ præficitur.

Anno Domini DCCLII. Simpertus Ratisponensi Ecclesiæ præficitur Episcopus. Hic anno regiminis suis XXXII. vel XXXIII. Monasterium S. Emerani Ratisponensis magnificè fundavit, jussu & sumptu Karoli Magni, eo tempore quo Karolus Magnus Patritius Romanorum adhuc fuit, id est pater & tutor viduarum & pupillorum.

Anno Domini DCCCLXXXVIII. Arnolfus regnare cæpit, regnavítque annis XII. Hic Arnolfus anno VII. regni sui à Formoso Papa coronatus, Imperatoris & Augusti nomen sortitur. Hic præ cæteris regni sui locis Ratisponam Bavariæ Metropolin dilexit. Unde etiam ob honorem pretiosi Dei Martyris Emerani muros ejus ampliavit & auxit, Monasteriúmque dicti Martyris plurimum adornavit, ac largis possessionibus locupletavit. Hic cum triumpho de Gallia à cæde Nortmannorum in Bavariam rediens, ossa S. Dionysii Areopagitæ secum tulit, quæ quamdiu incolumis vixit, secum retinuit. Tandem mortem

tem sibi imminere sentiens, S. Dionysii ossa dicto Monasterio perpetuò servanda tradidit, una cum Evangeliorum libro, id est, plenario. qui sic auro ab extra ornatus est gemmisque pretiosis, intus vero litteris aureis scriptus per singulos Margines omnium foliorum singulas habens mirandas picturas, quòd vix similis sibi reperiri possit. Idem verò Arnolphus paralysi dissolutus, nulla arte medicinali poterat adjuvari, quin à despectis inimicis * qui eum invaserant, consumeretur; & non nulli veneficii & maleficii criminati puniti sunt. Hic sepultus est in Choro dicti Monasterii S. Emerani: cujus Anniversarium ibidem agitur V. Kal. Dec. concluditúrque Officium pro defunctis cum Antiphona subscripta: „Fidelis Cæsar, beatis reliquiis potiri gaudens, apud illas ipse sepeliri præ„elegit Dionysii sese sperans subsidio & tutela fulciri, unde & desiderium est imple„tum hujus viri. Hic est ille Arnolphus qui ad Macarii serbuit cultum quem & dilexit „multùm. Hic est enim ille Arnolfus, qui ei quem vivens coluit, tandem abesse mor„tuus noluit, Martyri Christi gloriosо, quem in cœlis coronatum novit lapide pretioso.

Anno Domini DCCCCIV. Christophorus de Papatu ejectus factus est Monachus, & Ratisponæ in medio Chori Monasterii S. Emerani sepelitur.

§. II.

De Sancto Wolfgango.

Anno Domini DCCCCLXXII. quo Otto I. obiit, S. Wolfgangus Ratisponensi Ecclesiæ præficitur Episcopus. Hic nomen suum (sicut in legenda ejus legitur) per se interpretatus est. Nam in quodam armario, quod ipse construi præcepit, inter reliqua, sicut erat peritissimus poëmatis compositor, ita scripsit:

Struxerat ædiculam Mandrita lupambulus istam.

Hic Ratisponæ fundavit Monasterium S. Pauli instituens ibi Sanctimoniales ordinis S. Benedicti. Hic S. Wolfgangus altare primæ fundationis Monasterii in Mallendorff, quod Heinricus & Ernestus ejus filius Comites de Kirchberg fundaverunt, procurante Burchardo I. ejusdem loci Abbate in honore S. Johannis dedicat. Hic etiam montem prope Weltenburg incastellavit, & Ecclesiam S. Mariæ Virginis ibidem dedicavit. Hic in Bohemia Provincia, quæ tunc sub Ratisponensis Ecclesiæ Parochia extitit, & noviter Christiana fide imbuta Sacrilega idola abjecerat, rogatu Ottonis Cæsaris, Episcopatum ibidem per modum concambii fieri concessit, super quo & ipse Privilegium composuit, dum autem primates sui sibi consulerent ne ipse in hoc consentiret, dixit: pretiosam Margaritam sub prædictæ provinciæ terrâ latentem conspicimus, quam nisi venditarum comparatione rerum non acquirimus.

§. III.

De lite, quam habuit Civitas Ratisponensis, & Regnum Francorum propter Dionysium.

Leo Papa nonus circa annum Domini MXLIX. genere fuit Alemannus de Lotharingiæ Regno. Romani ex prava consuetudine postquam petiissent ab Imperatore Heinrico Pontificem dari; Imperator quum nullum Teutonicorum ad hoc, ut reciperet Papatum, inducere posset, Episcopum Tullensem Brunonem nomine Virum simplicem ad hoc inclinavit. Qui ad Urbem veniens, & ex hoc conscientiam habens, omninò dignitatem papalem resignavit, & denuo ab omnibus electus, & Leo vocatus, post laudabilem vitam XIII. Kal. Maji decessit, & in Ecclesia S. Petri tumulatur, manifestis clarens miraculis. Hic anno Domini MLII. Pontificatus sui anni quarto, per instantiam Imperatoris Heinrici ad partes Germaniæ, & præcipuè ad Urbem Ratisponam & Venerabile Corpus B. Wolfgangi ejusdem sedis Episcopi transferendum est vocatus. Quo eâ quâ decuit reverentia Nonas Octobris translato, in crastinum hoc est, VIII. Idus prædicti Mensis ad preces Imperatoris &aliorum fidelium, nec non Sanctitate & meritis B. Erhardi Ardmatensis Episcopi corpus transtulit in Monasterio inferiori. Sicque S. Papa Leo plurima Urbis Ratisponæ loca perlustrans, tandem à fidelibus rogatus Basilicam super testudine in honorem Sanctorum Apostolorum Simonis & Judæ personaliter consecravit. Cujus Anniversarius dies dedicationis Dominicâ proximâ post prædictorum Apostolorum festum annis singulis celebratur.

Hic etiam rogantibus Parisiorum legatis, litem quæ inter civitatem Ratisponam & Regnum Francorum diu erat pro Reliquiis S. Dionysii Areopagitæ, quæ illuc translatæ fuerant ab Arnolpho Imperatore, determinavit, & eas apud S. Emeranum haberi decrevit & approbavit de quo inter cætera sic scribit: Vos

* Pediculis.

„Vos dilectissimi in Domino filii, Rex Francorum; tuique fideles, quamvis invi-„dendi Teutoniæ gaudio videamini justam quidem habere materiam, ita ut meritò pu-„tatis de Alemannorum vobis lætitiâ sit dolendum: considerantes tamen, & Dei omni-„potentis & invicti Martyris sui, quem ablatum plangitis, consolationis tandem admit-„tite placamentum, pensantes attentius quòd nec totus vobis ablatus est; quippe qui „carissimos prædicationis suæ & passionis consortes, Rusticum & Eleutherium, in dile-„ctionis adhuc & tutelæ pignus & certitudinem dereliquit, nec dolete, si Germanos vi-„sitare dignatus est vel defunctus, qui vobis adhuc vivens prædicavit." Denique ipse Leo Papa Wormatiam venit, ubi Imperatore præsente, in die Natalis Domini Missam celebravit: & Luitpoldum Moguntinensem Archiepiscopum, ut ipse die sequenti Missam cantaret, utpote præcipuum in sua Diœcesi subrogavit. Dum autem peracta processione quidam ex Diaconis suis Humbertus nomine (sicut multi ob Illius festi venerationem solent) Evangelium decantaret, quidam de Romanis propè assistentibus vituperantes, eò quòd modo Romano non ageretur, Papæ persuaserunt, ut ad eundem Diaconum mitteret, & decantationem interdiceret. Quod quum factum esset, & ille admonitus Mandatum Papæ contemneret, & lectionem utpote juvenum more, eâdem vocis sonoritate usque ad finem decenter perduceret, Papa finita Evangelii Lectione Illum ad se vocavit, atque propter inobedientiæ contumaciam degradavit. Ad quem Archiepiscopus misit, ut sibi suum Ministrum redderet. Quod ubi Papa abnuit, Pontifex tamen licet ægrè patienter interim tacendo sustinuit. Decantato autem offertorio, ubi sancti sacrificii tempus advenit, Pontifex in sede sua resedit, verè contestans nec se alium quenquam completurum illud officium nisi reciperet processionis suæ Ministrum. Quod ubi Apostolicus intellexit, pontifici cessit, reindutúmque Ministrum continuò remisit.

Qua in re & Pontificis auctoritas & Apostolici consideranda est humilitas, dum & ille officii sui dignitatem defendere contendebat, & ille licet majoris autoritatis, Metropolitano tamen in sua Diœcesi cedendum perpendebat.

Hic Moguntiæ cum Heinrico Imperatore & XLII. Episcopis Concilium celebravit, statuens, ne clerici canes vel aves in venatione sequerentur. „Item ut negotia secula-„ria vel lucra turpia non exerceant. Item, ut nullus fiat Monachus nisi in legitima æta-„te, vel spontanea. Item, quatuor tempora cum jejunio observentur; & tunc ab Epi-„scopo jejuno consecrentur denuo clerici infra Missam." Hic etiam Leo dedit pallium Episcopo Bambergensi, quo ter in anno uti posset, S. Paschæ festo, S. Petri, & Dionysii.

§. IV.

De Institutione Monasterii Althabensis inferioris, ex vita S. Godehardi, & ex Chronico ac Privilegiis Ecclesiæ.

Monasterium illud ex Consilio S. Pirminii Metensis Episcopi, ab Utilone Duce in honorem S. Mauritii sub Monachica professione construitur, Anno ab Incarnatione Domini DCCXLI. Pontificatus Domini Zachariæ Papæ anno Sexto, ultimo autem anno Leonis Imperatoris, qui in Chronico ob sui malitiam impius appellatur, Karolo primo majore Domus in Regno Francorum existente. Cujus filium Pipinum, patrem Karoli Magni, post hoc anno nono S. Bonifacius Archiepiscopus ex decreto Zachariæ Papæ unxit in Regem, Hilderico Rege in Monasterium misso. Quem etiam Pipinum post hac Stephanus Papa anno Domini DCCLXXIV. Patritium constituit Romanorum, & cum eo duos filios ejus Karolum, & Karlomannum, cum Matre eorum Berthrada, sacra unctione in Regiæ dignitatis honore confirmavit: ante distributionem Episcoporum in Bavaria, quæ decimo anno post dictam constructionem per S. Bonifacium Archiepiscopum ex decreto Zachariæ Papæ, & consensu Pipini Regis ac Utilonis Ducis facta est; ubi Johanni Saltzburg, Baibaldo Ratispona, Willibaldo Eystet, Ermberto Freysinge commendatur. Nam tunc nullus in tota provincia pastoralem Cathedram possidebat, præter Uvulonem Archiepiscopum Lauriacensem; quem prædictus Utilo infestationem Avarorum cum Clericis suis & Monachis fugientem Pataviæ recepit, & episcopavit ibidem. Defuncto dehinc Rege Pipino patricio Romanorum, quum ad Karolum filium ejus & Francos sive Teutonicos imperium, (quod à tempore Constantini Magni Helenæ filii, hucusque Constantinopoli manserat apud Græcos) per Dominum Leonem Papam, & consensum senatus & populi Romani anno ab Incarnatione Domini DCCCI. esset translatum; ipse Karolus Seren. Augustus, à Deo Coronatus, Magnus, Pacificus Imp. Rom. gubernans Imperium, qui est per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum, structuram istam largis prediis & possessionibus ampliavit. Nam terram Avarorum sive Hunnorum per bellum continuum octo annorum capiens, Avaris expulsis, ipsam Avariam sive superiorem Pannoniam (quæ nunc nomen tenet Austriæ) totam inter Ecclesias Ba-

variæ, Pontifices & Abbates, Comites dividit & Barones; ubi Orulpho Abbati & Ecclesiæ isti non parvam tradidit portionem. Tassilo etiam Dux, Utilonis Ducis & Hiltrudæ Sororis Pipini Regis supra dicti filius, & sui Barones plura prædia huic structuræ illis Temporibus contulerunt. Ludovico post hoc Imperatore filio Karoli Magni, in Romanorum Imperium sublimato, quatuor filiis ejus Lothario, Pipino, Karolo, & Ludovico sibi continuò rebellantibus, ac deinde post mortem patris fratribus inter se pro divisione Regni concertantibus, in tam longa & detestabili dissensione plures Ecclesiæ despoliabantur prædiis & facultatibus suis. Inter quas Ecclesia ista magnam partem perdidit prædiorum, licet hanc Ludovicus ille ultimus fratrum, cui postmodum diviso Regno Orientalis Francia (à Rheno videlicet usque ad fines Illyrici & Pannoniæ, ac terminos Danorum) in partem cesserat, defensione sua & prædiorum larga munificentiâ elevare curasset, exposcentibus hoc apud eum Botzpaldo & Otgario Abbatibus & Episcopis, qui temporibus Regni ipsius Ecclesiam hanc regebant. Gente dehinc Ungarorum sub Ludovico Rege filio Arnolfi Imp. exeunte, & in necem Christiani templi ac maximè in gentem Teutonicam, viciniorémque sibi Bavariam graviter sæviente, surrexit quidam Tyrannus Arnolfus videlicet Dux Bavariæ, qui Rex fieri frustra cupiens Ungaris se conjunxit, invasor Regni exstitit, & pro hac ambitione destructis Ecclesiis, earum reditus militibus & fautoribus suis concessit: inter quæ & Altahensis Ecclesiæ proprietas ferè totâ in Bavaria & in Austria diripitur, & huic sceleri militantibus juxta debacchantium voluntatem beneficii (immò maleficii) causa dividitur & confertur. Quæ Ecclesia tunc in Bavaria existens tot impetus tam perniciosæ gentis ac paganæ sine magno discrimine sufferre potuit? Contra quas etiam Advocatus earum & Princeps patriæ Arnolfus cum gente paganica conspiravit. Istis & præcedentibus necessitatibus norma Monachica hic defecit sub Regulatu Canonicorum, usque in tempora Ottonis III. Imperatoris, & Heinrici Ducis patris Sancti Heinrici Imperatoris. Iterum quasi per centum annos perstitit locus iste. Prædicto námque Ludovico, & Cunrado primo ac Heinrico primo Regibus præfato Arnolfo & Ungaris viriliter resistentibus, tandem mortuo eo ab Ottone Magno anno Regni sui XIX. qui est annus Dominicæ Incarnationis DCCCCLV. apud Augustam civitatem in campo, qui dicitur Lechfelt, exercitus Ungarorum immensa cæde necatur, virtus eorum quasi tota extinguitur, tres Principes ipsorum (sicut in gestis S. Udalrici legitur) Ratisponæ in patibulis suspenduntur, & toti Bavariæ pax à Domino redonatur. Elevato post hoc in Romanum Imperium Ottone tertio, qui more avito in omni Ecclesiasticæ dignitatis promotione crescere cæpit, cujus quidem laudabilis industriæ initiale fuit indicium, quòd septimo Ordinationis suæ anno, qui est annus Dominicæ Incarnationis DCCCCXC. sæpe dictum illud Monasterium Episcoporum consilio, videlicet Wolfgangi Ratisponensis, & Pilgrani Pataviensis, auxiliante demum Duce præfato, in pristinum Monachicæ religionis reformare cæpit statum. Quidam igitur venerabilis vir, Erchambertus nomine, huic Abbas præponitur: per quem auxiliante Domino divinum Ministerium juxta Regulam S. Benedicti religiosè disponitur. Ad cujus statim saluberrimam admonitionem S. Godehardus Monachus est effectus: qui ex familia istius Ecclesiæ natus, hicque nutritus, & sacrarum litterarum studiis fideliter est imbutus. Iste S. Godehardus antea in Ordine Canonicorum hujus Ecclesiæ Præpositus existens, postea Monachus factus, Echamberto Abbati succedit anno ab Incarnatione Domini DCCCCXCVII. Sancto Heinrico tunc Duce Bavariæ ipsum Abbatem & locum devotè ac fideliter promovente. Idem námque Heinricus, quum Ottone III. absque filiis defuncto in regiam sedem anno ab Incarnatione Domini MI. à cunctis esset Principibus sublimatus cum Conforte Regni Sancta Virgine Kunigunda (quam non ut Uxorem, sed ut Sororem dilexit) Dominum bonorum omnium datorem habere elegit hæredem: & Sexto anno Regni sui Episcopatum Bambergensem construxit, aliisque Sanctorum locis per Regni latitudinem non minus, prout opus erat, suæ impertivit munificentiæ largitatem. Quædam enim loca jam dilapsa in melius restituit, quibusdam quæ minus suppetebant, adjecit, inter quæ & Ecclesiam istam jam ab ipso dudum restructam cortinis & vestibus sacris, & (quod maximum fuit seculi hujus donum) pacis tranquillitate dotavit, & largâ ditavit munificentia prædiorum. Invitabat ipsum, & alios Imperatores ad hujus structuræ promotionem dulce patrocinium istius Ecclesiæ, videlicet Legionis Sacratissimæ Thebæorum, sicut cernere datur in privilegiis ab ipsorum gratia donatis eidem, ubi S. Mauritium gloriosum Martyrem Christi & totius Regni, summum patronum appellant, quomodo ab altari suo Romæ in Ecclesia S. Petri sito ab Apostolicis manibus Imperii recipiunt diadema.

Instigabant insuper ipsos ad hoc grata obsequia, quæ eis cum exercitibus contra Hungaros euntibus hic fiebant. Hunc autem Heinricum ad benefaciendum huic Monasterio specialiter induxit cognita Sanctitas Beatissimi Patris Godehardi & Discipuli sui Guntherii Eremitæ, quos familiares tenuit quamdiu vixit, ac eorum secretis consiliis fruebatur. Et quum per ipsius Imperatoris industriam Ecclesia ista se gaudeat reformatam, unum tamen est quo se ab eo pia querimonia deflet læsam, videlicet quòd Sanctum Patrem ejus Gode-

Godehardum Abbatem speculum totius Bavariæ, anno Regiminis sui XXVI. Hildensheimensi Ecclesiæ præfecit Episcopum, ex quo jacturam sumsit, quòd ex ea promotione sancto suo corpore careat integrali. Post Heinricus Pius XXXIX. Rex Imperator XXIX. qui gentem Ungarorum cum Petro Rege ipsorum, Romano Imperio bellando subjecit, cum sua conthorali Agnete Imperatrice Monasterium istud prædiis suis ditat, Ratmundo Abbate S. Godehardi hoc apud suam Magnificentiam exposcente. Sub quo etiam Abbate Ecclesia ista anno Domini MIII. IV. Nonas Martii cum cæteris ædificiis igne consumitur, quam, idem Ratmundus Abbas à fundo reædificari cœpit, ac quinto post hoc anno XI. Kal. Octob. à tribus Episcopis, Perngero scilicet Pataviensi, & Heriberto Eistetensi, & Engelmaro Parentino dedicari procuravit, cooperantibus sibi S. Godehardo Hildensheimensi Episcopo, & Richerio Leonensi Abbate, qui primitus Monachus Althahensis, postmodum per Conradum Imp. Abbas exstitit Cassinensis, Heinrico post hoc IV. patri in Regni solio succedente, diversisque ducibus Ducatum Bavariæ procurantibus, illo abjecto, alio subrogato, pax à tempore primi Ottonis per successiones Sex Imp. hucusque vigens, tunc tepescere cæpit: dissensiones oriuntur in regno, Ecclesiæ perturbatio, Monasteriorum destructio, clericatus despectio, totius Justitiæ ac Religionis conculcatio, & alia plura incommoda tunc sunt orta. Scinditur tunc Regnum & Sacerdotium, Imperator & sui fautores ab Alex. XX. & Gregorio VII. Urbano II. & Pascali V. patre superstite regnum invadit, Episcopi à propriis sedibus expelluntur. Inter quos S Thiemo Monachus Althahensis, sed tunc Archiepiscopus Saltzburgensis à sede sua propellitur, qui postmodum in Visitatione Sepulchri Dominici à Saracenis cum aliis captus apud Corrozaim crudeli Martyrio vitam finit. Dehinc regnat impius Heinricus V. Hic Pascalem Papam Romæ captivavit, sed ab eodem ac postmodum plenius à Calixto Papa in Communionem Ecclesiæ est receptus, cui Calixto Papa & S. Romanæ Ecclesiæ idem Imperator omnium Ecclesiarum ad regnum pertinentium investituram per annulum & baculum cum privilegiis resignavit. Exinde guerris quiescentibus pax, in regno qualiscunque pro tempore reformatur. Posthoc Lothario II. Conradio III. Friderico I. Heinrico VI Regni Sceptra Gubernantibus, anno Dom. Friderici Regis Rom. primo, qui est annus Dominicæ Incarnationis MCLIII. quum jam repressa omninò contumacia Ungarorum, Imp. in partibus Bavar. negotia quasi nulla tractare habuit, idem Fridericus jura regalia istius Ecclesiæ propter defensionem tradidit Bambergensi Ecclesiæ, quæ tunc in Bavaria potens erat. Eberhardo secundo Episcopo existente, & Abbate hujus Monasterii Boleslao. Incendium iterum patitur hæc structura V. Kal. Augusti anno Domini MCLXXX. sed per Dietmardum Abbatem iterum reformatur, ac quinto post hoc anno ab Ottone Frisingense præsule consecratur. Imperantibus demum prædicto Heinrico VI. Philippo, Ottone IV. & Friderico II. ipsisque intentionem potentiæ suæ ad Regna Italica extendentibus surrexerunt duo Fratres Bertholdus & Albertus filii Alberti Comitis de Pogen; qui non solùm inter se, sed etiam cum vicinis suis omnibus, Episcopis, Comitibus & Liberis discordabant. Isti ex una parte occasione advocatiæ Milites & Colonos hujus Ecclesiæ rapinis & spoliis ac captivitatibus crudeliter afflixerunt: ex altera parte per Rapotonem & Heinricum Comites de Ortenberch, & alios inimicos eorum, prædia Ecclesiæ præliis & incendiis vastabantur. In expeditionem autem transmarinam euntes Bertholdus Comes, apud Damiatam moritur bono fine, anno Domini MCCXVIII. XI. Idus Augusti. Reversus Albertus Comes, usque ad finem vitæ suæ licet secundò transfretaverit, in tali persequutionis sævitia perduravit. Quo defuncto, gloriosus Princeps Otto Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ ex inclito Duce Bavariæ Ludovico & Ludmilla Matre prædictorum Comitum natus, fit hujus Ecclesiæ advocatus, Vir utique bonus, anno MCCXLII. quis autem primus Episcopus, ad honorem Dei consecraverit locum istum, per nulla scripta patet. Attamen tempore Canonicorum, per Fridericum Episcopum Saltzburgensem Ecclesia ista legitur consecrata, quæ postea tempore Ratmundi Abbatis per incendium destructa reconsecratur, & à Perngero Pataviensi Episcopo, cooperantibus sibi Heriberto Eistetensi Episcopo, & Engelmaro Parentino Episcopo (ut superius est præscriptum) deinde tempore Dietmari Abbatis Illius nominis secundi, cùm iterum per incendium esset devastata, consecrari procuratur ab Ottone Frisingensis Ecclesiæ Episcopo, tempore quo superius est expressum. Postremo verò testudinato Choro & novis altaribus erectis ad consecrationem dictæ Ecclesiæ invitatur Dominus Petrus Reverendus Pataviensis Ecclesiæ Episcopus, qui rogatu Domini Hermanni Abbatis in die S. Mathæi Apostoli principale altare in honore antiquorum patronorum nostrorum. Mauritii videlicet & Sociorum ejus; & etiam secundum altare, in honorem B. Mariæ Virginis ac præsepis Domini pariter consecravit, recondens in eis priores reliquias, & etiam multo plures, anno Domini MCCLXXI.

§. V.

Tegernsee Monasterium qualiter est fundatum?

Circa annos Domini DCLXX. in partibus Noricorum, id est, Bavarorum, erant duo Fratres Albertus & Otkarius, ex Patre Burgundi, ex Matre Bavari, divitiis præpollentes, Deúmque timentes, consanguinitatis affinitate proximi Pipino Regi, Patri Karoli Magni. Horum primus scilicet Albertus novem Comitatus possedit in Bavaria. Alter verò scilicet Otkarius, qui & ætate perfectior, Ducatum tenuit in Burgundia. Hic habuit filium tenerum in aula Pipini Regis: qui dum morum nobilitate filium Pipini Regis præcelleret, ipsa nobilitas morum, odiorum materia fuit. Difficile est enim quemquam in prosperis invidia carere. Quum enim in ludo Schacorum Pipini filio assiduè doctior inveniretur, & filius Regis sæpius victus haberetur, animatus forte potentia patris, rixam agebat; & filium Ducis graviter super tempora percutiens occidit. Qua causa Rex cognita solito tristior efficitur, & res multiplici studio adeò occultatur, ne rumores mentes parentum inficerent. Timebat enim potentiam memoratorum Principum, quod principia bonorum sæpe contingunt difficilia esse. Nam ipse Pipinus eisdem diebus auctoritate Zachariæ Papæ regnandi potestatem in Gallia, & in Burgundia, in Alsatia, in Thuringia, & in Saxonia, in Alemannia, & in Bavaria, & in omni Germania noviter adeptus fuerat. Sedente igitur in causis Pipino, requisivit in sententia à Duce Otkario: quid faciendum sit in causa, *quæ nullo emendationis cultu poterit emendari*. At ille nesciens hujus sententiæ spiculum in se retorqueri, respondit: „Res quæ nulla ratione reformanda constat, æquanimiter ferenda est. “ Quæ sententia dum præcipuis Principibus placeret, assensu celebri firma stetit. Rex verò fluctuabat animo diligenter animadvertens, quomodo causam competenter componeret, medius inter spem & timorem. Timor enim diligentiam docet, & admonet, futura prospicere: inconsulta autem temeritas nescit consilium exspectare. Consultius itaque eo agente, casum pueri notificat primitùs patruo, deinde cum patruo patri. His auditis Pater supra modum contristabatur, & ex insperato malo per longas moras conticuit. Multis igitur fidelibus Regis ipsum interim consolantibus & exhortantibus, quatenus sententiam, quam ipse tenore recti edixerat, factis comprobaret, habitis longis suspiriis, tandem illustrium virorum precibus mitigatus, memor conditionis humanæ, colligere sese animo cæpit, taléque responsum Regi dedit: „In humanis rebus nihil firmum, nihil perpetuum subsistit: sed dies hominis velocius umbra aut vento declinant. Quod cùm multis clarum sit experimentis, & præsentis rei casus suum nobis exinde præbeat documentum, consultum est, teneriori nos affectu superstites amplecti; de morte verò filii ultra quàm credi potest, conturbatus quidquid in ejus morte mihi gaudii absumptum est, bonus status honoris vestri mihi carissimus & vita fratris mei Comitis Alberti recompensat, & in utriusque vestri sospitate infiniti doloris remedium sumitur, & tantæ destitutionis jactura decenter emendatur. Sed & hunc dare qui potuit, auferre valebat eundem. “ Hæc dicta maximam virtutis gloriam pepererunt, & uberem apud Regem gratiam. Nam & ipsum & plurimos aulicos ad lachrymandum suis lachrymis inflexerat. Inter Regem igitur & Ducem perfecta amicitia solidata, Otkarius hæredis solatio destitutus cum Fratre suo Alberto, (qui ei naturæ debito sedulò compatiebatur) ad propria reversus, præmeditantes caducis rebus fidem adhiberi non debere, terrenis cœlestia comparantes, Christum rerum suarum hæredem fecerunt, & juxta lacum Tegernsee Monasterium Monachorum continuò fundare cæperunt, quod de S. Corpore S. Quirini, quod tunc crebris clarebat miraculis, gloriatur, ab ipsis fundatoribus huic Monasterio donato.

§. VI.

De Monasterio Wesselprun.

Circa annos Domini DCCLXXXIII. Wesselprun sic dictum à quodam Venatore Wesso dicto, qui fontem ibidem è terra bullientem à se repertum ostendit. Vidit quoque Tassilo, dum ex venatione aprorum quadam vice pernoctasset, ibidem, scalam ad cœlos porrectam, & Angelos Dei ascendentes & descendentes per illam. Sanctum autem Apostolorum Principem innixum Scalæ, & canentem ea, quæ in officio dedicationis cantari solent.

Item Tassilo fundavit Monasterium S. Nicolai Pataviæ.

Item Monasterio inferioris Altach plura prædia dedit.

Item Pataviam Civitatem Bavariæ instaurans & renovans Episcopatus sedem, quæ apud Lauriacum priusquam ab Hunnis everteretur, inibi constituit. Denique in Choro Monasterii in Weltenburg subscripti versus habentur:

Tassilo

Tassilo Dux Bavariæ, Fundator hujus Ecclesiæ,
Sex struxit in Bavaria Tassilo Monasteria:
Weltenburg, Chremsmünster, Lorch Wesselprun, Pfaffenmünster.
Tassilo Rex primum, post Dux, Monachus sed ad imum.

§. VII.

Cathedralis Ecclesia fit Monasterium S. Emerani.

Anno Domini DCCLXXVIII. Adelwinus Ratisponensi Ecclesiæ præficitur Episcopus. Hic juxta decreta Canonum, & cum auctoritate Leonis Papæ III. in præsentia Karoli Magni Imperatoris, recta ratione in Synodali Congregatione, cum Judicio Episcoporum, Clericorum, nec non nobilium Laicorum, de loco in quo nunc est Monasterium S. Emerani, Cathedram Pontificalem mutavit, & Canonicâ auctoritate in Civitatem in Ecclesiam S. Stephani Proto Martyris statuit, & suæ successorúmque proprietati ac potestati deinceps alienavit.

§. VIII.

Meten Monasterium.

Anno Domini DCCCI. Karolus Magnus fundavit Monasterium in Meten, quod exordium habuit in hunc modum. Quum enim ipse Karolus Provinciam Bavariæ obtineret, accidit quod Transitum in venatione faceret per locum in quo dictum Monasterium pro nunc est situm, tunc Silvaticum existens, viditque ibidem hominem in habitu & dispositione heremiticâ, qui in fabrica cujusdam cellulæ extitit occupatus, & bipennem, cum qua ligna excidebat ad radios solares suspendentem.

Quo Miraculo viso prædictus Rex Eremitam Uttonem nomine admonuit, ut aliquid ab eo ad suum profectum peteret, quod præsto esset, se daturum. Qui petiit, ut cultus Dei in structione cujusdam Monasterii amplificaretur. Quod Rex statim annuit, & Monasterium ibidem fieri jussit, & muneribus magnificis regaliter sublimando dotavit. Hic etiam quatuor Episcopatus, videlicet Treverensem, Coloniensem, Moguntinensem, & Saltzburgensem divitiis & honoribus ampliavit. Hic etiam Karolus terram Avarorum sive Hunnorum per bellum continuum octo annorum capiens, Avaribus expulsis, ipsam terram Avariam sive Superiorem Pannoniam (quæ nunc Austria dicitur) totam inter Ecclesias Bavariæ, Pontifices & Abbates, Comites dividit & Barones. Unde Ecclesiæ inferioris Altach non parvam dedit portionem. Hic Karolus, quum jam morbo & senectute premeretur Ludovicum filium suum Regem Aquitaniæ, cunctorum consilio, consortem sibi totius Regni, & Imperialis nominis hæredem constituit: impositóque capiti ejus diademate Imperiali Cæsarem & Augustum jussit nominari. Tandem febre & pleuresi correptus V. Kal. Februar. decessit, anno ætatis suæ LXXII. Regni XLVI. Imperii XIV. sepultus Aquisgrani in Basilica B. Mariæ Virginis, quam ipse construxerat, hoc habens Epitaphium: „Sub conditorio hoc situm est corpus Karoli Magni, atque Orthodoxi Imperatoris, qui Regnum Francorum nobiliter ampliavit, & per annos XLVII. „feliciter rexit.

§. IX.

De Monasterio Obermünster in Ratispona.

Anno Domini DCCCXIV. Baturicus Ratisponensi Ecclesiæ præficitur Episcopus. Item à Baturico Ratisponensi Episcopo Hemma Regina Mater Karoli Imperatoris, Monasterium S. Mariæ in Civitate Ratispona, quod Obermünster dicitur, legitimo concambio recepit pro Monasterio in Mansee, quod Regina eadem Ecclesiæ Ratisponensi dedit in recompensam. Utrum autem Karolus iste cujus hic fit mentio, fuerit secundus, vel tertius hujus nominis Imperator, certum habere non potui.

§. X.

De Monasterio Diessense.

Anno Domini DCCCII. Embricho Ratisponensi Ecclesiæ præficitur Episcopus. Iisdem temporibus Rathardus Presbyter apud Diesensee, quod per sonitum aquæ ibi decurrentis nomen accepit, Monasterium S. Georgii M. construxit; ibique Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini coadunavit. Hoc postea per Arnolphum Ducem Bavariæ & Comitem Palatinum, perditionis filium, penitus est destructum, & ab inhabitatione hominum per multa temporum curricula desolatum mansit: donec per alios Christo fideles exstitit restauratum.

§. XI.

Ebersperg Monasterium.

Anno Domini DCCCCXXXIV. successit Michael in Episcopatu Ratisponensis Ecclesiæ, qui sedit annis XXVII. His temporibus Eberhardus Comes præpotentissimus, genere spectabilis, fraterque ejus Adelpero in Castro Ebersperg Monasterium Ordinis B. Augustini Canonicorum Regularium fundaverunt. Postea tamen Udalricus filius dicti Adelperonis Ordinem Canonicorum ibidem in Munachos Ordinis S. Benedicti commutavit. Dicitur autem Ebersperg ab Apro, qui locum eundem, antequam ibidem Castrum esset, cum à Comite Sigehardo venaretur, qui fuit avus dictorum Comitum S. Eberhardi, & Adelperonis, designavit, de quo longa esset historia, quam causa brevitatis obmitto.

Item prædictus Eberhardus Monasterium super Ilmam fluvium, dictum Geissenfeldt. B. Benedicti de bona voluntate suæ conjugis Adelhaidis ad Laudem & Gloriam Dei nominis inchoavit, & laudabiliter Domino concedente consummavit.

§. XII.

Pruel Monasterium fundatur.

Anno Domini DCCCCXCVII. Gebchardus primus hujus nominis Ratisponensi Ecclesiæ præficitur Episcopus. Hic in Territorio Urbis Ratisponensis quendam locum, Pruel nomine vocitatum, Monachieæ vitæ aptum, Dei servitio construendum & ascribendum elegit. Quem videlicet locum, prout ejus erat facultas construens, construendóque usque ad finem perducens, temporibus Heinrici secundi piissimi ac Magni & à Deo coronati Regis, Successoris & Consanguinei divæ memoriæ Ottonis Imperatoris Augusti in honorem S. Spiritus Paracleti & S. S. S. Bartholomæi, Viti, Georgii, & aliorum multorum, quorum nomina in ipsa Ecclesia sunt scripta, dedicavit. Et quia idem locus Monachis S. Emerani famulando subjacebat, ne aliqua exigente penuria murmur & reclamatio posteris temporibus haberetur, quædam bona S. Emerani Monachis firmiter concambiendo concessit. Hic Privilegium quo dictum Monasterium Pruel privilegiavit (unde etiam prædicta sunt excerpta) cum clausula subscripta conclusit: „Proinde quisquis es „futurus meus Successor, te precor, & efflagito, te posco, te peto, te admoneo, te ob„testor per S. Paracletum, quem in Baptismo suscepisti, in cujus videlicet honore hæc „domus est specialiter consecrata, ne regularem vitam inibi destrui patiaris, nec in ali„quo minui; sed certus de æterna remuneratione facias augeri, & semper in melius pro„fici." Eâdem clausula duo successores ejus æquivoci nominis, Gebhardus II. & Gebhardus III. Privilegia, quibus dicto Monasterio providebant, concluserunt.

Anno Domini MCX. Hartwicus Ecclesiæ præficitur Episcopus Ratisponensi. Hic Monasterium Pruel ab Antecessoribus suis fundatum, sed postea annullatum & dilapsum, à Ruthardo autem septimo ejusdem loci Abbate adjuvantibus Christi fidelibus reædificatum, & (ut cernitur) venustè restauratum, dedicavit anno sui Pontificatus septimo.

§. XIII.

De Scotis Ratisponæ extra muros.

Anno Domini MLXII. Otto Ratisponensi Ecclesiæ præficitur Episcopus, septem Fratres de natione Scotorum, quorum nomina sunt hæc: F. Macrianus, F. Mathantinus, F. Murchertachus, F. Clemens, F. Gervasius, F. Isaac, F. Donatus venerunt Ratis-

Ratisponam. Et (ficut in Chronico legitur) quendam mortuum nomine Zandolfum nuper in patibulo ejusdem Civitatis fufpenfum, precibus fuis à morte refufcitaverunt; ac tempore Ottonis tunc Ratisponenfis Epifcopi, locum ubi nunc eft Prioratus S. Petri, extra muros Civitatis inhabitare cæperunt. Quomodo autem Hiftoriæ conveniant, quod legitur Macrianus cum Sociis, & Otto Ratisponenfis Epifcopus, fuiffe tempore Karoli Magni, Chronicorum Scriptores videant.

De hoc tamen quoddam Privilegium in quodam libro reperi, cujus tenorem huic operi inferui, quod lege fi placet:

„In nomine S. & Individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia III. Romanorum Imperator Auguftus, omnibus Chrifti fidelibus, tam futuris quàm præfentibus notificamus ac manenti memoriæ committimus, qualiter tempore Ottonis Ratisponenfis Civitatis Epifcopi quidam Scotigenæ pro cruciando corpore, falvandaque animâ, patriâ fuâ exularunt, ac diu orationum loca vifitantes Ratisponam tandem venerunt. Qui dum licentia prædicti Epifcopi affenfuque Dominæ Abbatiffæ Willæ, quæ tunc apud S. Mariam in Monafterio Superiori præerat, Ecclefiam in Witzhen S. Petri dictam, ad idem Monafterium Superius adtitulatam, Minifterio ordinis fufciperent providendam: mox officinas clauftri adjutorio bonorum hominum ædificant, monachicamque vitam inibi celebrant, & ab eleemofynis quotidianis tantum victitant. Tandem pro Dei mifericordia conceffum eft eis aliquantulum Juftitiæ & utilitatis ad eandem Ecclefiam pertinentis. Deinde ad me Heinricum Dei gratiâ Romanorum Imperatorem III. veniunt, & Mundiburgium defenfionis meæ expetunt. Ego verò petitionibus eorum adquiefcens, in mundum defenfionis eos fufcepi, & talem libertatem à prædicto Epifcopo Ottone & Abbatiffa Hazegâ, quæ tunc locum S. Mariæ in fuperiori Monafterio regebat, eis adquifivi, ut nulla perfona major vel minor, in eos vel in bona eorum qualiacunque dominationem habeant, præter me & Succeffores meos Reges vel Imperatores, fed fecum maneant, absque omni ejectione vel turbatione, orantes pro fe & pro falute totius Ecclefiæ. Locus tamen fubjectus fit Superiori Monafterio, cui attitulatus ad defenfionem potius, quàm ad deftructionem eft. Datum Kalend. Februarii anno Dominicæ Incarnationis, MLXXXVIII. Indictione XII. anno verò ordinationis Domini Heinrici XXXI. Imperii verò anno V. actum Ratisponæ.

§. XIV.

Scheyren Monafterium qualiter fundatur.

Anno Domini MLXXVII. Haizka * Comitiffa filia Regis Arragoniæ, & primitus nupta Hermanno Comiti de Caftel, fed non ab eo cognita; quo decedente fine liberis, copulata eft Ottoni Comiti de Scheyren, per quem tres filios egregiæ indolis concepit. Mortuo verò Ottone relata Haizka, in quodam prædio, quod primitus ipfi in dotem donatum erat ftructuram novam incepit, ibidem congregans duodecim perfonas Monafticæ Religionis. Poftmodum quia locus nimis arctus erat, Monafterium in Vifchpachaw conftruxit, & prædictos monachos illuc collocavit, & inibi feliciter obiit. Anno Domini MCVII. Perchtoldus nobilis, Comes de Burgeck, & Otto junior Comes de Scheyrn, commune caftrum habuerunt, dictum quandóque Glaneck, nunc verò Ufenhofen, vel mons S. Petri, cui caftro renuntiantes Monafterium inibi in honore S. Petri conftruxerunt, & Fratres de Vifchpachaw ibidem collocaverunt, quod ibidem per XVII. annos permanfit. Tranfeunte autem hoc tempore anno Domini MCXXIV. Otto Dux Bavariæ & Agnes Uxor ejus rogarunt & fuaferunt omnibus, qui hæreditariam partem in Caftro Scheyrn habuerunt, fcilicet Duces de Dachaw, Comites de Scheyrn, Palatinas de Witelspach, aut Marchiones de Andex, ut B. Mariæ refignarent & offerrent prædictum caftrum, quia negligentia omnium horum cæpit defolari & deftitui. Qui omnes rogatu dicti Principis unanimiter obtulerunt S. Mariæ. Præterea idem Dux cum uxore fua Agnete transmutationem fecerunt, & caput Monafticæ Religionis in Scheyern ftatuerunt, & ibidem Ecclefiam in honorem B. Mariæ ædificaverunt; quam etiam prædiis copiosè dotaverunt; ita tamen, ut prædicta Monafteria Vifchpachaw & Ufenhofen cum omnibus fuis refpectum haberent ad Ecclefiam Scheyrn. Et fic prædictum Caftrum in Monafterium mutatum eft.

§. XV.

De Collegio Canonicorum Haybach, & Dyetramszell Monafterio.

Anno Domini MLXXXII. Notpertus Epifcopus Curienfis fundavit Collegium Canonicorum Secularium de octo Canonicis in propria Ecclefia fua Haybach: quod longis

* Haziga.

poftea temporibus per nobiles de Sevelt defolatur. Sed per Ludovicum Imperatorem acceptâ advocatiâ, quem clauftro Edal dedit, reformatur. Circa hæc tempora Monafterium Dyetramszell fundatur, fic vocatum à quodam venerando Sacerdote Dyctramo.

Item in Anglia floruit Anshelmus, primò Abbas, poft Cantuarienfis Epifcopus, vita & fcientia mirabilis.

§. XVI.

De Monafterio Prufing.

Anno Domini MCVII. Heinricus IV. vel V. Henrici Imperatoris III. filius regnare cæpit, regnavitque annis XX. Hic Imperium adeptus patrem fuum cepit, & in vinculis ufque ad mortem tenuit, ideo Deus ipfum fine herede mori permifit. Qui Spiræ unà cum aliis regibus fepultus eft, hunc verfum in Epitaphio habens:

Filius hic, Pater hic, Avus hic, Proavus jacet ifthic.

Hic Heinricus ob regni negotia procuranda Curiam in Urbe Ratifpona celebravit. Ad quam Venerabilis Otto Bambergenfis Epifcopus, utpote primus inter primos Principes vocatus venit. Hic colloquio Imperatoris, quod in urbe gerebatur, intererat: Tentorium verò fibi fuifque in loco opaco & amæno, in quo erant arbores nuces portantes, extra urbis mænia caufa commoditatis collocari præcepit. Ubi dum quiefcit, vidit in fomnis fcalam, cujus fummitas cœlos tangebat, & Angelos Dei defcendentes & afcendentes per eam. Qui evigilans à fomno, ex vifione cælitus fibi facta animatus; Monafterium Prufing (fic vocatum ut dicitur, *daß manns prüfen foll*) ibidem fundavit, jubens fieri altare in honorem Dei & omnium Sanctorum, principaliter autem in honorem bellatorum Chrifti fortiffimi Georgii Martyris. Dum autem locus in quo fundatum erat dictum Monafterium, ad Canonicos de veteri Capella in Urbe Ratifpona pertineret, qui (ficut hodie perfpicuum eft) fub tutela & Dominio Epifcopi Bambergenfis degunt; ipfe diligenter apud eosdem Canonicos egit, ut fibi hoc prædium & fundum præfati Monafterii in commutationem alterius prædii darent, quod & factum eft. His ita peractis, Venerabilis Epifcopus Erinmoldum Virum Venerabilem, de Monafterio quod Hirfaugia dicitur, à Brunone ejusdem Monafterii Abbate petiit & impetravit; eúmque fuo Monafterio Prufing præfecit. Hujus Erinmoldi virtus cæteris obmiffis fpecialiter refulget in duobus. Primò, quia cùm ipfe cum confratribus fuis nihil de adjacentis terræ bonis præter folum Monafterium in quo habitabant, poffideret, Abbas Sancti Emmerani nomine Reginhardus ad cujus Monafterium pertinebant ferè omnia quæ in circuitu erant, graviter cum fratribus fuis tulit dictum Monafterium Prufing inter medium fuorum bonorum fitum. Unde iracundia exardefcens operarios mercede conduxit qui omne Monafterium vallo circumdarent, & undique locum ipfum coanguftarent. Quum igitur opus jam ufque ad finem perveniffet, Abbas Erinmoldus nihil commotus ex his quæ gerebantur, alacriter fuis præcepit, ut magnam ciborum abundantiam præpararent, quos vocatis ipfis operariis apponit, dicens: multum laboraftis, corpora veftra quiete reficite, audenter comedite, quoniam libens vobis dono. Comederunt igitur & biberunt, & beati viri patientiam admirantes, ftatim ut egreffi funt, vallem omnem repleverunt, liberum intrantibus & exeuntibus iter facientes, & fic ad fua reverfi funt. His auditis Abbas S. Emmerani & Fratres ejus mitiores effecti funt.

Secundo virtus ipfius Erinmoldi in eo refulget, quod dum Heinricus illius nominis IV. Imperator, Rex verò quintus, res illicitas ab Anteceſſoribus fuis ufurpatas ipfe nihilominus ufurparet, fcilicet inveftituram Epifcoporum & Prælatorum (ficut in pagina pontificum lucidius patet) & frequentius ab Apoftolico admonitus fuiffet, & tamen falubri confilio nullatenus acquiefcens fententiam excommunicationis ab eo accepiffet, in hac excommunicatione dum effet, venit ad Monafterium Prufingen. Cogitans igitur Erinmoldus quæ Dei funt, iratum Regem offendere non timet, ut Deum placatum haberet, & fuis præcepit, ne quis eum fufciperet, vel aliqua proceffio ei more regio fieret; fed ipfe folus ei obviam proceffit, non ut adulator, fed ut veritatis amator. Imperator igitur iræ impetus temperans ipfum convenit, æftimans fe in aliquo eum prius læfiffe. Ad quæ Abbas: „Non eft, inquit, ut fufpicaris, ô Rex, non fum læfus à te „vel aliquo tuorum, fed quod excommunicatus es, maculam offenfionis & crimen in- „obedientiæ veremur pro te incurrere. Hæc ergo eft caufa, cur honor congruus tibi „à nobis non impenditur.“

Epifcopi qui tunc latus Imperatoris fortè ambiebant, nequaquam Imperatorem excommunicatum effe dicebant. Ille replicando intrepidè; „Veraciter, inquit, vobis di- „co, quòd excommunicatus eft, quòd præfens extiti, vidi & audivi, quando fententia „excommunicationis in eum lata eft.“ Per hoc itaque quod animofitatem Regis non timuit, intelligi poteft, quanta in eo virtus animi fuerit.

§. XVII.

§. XVII.

Reichenbach Monasterium.

Anno Domini MCXVIII. Dyepoldus Marchio de * Vorcbburg petitione Matris suæ Leukardis, & Uxoris suæ Alhaidis, cæpit construere Monasterium in Reichenbach in honorem B. Dei genitricis Mariæ & omnium Sanctorum. Et hæc fuit causa fundationis prædicti loci. Dicta Leukardis cum quadam vice infirmaretur, ei dormienti B. Virgo apparuit, significans quod suæ esset voluntatis, ut sibi à Marchione Dyepoldo Mons in Reichenbach offerretur, & fundaretur ibidem in honorem ejus Monasterium servorum Dei, à quibus ibidem jugiter laudaretur; dans eidem Leukardi pro signo, quod postquam de somno evigilasset, in quo hæc viderat, statim se ab infirmitate sanatam sentiret, quod & factum est. Ita enim restituta fuit, ac si nihil molestiæ antea pertulisset. Tandem precibus, quibus potuit, coram filio suo Marchione instititit, ut locus in Reichenbach Deo & B. Virgini & omnibus Sanctis manciparetur. Et quum jam vicibus duabus filii consensum impetrasset, & fundamentum ponere cæpisset, cæpit ei resistere Marchio, quod civitatem in prædicto loco & Castrum fundare volebat. Tunc ipsa Leukardis mittens ad fortia manum, judiciario ordine coram Heinrico Imperatore hujus Nominis IV. obtinuit, quod ipse Marchio filius ejus plenariè consensit, & cum diligentia, & devotione cæpit esse auctor fundationis Monasterii in Reichenbach. Institutque ibidem Monachos Ordinis S. Benedicti; vocans de Monasterio in Castello, unde Mater sua Leukardis nata fuit, quosdam Fratres; inter quos fuit Wittigo primus Abbas ejusdem loci. Hujus Marchionis filia fuit Domina Reiza Ducissa Bohemiæ, quæ construxit Monasterium in Cladurna. Hæc transitum faciens in Reichenbach, mortua est, ibidémque in capitulo cum liberis suis sepulta.

§. XVIII.

Waldsachsen Monasterium.

Anno Domini MCXXXIII. prædictus Dyepoldus Marchio dedit Monachis Cisterciensis Ordinis Waldsachsen aream, in qua constructum est Monasterium eorum, & de Sylva quantum ipsi Fratres per unum diem poterant in circuitu perlustrare. Unde & ipse est fundator eorum.

Anno Domini MCXX. consecratum est Monasterium S. Jacobi Ratisponæ à Venerabili Hartwico Episcopo Ratisponensi.

Anno Domini MCXLIII. locus dictus Walderbach, incorporatus eum ordini Cisterciensi amotis inde Canonicis Regularibus, qui quondam ibidem habitasse feruntur.

Anno Domini MCC. Alexander de Villa Del Monachus Ordinis Sancti Benedicti doctrinali quod incipit, *Scribere Clericum*, Parisiis legitur compilasse.

§. XIX.

De Monasterio Superioris Altach.

Circa annum Domini MCXXIII. Monasterium Superioris Altach initiatur, & sub Honorio Papa II. libertati traditur à Friderico Ratisponensis Ecclesiæ advocato, cum consensu conjugis suæ, & Adelberti Comitis de Windberg & Uxoris suæ, filiorúmque eorum, scilicet Bertholdi & Alberti admodum parvulis ad quorum dicationem idem locus hæreditario jure pertinebat.

Item Anno Domini MCCXLI. Albertus ultimus Comes de Pogen obiit. Hic ad terram Sanctum in obsequium Crucifixi transire volens Ecclesiæ Superioris Altach tertiam partem fori in Pogen cum omnibus attinentiis & jure forensi dedit.

§. XX.

De Superiori Altach.

Anno Domini MCCCXLIV. Abbas & Conventus Monasterii in Superiori Altach magnum & arduum opus, & multis inutile visum inceperunt. Magnus enim ille fluvius Danubius, juxta quem claustrum eorum situm est, per multa tempora fundo Monasterii sic appropinquavit, quod ab eo distans ad unius sagittæ spatium, crebra littoris fulca-

* Vohburg.

fulcatione minabatur ipsum Cœnobium cum suis sylvis, agris, pratis & pascuis funditus subvertendum. Unde ipsius Danubii flumen ab antiquo suo alveo retractum, per novam quam in magna à loco suo distantia foderant, vallem à suo Cœnobio abduxerunt. Hujusmodi laborem plus quàm per decem annos continuantes, expensisque plusquàm mille librarum denariorum Ratisponensium, propter quod multi reditus à dicto Monasterio alienati sunt.

§. XXI.

Cæsariense Monasterium.

Anno Domini MCXXX. anno scilicet XXXII. ab Institutione Ordinis Cistercii, vivente adhuc B. Bernhardo annis XVII. fundatum est Monasterium Cæsariense, vulgariter *Kaysersheim* vocatum, Ordinis Cisterciensis, per Heinricum Comitem de Lechsgemunde, & Luitgardim conjugem suam, & Volradum filium eorum.

§. XXII.

De Ponte Ratisponæ super Danubium.

Pons fieri cæpit, dum annus Domini incepit Millenus, Centenus, tria decem, semi quoque denus.

§. XXIII.

De Prioratu S. Petri extra muros Civitatis Ratisponensis.

Anno Domini MCCIV. Conradus Frisingensis Ecclesiæ Præpositus, Ratisponensi Ecclesiæ electione universorum præficitur Episcopus. Hic vir justus & per omnia religiosus, castus. Et vendito patrimonio suo septem millibus librarum, cum esset ex antiqua & nobili prosapia, filius Heinrici Comitis de Franckenhausen, hospitium pauperum in ponte Danubii fecit, & possessionibus extulit. Castrum de Yspachwerd, Kunigswend, & alteram Pewern Episcopatui adjecit: Ecclesiam S. Emerani in multis defensavit, obiit anno Domini MCCXXVI. Hic Conradus Episcopus per amicabilem compositionem determinavit super Electione ac Institutione Prioris S. Petri extra muros Ratisponenses, inter Abbatissam & Conventum Superioris Monasterii ex una parte & inter Abbatem & Conventum S. Jacobi ex parte altera.

Forma autem compositionis quæ habetur in Privilegio desuper confecto, talis est: „Quando Prioratus S. Petri vacabit Priore, Abbatissa Superioris Monasterii veniens ad „Abbatem & Conventum S. Jacobi, & Deum præ oculis habens, petat aliquem Scotum „de ipso Conventu vel fratribus Sancti Petri idoneum sibi dari Priorem. Etsi bonus & „Idoneus quem postulavit, dandus erit in Priorem Ecclesiæ prænominatæ. Si verò Ab„bas & Conventus S. Jacobi vel Major & Sanior pars ejusdem bona fide ac sana con„scientia secundum Deum & in salutem animarum suarum meliorem & utiliorem inter se „poterunt Abbatissæ demonstrare, hunc sibi, si præsens est, demonstratum, vel absen„tem nominatum, à primo recedens Abbatissa postulet; recepturum primo de manibus „ejusdem temporalia tantùm, quæ ex beneficio Superioris Monasteri ad Prioratum S. Pe„tri noscuntur provenisse, quibus receptis Abbas ipsum solemniter investiat specialibus „& cura Prioratus, ut ex his ad ipsum Abbatem principaliter salvo jure nostro, respe„ctus habeatur.

Item historiam quandam his temporibus ab Abbatissis Superioris & Inferioris Monasteriorum actam vide in Privilegio, quod sequitur.

„In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus II. Dei gratia Imperator Ro„manorum semper Augustus. Quum ad summam Instantiam precum dilecti principis „nostri, Cunradi Ratisponensis Episcopi, cum ipso Episcopo nomine Ecclesiæ suæ, „quoddam concambium fecissemus de duobus principatibus, scilicet de Inferiori & Su„periori Monasteriis in Civitate Ratisponensi constitutis, pro quibusdam aliis prædiis & „possessionibus ad prænominatum Episcopum & Episcopatum suum pertinentibus. Ac„cedens ad Provinciam Regiæ excellentiæ in Curia solenni Herbipoli Domina Tuta * In„ferioris Monasterii Abbatissa personaliter, nec non Domina Gertrudis Superioris Mo„nasterii Abbatissa, per suum Procuratorem, cum aliqua honesta utriusque Capituli „parte, coram Principibus & Baronibus atque totâ curiâ nostrâ gravi querimoniâ pro„posuit, se & Ecclesias suas indebitè à nobis fuisse gravatas. Et super hoc adjutorium „& sen-

* Juta.

„& sententias Principum postularunt proponentes firmiter, nullum PRINCIPATUM „posse vel debere commutari vel alienari ab Imperio, vel ad alium Principem transferri, sine „voluntate præsidentis Principis Illius Principatus, & de plano consensu ejusdem Mini- „sterialium, super quo facta à nobis inquisitione, per Sententiam PRINCIPUM, & ob- „sequutionem tam nobilium quàm Baronum atque Ministerialium, & omnium qui ade- „rant, judicatum est, nullum Principatum posse vel debere nomine Concambii vel cu- „juscunque alienationis ad aliam personam transferri ab Imperio, nisi de mera voluntate „& assensu Principis præsidentis & Ministerialium ejusdem Principatus. Nos igitur Ju- „stitiæ Protectores, nullo conamine juri reniti volentes, sententiam ipsam duximus ap- „probandam: & quod contra memoratas Ecclesias & earum Principes pro Episcopo & „Ecclesia Ratisponensi minus debitè feceramus omninò retractavimus in continenti præ- „sente Episcopo præfato. Et ne de cetero similia contingant, decernimus, & perpetua „firmitudine observandum judicamus; Quòd nulli liceat ulli Successorum nostrorum, „Romano Regi seu Imperatori Principatum aliquem (ut superius sententiatum est) ab Im- „perio aliquo modo alienare, sed omnes Imperii Principatus à suo Jure & honore illæ- „sos observare. Ut itaque fidelis dilecta nostra Gertrudis & Successores ejus Abbatissa, „nec non regalis Ecclesia Superioris Monasterii hac sententia gaudeant, in antea & glo- „rientur in perpetuum, hoc scriptum indulsimus Sigillo Majestatis nostræ roboratum. „Acta sunt hæc anno Domini MCCXVI.

§. XXIV.

De Sacramento.

Anno Domini MCCLV. quidam Presbyter in Civitate Ratisponensi Corpus Christi pro quodam infirmo portans in lutum profundum cecidit, in loco qui Judenpurk diceba- tur, hostiis salutaris Sacramenti dispersis. Ubi statim facta capella in honorem Corpo- ris Christi, postea verò Monasterium Augustinensium Fratrum ibidem fundatur. Con- rado Hiltprand, & Ulrico *von der Prunlatt* Magistris structuræ existentibus.

§. XXV.

De F. Bertholdo Minorum Ratisponensi.

Anno Domini MCCLI. Frater Bertholdus Natione Ratisponensis Ordinis Fratrum Mi- norum prædicare cæpit. Ad cujus prædicationem dicuntur aliquando centum millia hominum confluxisse. Hic sepultus est Ratisponæ ad Fratres Minores, hoc habens Epi- taphium: MCCLXXII. XIX. Kal. Januarii obiit Frater Bertholdus, Magnus Prædicator, hic sepultus Luciæ Virginis.

§. XXVI.

De Monasterio Fürstenfelt.

Anno Domini MCCLVI. Ludovicus Dux Bavariæ, Comes Palatinus Dominam Mariam conjugem suam Sororem Ducis Brabantiæ in Werd Suevico decapitari jussit. Mise- rat enim ipsa binas litteras, unas Duci qui tunc in partibus Rheni erat, alteras Heinrico Comiti Hirsuto * quæ etiam ex errore marito præsentatæ fuerant. Pro emenda vero conjugis otiosæ Abbatia in Fürstenfeld à Ludovico prædicto fundatur.

* Rhaugraff.

§. XXVII.

Cathedralis Ecclesia Ratisponensis igne consumitur.

Anno Domini MCCLXXIII. Ecclesia Cathedralis S. Petri Ratisponæ voragine ignis pe- nitus est destructa & campanæ omnes liquefactæ, & consumptæ. XV. die Aprilis. Anno Domini MCCLXXVI. in Festo S. Pauli Apostoli consecratus & repositus est pri- mus lapis in nova structura præfatæ Ecclesiæ Cathedralis Ratisponensis, à Reverendo Leone ejusdem sedis tunc Episcopo.

§. XXVIII.

De Ottakaro Rege Bohemiæ.

Anno Domini MCCLXI. Ottokarus Rex Bohemiæ Regem Ungariæ est aggressus Belam nomine, in dicto Campo Marchfeldt, & obtinuit Victoriam, auxiliante sibi Ulrico Duce Karinthiæ, & Fratre suo Philippo electo Saltzburgensis Ecclesiæ. Et in signum Victoriæ condita est civitas in eodem loco qui dicitur Marcheck, postea in jam dicto campo Marchfeldt dictus Ottakarus Rex pugnans cum Rudolfo Rege Romanorum Bohemis terga vertentibus cum multis nobilibus est occisus. Hic Rudolphus Rex sapiens fuit. Ad quem accessit quidam in Civitate Lawbing dicens: O Rex potentissime, peto aliquid mihi date. Qui respondit: Cur Carissime tibi quid dare debeam? At ille: quia cognatus meus estis. Cui Rex: unde dilecte? Ille respondit: de Costis Adam. Ad quem Rex: Vade, & affer saccum grandem & amplum. Ille lætus, putans quod sibi hunc replere vellet: quem quum portasset, & ad Regem rediisset, denarium unum in saccum sibi projecit, & dixit: Modò vade, & unumquemque qui tibi ex sanguinis propinquitate tantùm, ut ego, attinet, tot dare facias, & hunc saccum plenum habebis.

XXIX.

De Heinrico Episcopo Ratisponensi de Roteneck.

Anno Domini MCCLXXVII. Heinricus Comes de Roteneck Ratisponensis Ecclesiæ Canonicus, & Archidiaconus, Ratisponensi Ecclesiæ præficitur Episcopus. Hic dictam Cathedralem Ecclesiam S. Petri incendio consumptam & destructam, & ab Antecessore suo reædificari inceptam sumptuoso opere (quod & materiam superabat) ut ad finem perduci posset multis laboribus procuravit, & multa preciosa ornamenta dictæ Ecclesiæ dedit. Hic etiam patrimonium suum, scilicet Comitatum & Castrum in Roteneck cum pertinentiis suis Ludovico Duci Bavariæ vendidit, & Ratisponæ Ecclesiam, multis debitis oneratam ab usuris & damnis aliis liberavit.

Item Advocatiam in Vilden, Eberspaunt, Deysbach, Essenbach, Piltsting & Erling à Dominis Ducibus Bavariæ, & alia multa magna pecunia comparavit.

Item fecit fieri duas campanas, quarum una dicitur Apostolorum, altera S. Petri.

Item per duos Monachos de Halsprun edoceri fecit Musicam in Ecclesia, cantu usuali in Musicam permutato.

§. XXX.

De Monasterio Unser Frauen Zell.

Anno Domini MCCCXIII. Nicolaus Regis Bohemiæ Cancellarius Ecclesiæ Ratisponensi præficitur Episcopus. Hic debita maxima, quæ Antecessor suus in damnum Ecclesiæ fecerat, integraliter persolvit; & omnia castra, & munitiones quæ idem Antecessor suus personis potentibus obligaverat, redemit, & quamdiu vixit in sua habuit potestate. Quæ etiam moriens plena & optimè provisa reliquit. Hic inter regni & sedis dissensionem sibi & clero suo providit, quòd à processibus & sententiis contra Imperatorem Ludovicum fulminatis seu fulminandis ex speciali Papæ gratia subportatus Indignationem Cæsaris non incurrit. Hic duobus Eremitis, scilicet Gotfrido & Alberto ob humilem eorum devotionem, nec non intercessione dilecti ac fidelis sibi Reymari de Preubergk concessit, ut in nemore quodam apud Castrum Preubergk in pede montis Schoploch cellam duorum vel trium, & aliorum possint construere & Oratorium ædificare. Hic est locus ille, in quo nunc est Abbatia Ordinis S. Benedicti, *Unser Frauen Zell* vulgariter nuncupata. Hic quum quædam Gravamina Monasterio S. Emerani Ratisponæ inferret, Baldwinus Abbas dicti Monasterii, ad sedem Apostolicam, quæ tunc Avenione erat, appellavit, ubi diligenter causam persequens, & principaliter libertatem & exemtionem sui Monasterii, ibidem moritur & sepelitur. Cui Dominus Papa videlicet Johannes XXII. Fratrem Albertum, dicti Domini Baldwini Capellanum, qui in totâ causâ fidelis ei coadjutor extiterat, auctoritate Apostolica surrogavit, & sententiam tulit, pronuncians, dictum Monasterium S. Emerani esse liberum & ab omni jurisdictione Episcopi Ratisponensis penitus exemptum, Episcopo tamen singulis annis XXX. libras Turonensium parvorum tenetur ministrare. Hic magnam campanam, quæ B. Mariæ apud vulgus vocatur, fieri fecit, cujus superscriptio continet hunc versum:

Sanctos collaudo, tonitrus fugo, funera claudo.

Quo-

Quoniam plerumque tabulata fortia unius fcintillæ læfione ruere nofcuntur; rem geftam hujus Nicolai temporibus, prout fertur, refero. Quidam Piftor in Civitate Ratisponenfi per faltum gradus, qui vulgo *Peken-bruckh* dicitur, culpis fuis exigentibus punitus eft. Qui dum de palude egrederetur, per infolentiam cujusdam Civis in paludem retruditur: quod dum Piftor calamitofus ægrè ferret, Civis hoc, utpote gloriofus, nihili pendit. Fit igitur die quadam Presbytero cum Sacramento tranfeunte ad infirmum quendam, & Piftor Sacerdotem fequitur. Cum autem Civis ille ob Chrifti Corporis reverentiam in vico prope turrim Epifcopalis Curiæ genicularet, Piftor cum in eodem loco interfecit: & in aulam Epifcopalem fugiens, ufque ad penetralia Epifcopi, violenter à Civibus extractus, & decapitatus eft. Quod Epifcopus ægrè ferens, civitate egreffus firmavit, fe nunquam vivum, vel mortuum in Ratisponam reverfurum, quoufque de hujusmodi violentia, libertatisque fractione debita talio redderetur. Sic itaque extra civitatem moritur, & in Superiori Altach fepelitur. Dicitur, quòd poftea nullus in hujusmodi gradu five Oftillo fit punitus.

§. XXXI.

Ebtal Monafterium fundatur.

Ludovicus Imperator anno Domini MCCCXXVII. Romæ accepta Imperiali Benedictione, dum poft fplendidos ac magnos fumptus fifcus Imperialis deficeret, fuis etiam magnatibus ratione fumptuum in obfides datis, dum quadam die nimium anxiaretur, & folus in Ecclefia exiftens tractaret, quomodo ad propriam terram Bavariam poffet reverti; quidam Monachus canicie venerandus fibi aftitit, dicens: Ludovice, fi affentiri velles confilio meo, ego tibi darem confilium, mediante quo finem tuis curis imponeres. Qui refpondit dicens: Quod ejus confilio libenter acquiefceret, dummodo Deum per hoc graviter non offenderet. Ad quud Monachus: habes in terra tua locum dictum Ampherang, in quo ad honorem Dei, & gloriofæ Virginis Mariæ, Monafterium ædificabis. Ad quod Imperator: Locum hunc ignoro, & nunquam nomen ejus audivi. Ad quod Monachus dixit Imperatori: Quidam Dominus Italicus ad te veniet, petens à te libertatem fui, & fuæ terræ, qui tibi tantam dabit pecuniam, quantam poftulabis, qua habita, domum poteris reverti. Hoc audito Imperator feriofius promittit Monafterium hoc fe effe fundaturum. Tunc Monachus dedit Imperatori imaginem Virginis Mariæ factam de Alabaftro, & continuò difparuit, & nusquam ultra potuit reperiri. Accidit, ut quidam Dominus (ficut dixerat Monachus) veniret, & libertatem poftularet. Imperator autem fecundum Confilium Magnatum fuorum, centum Millia florenorum poftulabat. Quæ Dominus ifte libenter dabat, infuper Imperatrici L. Millia florenorum propinavit, & ad Cancellarium duo Millia florenorum. Ex hinc dicitur ortum proverbium: Quod centum Millia florenorum maxima fit fumma, quam fciat Bavarus, five Teutonicus poftulare. Imperatore igitur ad terram fuam reverfo, locus Ampherang in quadam denfa fylva, ubi à Vefpillonibus plurima homicidia fiebant, à venatore monftratur, & Monafterium ibidem (prout Imperator voverat) fundatur, & Ethal nomen imponitur. in quo adhuc imago Virginis Gloriofæ (cujus fuperius mentio eft facta) monftratur. Ponitur primus lapis ab Imperatore, anno Domini MCCCXXX. in die S. Vitalis Martyris. Fit itaque ibidem Abbatia Ordinis S. Benedicti, cum viginti duabus perfonis. Et primus Abbas de Reichenbach recipitur nomine Fridericus Heinrichsreutter. Inftituitur etiam ibidem Manfio XXII. militibus, & uxoribus eorundem, & fex viduis, quibus dabatur Præbenda, ficut & Monachis. Et duravit hoc Imperatore vivente: quo defuncto filii fui bona, quæ Pater dederat, fibi ufurpaverunt: propter quod milites ibidem effe defierunt, & Monafterium multùm attenuatum eft.

Hic Ludovicus Dux Bavariæ lites cum civitate Ratispona habuit, quam quum per multos annos expugnare non poffet, tandem cum fcitu & juvamine quorundam Civium etiam potentium; utpote confulum in Domo Ducum Bavariæ foramen fub terra fecit, ipfe laborando ab extra, civibus juvantibus ab intra, intendens per hoc foramen civitatem intrare, & eam obtinere, fed fruftra. Nam ea die, qua per foramen femper duo & duo civitatem intrare debuerant, foramen hoc inventum fuit. In cujus rei fignum in loco eodem lapis muro impofitus eft, continens infcriptionem quæ fequitur:

Anno Domini MCCCXXXVII. *deß Eritags vor S. Urbanstag, ward das Loch gefunden, und zween darinn gefangen, die das Loch gruben: und wurden deß nechften Eritags darnach in die Zinnen gehangen.*

Hic Ludovicus, antequam cum Fratre fuo Rudolfo regnaret, Monafterium Auguftinenfium in Monaco fundavit. Hic etiam Ludovicus fundavit Monafterium Windespach, locavitque ibidem Fratres de Ordine S. Wilhelmi prope Caftrum Fürftenberg.

Hic etiam Ludovicus Imperator, & Pater suus Ludovicus Dux Bavariæ dicuntur esse fundatores Monasterii Sanctimonialium in Pettendorf, Ordinis Prædicatorum.

§. XXXII.

Monasterium Carmelitarum.

Anno Domini MCCCLXVII. Albertus Stainhauf, Civis & Præpositus Dominorum de Capitulo Augustinensi in Straubing, accedente assensu Alberti Ducis filii Ludovici Imperatoris, in arena sua dictæ Civitatis Claustrum Fratrum Carmelitarum fundavit. Hujus prædicti Alberti filius, nomine Albertus ibidem in medio Chori est tumulatus.

§. XXXIII.

De Monasterio Can. Reg. in Langenzend.

Sigismundus Rex Marchionatum Brandenburgensem, quem ex obitu Patrui sui Jodoci hæreditario jure habebat, Friderico Burggravio Nurinbergensi, & suis hæredibus contulit perpetuò possidendum. Hic Fridericus Burggravius adhuc regnante Ruperto Romanorum Rege in Ecclesia Parochiali oppidi in Langenzend, quæ jure collationis ad eum pertinebat, Monasterium Canonicorum Regularium instituit.


Item ipse Rex Sigismundus anno primo post Concilium Constantiense, qui est MCCCCXVIII. circa Festum Martini per Ratisponam in Ungariam descendens ex concessione Martini Papæ V. decimam redituum & fructuum à clero per Alemanniam accepit.

§. XXXIV.

De Monasterio Montisgratiæ.

Anno Domini MCCCCXXVI. quarto nonas Martii obiit Catharina Ducissa Pomeranorum Uxor Johannis Ducis Bavariæ, filii Ruperti Regis in Newmarck tumulata. Hæc est fundatrix Monasterii Montisgratiæ, * de Ordine Salvatoris, qui & S. Brigittæ dicitur, non multùm inde distantis.

* Gnadeberg.



ORIGI-

ORIGINES
CARTHUSIANORUM
MONASTERIORUM
PER
ORBEM UNIVERSUM,

AUBERTUS MIRÆUS
BRUXELL. CANONICUS ET SCHOLASTICUS.
ANTVERP. ERUENDO
PUBLICABAT
Anno M. DC. IX.

Reverendo in Christo Patri D. Herculi Winckelio, Bruxellensi, ejusdem Urbis Carthusiæ Priori Vigilantissimo, ac Teutonicæ Provinciæ Visitatori dignissimo,

Do Dico Consecro.

Non diu, nec ancipiti animo, deliberandum mihi fuit, Vir Reverende, cui munusculum hoc meum offerrem: tibi debebatur. Argumentum specto? Tui instituti res est; & tu inter sacri hujus Ordinis Antistites pietate, doctrinâ, modestiâ emines. Jure igitur meritissimo, hoc quidquid est, tuæ censuræ submittimus. Quid quod hoc ipsum propriè est tuum? Cœnobiorum namque Catalogum, quem damus, ex Cartusiæ vestræ Bibliotheca accepimus; unà cum Petri Dorlandi Chronico, sive Corona Cartusiana, ut auctor ipse nuncupat, atque indigitat. Quod quidem viri eruditi juxta ac pii scriptum statueram pariter, publico Ecclesiæ bono, typis evulgare; nisi me vir optimus P. Theodorus Petrejus, Cartusiæ Coloniensis alumnus pro suo in sacram vestram familiam studio, prævenisset. Habebunt itaque in posterum, quod de sui instituti initiis ac progressu Sodales vestri legant, alii æmulentur.

Sic & Joannem Baptistam Signium, Bononiensem, itemque Arnoldum Buscium, Sodalem Windesemensem, Canonici Augustiniani; Joannem Trittenhemium & Arnoldum Wionum, Duacensem, Benedictini; Parisiensem S. Martini Campensis Monachum Cluniacenses; Scriptorem anonymum, typisque nondum editum Cistercienses; Servatium Lairuelsium, Hannonem, S. Mariæ ad nemus in Lotharingia Abbatem, Præmonstratenses; Trittenhemium, Joannem Gerbrandum, Leidanum Batavum, & Petrum Lucium, Bruxellensem, Carmelitæ; Josephum Pamphilum, Episcopum Signinum, & Antonium Goveam, Priorem in India orientali Goanum, Augustiniani eremitæ; Antonium Senensem, Ferdinandum Castillum, & qui Bruxellis, Duaci & alibi M. S. exstat, lucémque meretur publicam, Geraldum Lemovicensem, Dominicani; Franciscum Gonzagam, Episcopum Mantuanum; Henricum Willotium, Belgam, aliósque Franciscani suorum primordiorum ac progressuum nacti sunt præcones. Sic & Basilianos, Camaldulenses, Cœlestinos, Crucigeros, Hieronymianos, Jesuatos, Valli-Scholares, Servos B. Mariæ, Olivetanos, Trinitarios, & alios religiosorum hominum cœtus, Sabellicus, Volaterranus, Polydorus Vergilius, Paulus Morisus, Renatus Choppinus, Hieronymus Platus, Thomas Bozius, & alii suis scriptis commendarunt.

Nec solus vobis præco Dorlandus obtigit. Habuistis & Petrum Sutorem, Cartusianorum olim Parisiensium Priorem, Henricum Calcariensem, Priorem Coloniensem, & Arnoldum Bostium, Carmelitam Gandensem, optimè de religiosa vestra familia meritos. Quorum quidem posterior Coloniæ apud præfatum P. Theodorum Petreium adservatur; dignus profectò, qui in lucem adspectúmque proferatur.

Sed hæc vestris curæ erunt, scio. Tu interim Reverende in Christo Pater, qualecumque hoc munus benigno vultu accipe, & conatum nostrum adfectus, erga Sacrum vestrum Ordinem jam inde à primis annis mihi innati, titulo excusa, vel, quod malim, ama; æquum siquidem, ut quibus idem est natale solum, illis & eadem sit animorum conjunctio, mutuúsque amor. Sunt quidem, fateor, multorum cœnobiorum exordia nobis nondum cognita: Sed curis secundis, aliorúmque industria aliquid hîc fuit relinquendum. Et verò, quod M. Varro ait, ut in bona segete neque nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum; ita nemo est reprehensus, qui è segete ad spicilegium reliquit stipulam. In quo desino, & majorem in modum rogo, ut nostri, dum facis, sis memor. Antverpiæ, Kalend. Decemb. CIƆ. IƆC. IIX.

AUBERTUS MIRÆUS,
Bruxell. Canonicus & Scholarcha Antverp.



Elogia Ordinis Cartusiani.

Laurentius Leodicensis, in Historia Episcoporum Virdunensium, quæ apud me exstat M. S. floruit is anno 1190.

Cartusiensis religio, mundo hactenus inaudita, de Sanctissima Schola Reverendissimi Brunonis processit, quæ in carne extra carnem, insolito mortalibus more, vivendo, angelos in terra, Joannem Baptistam & Paulum eremitam in deserto nobis hodie repræsentat: ut meritò hanc religionem florem mundi nomines, ut hanc esse animal simile aquilæ in cœlum volanti, jure pronunties.

Jacobus de Vitriaco S. R. E. Cardinalis.

Cartusianæ religionis rigor districtionis, & districtio rigoris, tanquam fornax Spiritus Sancti aurum purgans, & Scoriam ex argento separans, falsos fratres diu retinere non potest. Unde cella comparatur mari, quod morticinum, quantucyus poterit, projicit.

Franciscus Petrarcha, vixit anno 1350.

Ordo Cartusiensis est, quem nemo deceptus, nemo invitus intrat, in quo nullus perseverare fictus potest.

Ex Historia Vitæ S. Brunonis, apud Laurentium Surium.

Cartusianus Ordo hodiéque præ cæteris (quod tamen, pace omnium, dictum volumus) priscum illum rigorem suum retinere videtur.

Plura Sacri Cartusiensis Ordinis Elogia, vide in principio Catalogi Scriptorum illustrium, seu Bibliotheca Carthusiana, quam nuper apud Antonium Hierathium, celebrem Ubiorum typographum edidit Pater Theodorus Petrejus, ejusdem ibidem instituti alumnus, atque in talibus eruendis cumprimis sedulus.



ORIGINES
CARTUSIANORUM MONASTERIORUM.
CAPUT I.
Provincia Gebennensis.

1. Cartusia Major, sita est in monte, densas inter silvas, apud Gratianopolim, in Delphinatu, Regni Galliæ Provincia. Eum locum, donante S. Hugone Episcopo Gratianopolitano, incolere cæpit S. Bruno, cum Sodalibus suis anno Dom. MLXXXIV. ùt in historia vitæ ejus legitur, apud Laur. Surium, die 6. Octobris.

Hujus loci Prior sive Præfectus, totius Ordinis Cartusiani Princeps est, atque antesignanus. Ibidem Generales ordinis conventus quotannis celebrari solent.

2. Domus sive Monasterium Valonis.
3. Domus Angionis.
4. Repausatorium.
5. Vallis S. Hugonis.
6. Domus Allionis.
7. Pomerium.
8. Domus S. Spiritus, apud Lugdunum, Galliæ emporium, ad Rhodanum fluvium.
9. Vallis Sancta.

10. Cale-

10. Calesium.
11. Pars Dei.
12. Sanctus Locus de Lancea.
13. Domus sive Vallis Virtutum. Catalogus M. S. Bruxellensis, & Petrus Sutor Lib. 2. Tract. 3. cap. 7, notant hoc Monasterium fuisse situm in Scotia.
14. Melanense Cœnobium, vulgò Melam, est Monialium.
15. Domus Correriæ, est unita Majori Cartusiæ.

CAPUT II.

Provincia Comitatus Provinciæ, in tractu Massiliensi.

1. Domus Dorbonis, aut D' Urbonis.
2. Mons rivi.
3. Vallis S. Mariæ.
4. Vernense Monasterium, vulgò Verne.
5. Vallis Benedictionis.
6. Vallis Bona.
7. Domus Boni Passus.
8. Pratum Molle, Monialium.
9. Domus Bertrandi, itidem Monialium, est unita domui Durbonis.

CAPUT III.

Provincia Aquitaniæ.

1. Domus Bonæ Fidei.
2. Glanderium.
3. Portus B. Mariæ.
4. Domus S. Crucis, in Jaresio.
5. Vallis Clara.
6. Domus Belli Visus, apud Castras.
7. Domus S. Salvatoris, apud Villam-Francam.
8. Cadurcense Monasterium, Albiæ Cadurcorum situm, primitus Templum equites tenuerunt: Sed iis profligatis, ad Cartusianos id transtulit Joannes XXII. Pont. Max. ante Pontificatum Episcopus Cadurcorum: uti Franciscus Petrarcha, in Epistol. ad Sagramorum Equitem & Monachum, & ex eo Renatus Choppinus, Monasticon Lib. 2. Tit. 1.

CAPUT IV.

Provincia Cataloniæ.

1. Scala Dei, Diœcesis Tarraconensis.
2. Porta Cœli, in Regno Valentiæ, est fundata ab Andrea Albalato, Archiepiscopo Valentino, & Collegio Canonicorum ejus urbis.
3. Mons Hilaris B. Mariæ, vulgò Montioly, distat secundo milliari à Barcinone, urbe celebri.
4. Vallis Jesu Christi, amæno ad flumen loco est sita, secundo lapide à Cæsar augusta. Insignis hoc loco Bibliotheca, libris optimis instructa visitur.
5. Domus Jesu Nazareni, in Majorica Insula, quæ inter Baleares Insulas est maxima.

CAPUT V.

Provincia Castellæ.

1. Domus B. Mariæ de Paulari. Apud Segobiam Castellæ urbem, lanarum artificio celebrem, haud longè à pago Rascafria, Cartusianorum domicilium, cui Paulari nomen est, ipso ædificii splendore, copiis, & loci Sanctitate in Hispania celeberrimum, Joannes I. Castellæ Rex impensâ suâ excitavit. Obiit Is anno M. CCC. XC.
2. Hispalensis Cartusia, Hispanicè las Cuebas, B. Virgini Matri Sacra, loco amænissimo, ad Bætim fluvium sita est, haud longè à muris urbis vulgò Sevilla dicitur, Hispalensis;

lensis; quæ nobilissimum est emporium, & mercium Indiæ occidentalis receptaculum longè amplissimum. Hoc in Monasterio spectantur sepulchra Ducum Alcalæ; quibus & dotem suam, ni fallor, debet acceptam.

3. Anajensis Cartusia, B. Virgini pariter sacra, vulgò de Anaye, ad Durium fluvium, haud longè à Tordesilla urbe.

4. Domus S. Mariæ de Miraflores, non procul Burgensi urbe, exstructa est à Joanne II. Castellæ Rege, qui ibidem cum conjuge sua conditus jacet.

5. Domus Defensionis B. Mariæ, apud Xerecium.

6. Domus Conceptionis B. Mariæ, de Castella.

7. Scala Dei, in Portugalia.

8. Aula Dei, in Portugalia. Ex his altera apud Olisiponem, Lusitaniæ seu Portugaliæ Metropolim est sita.

9. Domus Nostræ Dominæ de Gratia, in Diœcesi Hispalensi, amplissimis vectigalibus dotata, Guadaletæ fluvio adjacet.

10. Domus S. Mariæ de Fontibus, in Diœcesi, sic dicta ab ubertate fontium, quibus abundat.

11. Cartusia Granatensis, filia Paularensis Monasterii. Eam namque fundatam ab ipsis Paularensibus lego.

CAPUT VI.

Provincia Burgundiæ.

1. Domus Portarum; fundata est temporibus S. Bernardi Abbatis Claræ-Vallis: quod patet ex Petro Sutore lib. 2. de vita Cartusiana, tract. 3. cap. 5. & ex Dorlandi Chronico, lib. 4. cap. 9.

2. Arveriæ.

3. Silva Benedicta.

4. Vallis-Clusa.

5. Monasterium Majorevi. Quod unum esse ex antiquissimis Ordinis Cœnobiis constat ex epistola 25. lib. 6. Petri Cluniacensis Abbatis, qui vixit tempore D. Bernardi Claraevallensis.

6. Monasterium Sellionis.

7. Bonus locus, tribus milliaribus à Salmis.

8. Monasterium Montis Merulæ.

9. Siligniacum, in Sabaudia.

10. Petricastrensis, sive Petri Castellensis Cartusia, apud Sabaudos notissima. Est ea fundata ab Amadeo, eo nomine sexto Sabaudiæ Comite: qui & Ordinem Equitum Annunciationis Angelicæ instituit. Pro cujus Sodalitii Equitum salute, perpetuæ ad Deum preces in ista Cartusia funduntur. Obiit autem Amadeus, anno 1383. cum Allobrogibus annos XI. præfuisset.

11. Poletense Monasterium Virginum.

12. Saletarum itidem monialium.

CAPUT VII.

Provincia Franciæ.

1. Vallis Dei, fundatorem agnoscit Rotrodum Pertiei Comitem: teste Petro Sutore, lib. 1. de vita Cartusiana, tract. 3. cap. 2. pag. 65.

2. Lwigniacum.

3. Ligetum.

4. Apponiacum.

5. Domus Belli-Larici.

6. Vallis S. Georgii.

7. Parcum, in Diœcesi Cenomanensi. Fundum exstruendo Monasterio dedit Virgo quædam inclyta, ex nobilissima Alenconiorum familia; ædificia verò B. Gaufridus Cenomanensis Episcopus, ibidem sepultus excitavit: teste Sutore lib. 2. tract. 3. cap. 6.

8. Vallis Viridis, apud Lutetiam Parisiorum, à S. Ludovico Francorum Rege ejus nominis Nono, excitata est in fundo Palatii olim regii, quod Vauvertum nuncupabant: teste Francisco Belleforestio, in sua Cosmographia & Petro Sutore, citato loco. Spectantur in hoc Cœnobio plurimi tumuli procerum, cùm Sacri tum profani ordinis. Solent

lent & loci ejus Monachi erga pauperculum vulgus hominum, Suburbana Lutetia incolentium esse liberalissimi.

9. Bassa-Villa.

10. Vallis Profunda.

11. Fons B. Mariæ:

12. Fontanetum, apud Belnense oppidum, Ducatus Burgundiæ, ab Guidone Burgundiæ Duce ann. 1332. est institutum ac dotatum: teste Belleforestio citato libro. Hujus tractus vina, vulgò Belnensia nuncupata, apud Francos & Belgas, ob præstantiam, maximo sunt in pretio.

13. Domus B. Mariæ de Pratea, apud Trecas, Campaniæ urbem.

14. Domus S. Trinitatis, apud Divionem Ducatus Burgundiæ Metropolim. Hoc Monasterium Philippus Audax, Burgundiæ Dux, & Flandriæ, per conjugium cum Margarita, unica Ludovici Malani filia, contractum, Comes à fundamentis suo ære excitavit. Cujus itémque filii Joannis Divionensis, & Nepotis Philippi Boni, ex ordine Ducum Burgundiæ, tumuli ibidem marmorei visuntur.

15. Domus Rosæ Nostræ Dominæ, apud Rotomagum, Normanniæ emporium.

16. Domus SS. Rogatiani & Donatiani, apud Nannetes, in Britannia Armorica, quam hodie Minorem nuncupant.

17. Campus S. Michaelis D'Auray.

18. Domus Bonæ Spei, apud Gallionem.

CAPUT VIII.

Provincia Picardiæ.

1. Mons Dei, ad quos D. Bernardus celebrem illam de vita solitaria scripsit epistolam.

2. Vallis S. Petri.

3. Domus S. Mariæ de Maeort, in urbe Valencenarum, apud Hannones.

4. Vallis S. Aldegundis, apud Audomaropolim, Artesiæ urbem. Hujus auctor extitit Joannes à S. Aldegunde, Norcarmæ Dominus, an. 1198.

5. Domus S. Honorati, apud Abbatis-Villam, Picardiæ oppidum.

6. Mons S. Ludovici, apud Noviomum, Picardiæ urbem Episcopalem. Hujus Cœnobii exordium ac dotatio debetur Philippo Galliæ Regi, S. Ludovici Regis filio; ut in sua Cosmographia testatur Belleforestius.

7. Vallis S. Spiritus, apud Gosnaium, haud longè à Bethunia, Artesiorum oppido. Hoc Monasterium, cum Xenodochio vicino, suo ære excitavit, ac vectigalibus annuis donavit Theodericus Herissonius, ex Præposito Aëriensi Episcopus Atrebatensis, qui anno 1328. moriens, ibidem in odeio est conditus.

8. Domus B. Mariæ de Prates, apud Monstrolium oppidum Picardiæ, in finibus Regni Galliæ. De cujus fundatore consule Chronicon Dorlandi, lib. 6. cap. 28.

9. Mons S. Andreæ, apud Tornacum, veterem Nerviorum sedem. De cujus Monasterii initiis idem Dorlandus in Chron. lib. 6. cap. 27.

10. Mons S. Mariæ, Cœnobium Monialium, apud Bethuniam in Artesia.

CAPUT IX.

Provincia Belgii, seu Germaniæ Inferioris.

1. Capella B. Mariæ, apud Angianum Hannoniæ oppidum. Quæ quam præstantes olim doctrina ac pietate Viros produxerit, consule Dorlandum, lib. 7. Chron. cap. 25. & sequentibus. Quin etiamnum hoc tempore Priorem habet admodum insignem P. Adrianum Durpium, Provinciæ istius, ut vocant, Convisitatorem.

2. Vallis Gratiæ, apud Brugas, Flandriæ olim emporium, toto orbe notissimum, fundata est anno M.CCC.XVIII. teste Jacobo Meyero in Annalibus Flandriæ. Huic nunc præest V. P. Gisbertus Bouhuissius, vir pietate ac humanitate suspiciendus.

3. Domus S. Catharinæ, in Lirano Brabantiæ oppido. Stetit hoc Monasterium olim ad muros urbis Antverpiensis; eo fere loco, quo nunc arx visitur, à Ferdinando Alvaro, Albæ Duce, Belgisque Gubernatore, an. 1567. excitata. Sed bello Geldro-Gallico, cui Martinus Rossemius contra Carolum V. Imp. præfuit, cum Antverpiana ædificia in cineres concidissent, Monachi novum Liræ Cœnobium exædificarunt. Cæterum Cartusiæ Antverpianæ dotator primarius fuit Gratianus, Belgicæ Dancardus Molenerius, Civis Antverpiensis; vir admodum dives, de quo fusè Dorlandus in Chron. lib. 6. c. 50. p. 372.

4. Silvæ S. Martini, apud Gerardi-Montem, Flandriæ oppidum.

5. Domus Montis S. Gertrudis, apud ejusdem nominis quidem, in Hollandiæ & Brabantiæ confinibus situm, conditorem agnoscit Guilielmum Duvevordium, nobilissima apud Batavos familiâ natum, & Osterhouti dominum. Floruit is an. XI. 1353. fuitque in magna apud Belgarum Principes gratia. Idem cum liberis careret, opes suas in alterius insuper Monasterii ædificationem piissimè impendit: quod est monialium Ordinis S. Claræ, olim extra muros urbis Bruxell., nunc intra muros situm, eo ipso loco, quo Fratres Hieronymiani, Patrum Memoriâ, Cœnobium & Gymnasium habuerunt. Cæterùm Duvevordius in veteri isto S. Claræ Monasterio, extra muros urbis, honorificè conditus fuit: cujus tumulum, unà cum Monasterio, civilia apud nos bella exsciderunt.

6. Domus S. Mariæ, vulgò *Monikhuyssen*, apud Arnhemum, Geldriæ Metropolim. Cœnobium illud condidere Rainaldus I. Geldriæ Dux, & Uxor ejus Eleonora, Eduardi Angliæ Regis filia: teste Henrico Aquilio, in Geldriæ Chron. Caussam fundationis lege apud Dorlandum in Chronico Carthusiano, lib. 6. cap. 22. pag. 354.

Obiit autem Rainaldus an. 1343. cùm annis XVII. præfuisset. Fuit hoc Monasterium multorum olim Geldriæ Ducum tumulis nobile; quos Calviniana rabies, pro Sectæ ingenio, nostra ætate violavit, funditúsque excidit.

7. Mons S. Joannis Baptistæ, in Zelemensi vico, apud Distemium Brabantiæ oppidum. Hujus Cœnobii anno Christi M. CCC. XXVIII. Auctor fuit Gerardus Toparcha Diestensis, & Castellanus Antverpiensis, ejusque conjux Joanna à Flandria, Comitis Lossensis filia. Hic vixit & obiit anno Christi 1507. ætatis 53. Petrus Dorlandus, qui præter Chronicon Cartusianum, multa alia scripsit Ecclesiæ utilia: uti videre licet in Bibliotheca Cartus. F. Theodori Petrei, Cartusiani. Moderatur nunc hanc eandem Cartusiam P. Theodorus Stunwickius, natione Batavus, singularis industriæ ac pietatis Vir.

8. Vallis Regalis, apud Gandavum, Flandriæ urbem primariam, & maximam. Quæ quidem Domus primùm cœpta est construi anno Dom. M. CCC. XX. Incorporata verò est Ordini anno istius Seculi XXVIII. Quo tempore extitit Can. quidam Ecclesiæ S. Donationi Brugis, D. Willebaerd, qui suo ære locum illum, ubi Cartusia constructa est, cum à vicinis aliquot prædiis, comparavit. Quæ deinde Ludovicus Flandriæ Comes cum Uxore sua ac filio ab omni servitio ac debito exemit. Itaque hi fuere quasi primi Cartusiæ hujus fundatores. Fuit autem primus hujus loci Prior Michael Cœlian, qui cum esset in Seculo magnarum opum vir, ac præditus, amore solitudinis accensus, mundo nuntium remisit, plurimâque e sua substantia domui contulit. Cui demortuo successit Joannes N. Post quem D. Guilielmus de Warnewyck regimen suscepit, nepos nimirum generosi ac nobilis viri D. Guilielmi de Warnewick. Qui cum non haberet liberos, in gratiam nepotis sui, omnium bonorum suorum immobilium, quæ in Hasselt (est hoc insigne prædium haud procul à Gandavo) sita sunt, Cartusianos Gandenses constituit hæredes: permotus, ut fertur, instinctu divino: occasione nimirum virtutis, humilitatis & patientiæ laici cujusdam istius ejusdem Conventus, ex eorum genere quos Conversos nuncupant. Qui cùm quodam tempore spicas legeret, & fortè in proximè adjacentem agrum, qui prædicti nobilis erat, imprudens incidisset, illicque quasi in Conventus sui fundo, nonnullas colligere aristas inciperet, Warnewickius id conspicatus, indignabundus actutum accurrit, homini que insignem alapam infregit. Qui id patientissimè tolerans, veniam insuper demissè precatur: ignosci sibi postulans, quod inscius peccasset. Quo patientiæ exemplo ita commotus est animus Generosi viri, ut insequenti nocte somnum haud quamquam eapere potuerit, correptus nimirum horrore quodam terribili, adeo ut se ilico expiraturum crederet. Unde prima aurora Cartusiam adiens, Priorem interpellat, exponit quid pridie cum laico crudeliter egerit, atque in pœnitudinis signum terras suas omnes Ordini suapte sponte offert.

Dein erat & aliud quoddam prædium, Monasterio propinquum, & domicilium alterius cujusdam viri nobilis, qui dum intempestæ noctis silentio cum uxore in lecto decumberet, atque inde Cartusianorum fratrum cantum (erat enim illorum Ecclesia vicina admodum) exaudiret, singulari in Deum amore inflammatus: *En*, inquit ad uxorem, *quam alacriter boni isti religiosi divinas concinunt laudes, veluti Angeli quidam cœlestes; cùm interim nos molli decubantes lecto, otiosi conquiescimus. Quidni prædium hoc nostrum viris istis religiosis, cœlestem in terris vitam degentibus, offerimus: quatenus aliquando nos secum recipiant in æterna tabernacula, cùm sint Cives Sanctorum, & domestici Dei!* Dictum, factum. Neque hic stetit res, quin & Gandavensis Magistratus piâ conventualium conversatione inflammatus, ex ærario suo tres ibidem construxit cellas, & complures alii utriusque sexus possessiones suas, agros, ac prædia, in Monasterii ejusdem usum libentes contulerunt.

Floruere autem in insigni hoc Cœnobio duo præstantis eruditionis viri, quorum unus fuit Goswinus de Becka, qui anno Domini M. CCCC. XVII. Priorem ibidem egit, ac primarium Provinciæ Visitatorem; de quo latius in Cartusi. legitur Bibliotheca. Alter verò Guilielmus Bibautius: qui cum esset istius loci Alumnus ac Præfectus, magnáque

que polleret rerum agendarum prudentia, tandem anno Domini M. D. XXI. in totius Ordinis Generalem eſt cooptatus. Verùm eheu in iſta miſeranda Belgii clade, quæ anno poſt Chriſtum M. D. LXVI. atrociter deſæviit, celeberrima hæc Cartuſia rebus fere omnibus ab hæreticis ſpoliata eſt, ac tandem etiam anno M. D. LXXVI. tum ab his tum ab illis uſque adeo in cinerem redacta, ut modo vix ullum veteris ædificii extet monumentum. Quæ res Superiores impulit, ut anno M. D. LXXX. in ipſa Gandenſi urbe quietiorem commorandi locum à Senatu expetierint, impetraverintque. Qui quidem novo indito nomine, Domus S. Brun. in Heremo, hoc tempore vocitatur. Cujus novum ambitum, ſeu clauſtrum majus, cellásque, ad formam Ordinis P. N. Arnoldus Hauenſius, modernus Cartuſiæ Prior, coaptare ſtudet: Vir nimirum, de quo ignores, doctiorne ſit, an humilior; morum gravitate præſtantior, an animi tranquillitate hilarior: certat enim ſingularis illius prudentia cum admiranda ſimplicitate, fervor orationis cum operibus charitatis: adeo ut & bene faciendi ſtudio, & ſcriptionis laude exteris etiam, amori ſit ac honori.

9. Domus Omnium Apoſtolorum, apud Leodicum, inſignem Eburonum Urbem, in Monte Cornelio, initia ſua debet Engelberto de Marca XLVII. iſtius loci Epiſcopo, nec non & opulentiſſimo Civi Joanni de Brabantia, Scabino Leodicenſi, qui ampliſſimos huic Monaſterio redditus annuatim adſignavit. Cujus fundamenta jacta ſunt circa annum Domini M. CCC. LVII. cæptque Ordini incorporari 4. anno poſt. Nam in Capit. Generali, ſub P. Helifario (fuit hic XXIII. Generalis, obiitque anno M. CCC. LXVII.) Majori in Cartuſia an. M. CCC. LX. celebrato, primus Conventui huic Prior adſignatus eſt P. Bertrandus profeſſus Cartuſiæ Pariſienſis. Quo cum tres alii ex Majori Cartuſia ſimul miſſi fuere. Quorum primus vocabatur Bartholomæus, profeſſus nimirum Domus Arnhemienſis; Alter, Joannes militis; Tertius, Adamus N. uterque filius Abbatis Villæ in Picardia.

De Fundatione Domus Leodicenſis Chron. Dorlandi lib. 6. cap. 30. pag. 370.

Vixere autem hoc in loco primitus Canonici Regul. Ordinis Præmonſtratenſis, qui nunc intra muros Urbis Leodicenſis degunt, in loco quem Bellum reditum nuncupant. Cæterum in Cartuſia Leodicenſi eſt inſignis Bibliotheca, vetuſtis Manuſcriptis Codicibus belle inſtructa. Quam, cùm ante biennium illic eſſemus, non ſine fructu perluſtravimus: atque inter cætera vidimus Manuſcripta opera omnia Jacobi Vitriaci Cardinalis, tomis aliquot comprehenſa: præeſtque huic loco D. Joannes Stelant, Vir tum morum gravitate, tum ingenii acumine ſuſpiciendus.

10. Domus Novæ Lucis S. Salvatoris, apud Ultrajectum, urbem apud Batavos Archiepiſcopali Cathedra illuſtratam. Ex monumentis iſtius loci mihi conſtat An. M. CCC. XCII. Suedorum, Gasbecæ, Putti, & Stryæ Dominum, agros ampliſſimos in Aryenſi tractu, loci hujus Monachis contuliſſe: Alberto Hollandiæ, Zelandiæque Comite, ac filio ejus natu Majore Guilielmo adprobantibus. Porrò Monaſterii hujus ruinæ vix hac tempeſtate viſuntur amplius; adeo ſæva Calvini rabies Deo dicata domicilia è medio ſuſtulit.

11. Portus Salutis S. Andreæ, apud Amſtelredamum, Hollandiæ emporium, mercatu potius quam religione celebre.

12. Mons Sion, apud Zirizæam, Zelandiæ oppidum: cujus ne ruinæ quidem hac tempeſtate exſtant.

13. Domus Noſtræ Dominæ de Gratia, olim extra Bruxellam, Brabantiæ urbem regiam, loco peramæno ſita, ſed bellis iſtis civilibus funditus everſa. Noſtra autem memoria eſt intra muros Urbis magnificè ædificata, magiſque indies adſurgit ſtudio & induſtria Rev. P. Domini Herculis Winckelii, loci iſtius vigilantiſſimi Prioris, totiusque Provinciæ Viſitatoris integerrimi. Porrò Monaſterio Sacellum adhæret, D. Virginis cultu celebre, quod ingenti ſecularium hominum frequentia viſitur.

14. Monaſterium S. Bartholomæi, apud Delfos Hollandiæ oppidum, nunc in cineres flammáſque redactum.

15. Domus S. Sophiæ, apud Sylvam Ducis, Brabantiæ Urbem, militari populo nobilem. Ad cujus Monaſterii Conſtructionem cùm D. Ludolphus van Wæter, Buſcoducenſis Eccleſiæ Canonicus, aliique nonnulli Cives diverſas contuliſſent eleemoſynas, licet inſufficientes, tandem ſtrenuus miles, ac Generoſus D. Arnoldus de Herlaer, & D. Adelheidis Picks ejus Uxor, ambo natione Sicambri, liberali ſua donatione id effecere, ut in loco qui Vucht etiamnum dicitur, haud procul ab Urbe Cœnobium in honorem templi Conſtantinopolitani, S. Sophiæ, recenter tunc à Turcis occupati ac prophanati, conderetur. Verum enim verò, quia ad talem Monaſterii erectionem conſenſus Ducis Brabantiæ neceſſario requirebatur, hinc placuit Seren. Burg., juxta ac Brabantiæ Duci Carolo Audaci; per patentes literas anno 1471. in ejusdem erectionem conſentire, & ſemet-

femetipfum principalem loci benefactorem ultro offerre. Cujus tamen infelici atque immaturo interitu plus fpei quàm rei Cartufiani Patres confecuti funt. Porro I. loci hujus moderator feu Rector fuit eximius ille Extaticus Doctor, Dionyfius Rickelius. Cui fucceffit Joannes de Monte. Præfuit etiam ifti loco anno Domini 1480. Henricus, cognomento Prudens, qui ibidem fatis conceffit anno 1484. Quo de in Bibliotheca Cartufiana agitur. Eft ergo hæc Cartufia fundata, atque Ordini incorporata circa annum Dom. 1466. nunc verò in urbem translata. Primatem habens P. Michaelem Genzema, antiquæ virtutis ac fidei virum.

16. Domus S. Martini, in Monte Solis, apud Campos infignem Tranfifelaniæ urbem, nunc penitus quoque eft diruta, atque ex fundamento excifa, nedum eruderata. Adeo ut poftremus loci iftius Prior Arnoldus N. rebus adhuc mediocriter florentibus, non fine veri præfenfione, ac quodam divini numinis afflatu, paulo ante obitum lecto circumftantes identidem interpellaverit; ut duplo profundius in terram eum defoderent, quàm communis habet confuetudo. Futurum enim, ut demortua religioforum fratrum corpora, etiam vomere tandem aliquando profcinderentur. Quod vaticinium equidem, feu præfenfionem, rei probavit eventus. Sunt namque Saxa Sepulchralia in urbem translata, Sanctiffimorum Patrum monumenta violata, pietatis domicilia everfa, ipfúmque fufpiciendæ pulchritudinis templum, non minus quàm cæmeterium in Cereris ufum redactum.

17. Monafterium S. Mariæ Magdalenæ fub Cruce, in Urbe Lovanienfi, ædificari cæptum eft an. 1489. Varii variis cellas dederunt: inter eos eminet Joannes Overhovius, Antverpienfis, Naffoviæ Gentis Quæftor; Margarita, Eduardi Angliæ Regis Soror, Caroli Audacis, Burgundiæ Brabantiæque Ducis vidua, & Maria Magdalena Hamalia, vidua item Guilielmi Croy, Marchionis Arfchotani; quæ & Heverlenfe Cœleftinorum, extra muros Lovanienfes Cœnobium, à marito inchoatum perfecit. Cæterum in Cartufia Lovanienfi, fpectabilis eft porticus, magnitudine & opere; nec aliam facilè invenies huic comparandam. Lege Jufti Lipfii Lovanium lib. 2. cap. 17. Priorem nunc agnofcit Uckovium quendam, qui magna cum laude illic præeft.

18. Domus S. Annæ, apud Brugas Flandriæ Urbem, mercatu olim nobiliffimam. Iftud Monialium Cœnobium an. Chrifti 1363. fuo ære exædificandum curavit Balduinus Voffius, ditiffimus Mercator Brugenfis: teftibus Meyero in Annalibus Flandriæ, & Dorlando in Chronico, lib. 6. cap. 33. p. 376. Quorum pofterior addit, Balduini filiam Mariam hic Prioriffæ, ut vocant, munus laudabiliter obiviffe.

19. Domus Mechlinienfis, in qua hac tempeftate degunt Patres aliquot Angli, extorres è Solo Patrio, viri nimirum eximiè Pii: quibus Rex Hifpaniarum de neceffariis annuatim providet.

CAPUT X.

Provincia Angliæ.

1. Monafterium Withamenfe.
2. Locus Dei Hentonienfis.
3. Bella Vallis, apud Nothingam.
4. Monafterium Salutationis B. Mariæ, apud Londinum, Regni Angliæ Metropolim. Fundavit id anno 1371. Gualterus Mainius, Belga, Patria Cameracenfis: quem ob fidelem operam militarem in Vafconia adverfus Gallos præftitam, Eduardus III. Angliæ Rex, Garterii, ut vocant, Ordinis Equitem creavit.

De Cartufianis Londinenfibus ab Henrico VIII. Angliæ Rege, ob conftantem religionis orthodoxæ profeffionem, varii ampliffimè fcripferunt: ad quos Lectorem remittimus. Maximè verò ad hiftoricam relationem Mauritii Chancæi, oculati nimirum teftis, qui horum pars magna fuit; quam nuper recenfitam, impreffit Bernardus Gualtherius, Civis ac Bibliopola Colonienfis.

5. Domus S. Michaelis in Hul, apud Kingeftonum.
6. Domus S. Annæ, apud Conuen.
7. Domus Affumptionis, apud Montem Gratiæ.
8. Domus Jefu de Bethlehem, apud Scheinam.
9. Domus Vifitationis B. Mariæ, de Auxiolme.

Hæc & alia innumerabilia Angliæ Monafteria, Patrum memoriâ, hæreticorum furor, prò dolor, evertit. Sunt tamen hodiéque variis in Provinciis Angli, religiofis ordinibus adfcripti. Inter alios non pauci funt Machliniæ, apud Brabantos, Cartufianæ vitæ genus amplexi: Sacræ apud Britannos propaginis fæcundum, uti confido, femen aliquando futurum.

CAPUT

CAPUT XI.

Provincia Alemanniæ Superioris.

1. Vallis S. Joannis in Seitz, apud Ciliam Slavoniæ oppidum: cui olim præfuit Stephanus Senensis, qui annis aliquot à manibus fuit Sanctissimæ Virgini Catharinæ Senensi, quique in publicis generalis capituli Comitiis, an. Dom. M.CCCC.X. celebratis, Generalatu sponte sua sese abdicavit, sua utique cum laude, atque Ordinis bono. Nunc hæc eadem Cartusia regitur à D. Vlano Grunello, Provinciæ istius Visitatore perquam eximio, industrio, atque in arduis procurandis negotiis probe exercitato.

2. Vallis S. Mauritii, in Gyrio, in Slavonia.

3. Vallis Jocosa, in Carniola, in Freniz, Slavoniæ pago, putatur fundata circa annum Domini M.CCC.

4. Lapis Refugii, in Hungaria, eodem ferme tempore erectus dicitur, quo & Superior.

5. Vallis omnium Sanctorum in Maurbach, tertio à Vienna, Austriæ Metropoli, lapide, fundatorem agnoscit Fridericum Pulchrum, Alberti Imperatoris filium, qui cùm solitudinis amans, istic aliquamdiu quietè vixisset, tandem etiam post mortem, quam anno Domini M.CCC.XXX. oppetiit, ibidem est humatus. Fuit olim duplici porticu insignis, ac proventibus largis clarissima; ante annos verò octoginta, cùm Solimannus Turcarum Imperator Viennam ingenti cum exercitu obsidione cingeret, magnas perpessa clades, interitui fere obnoxia, non nullos è gremio suo perdidit: adeo ut plerique eorum Turcica Barbarie trucidati, Martyrii palmam promeruerint: è quibus fuere D. Sigismundus, Modestus, Erhardns, ac Sebastianus: quorum duo posteriores Laici.

6. Vallis S. Antonii, apud Legniz in Hungaria, Poloniam versus, quæ circa annum Domini M.CCC. fundata putatur.

7. Mons Omnium Angelorum, in Snals Tirolensi Comitatu, Henricum Bohemiæ ac Poloniæ Regem, Carinthiæ Ducem, fundatorem habuit, circa annum Domini 1326. Quæ tamen jam una cum Domo Ittingensi de Mandato Capituli Generalis, Franconicæ incorporata est Provinciæ. Est in altissimis montibus, rupibúsque inaccessis, aliquot horarum spatio vixque pervia: adeo ut sit locus horroris, ac vastæ solitudinis.

8. Vallis Auxilii in Tarkan, in Hungaria apud * Agicum: quam nonnulli post annum Domini M.CCC. constructam fuisse autumant.

9. Thronus B. Mariæ Virginis in Gemnico, Austriæ pago, ædificiorum splendore, atque opum magnitudine cæteras istius loci Cartusias longè post se relinquens. Quippe quæ fundatorem habuit Albertum Austriæ Ducem, Romanorum Regem, quem fata hinc anno M.CCC.LXIII. eripuere: estque unà cum Thori sui consorte Domina Joanna, Sorore nimirum Regis Bohemiæ ac Poloniæ, eodem in tumulo, ibidem humatus.

10. Vallis S. Michaelis in Levol, in Hungaria, circa annum Dom. 1350. constructa perhibetur.

11. Domus SS. Trinitatis, apud Brunam, non incelebre Moraviæ oppidum, eadem fere tempestate constructa existimatur. Cui laudabiliter jam nunc tam vitæ exemplo, quàm eruditionis laude præest P. Renatus Hensæus Menapius: cujus exstat Tyrocinium Militiæ Sacræ ac Religiosæ, anno 1609. Coloniæ impressum, atque Episcopi Olomucensis calculo comprobatum.

12. Porta B. Mariæ, in Axpach supra Danubium, in Austria, de cujus admiranda constructione consule Chronicon Dorlandi, lib. 6. cap. 20. Sunt, qui adfirment circa an. Dom. 1400. Ordini incorporatam: habet autem visendæ pulchritudinis porticum.

13. Vallis Josaphat, apud Olomutium, Episcopalem Moraviæ Urbem, bis terve Zisckæ, & aliorum seditionibus, suis mota sedibus, nunc in ipsum Olomucense oppidum est translata.

14. Domus Throni SS. Trinitatis, in Pletriach Slavoniæ vico apud Ciliam, fundata est ab illustri ac Magnifico Viro, D. Hermanno, Ciliæ, ac Sagoniæ Comite, qui diem obiit suum Anno Dom. M.CCCC. XXXVI. cæpta verò est ædificari circa annum post Christum natum M.CCCC.XXX. Verùm vix mihi persuadeo, eandem à Cartusianis Patribus etiamnum inhabitari.

15. Domus S. Laurentii in Itinga, Helvetiæ pago, jussu S. Sedis Apostolicæ anno M.CCCC.LXI. Ordini Cartusiano adsignata, tandem anno XVI. Seculi nuper elapsi, Franconicæ sociata est Provinciæ. Quæ cùm ingenti alieno ære contracto, vix respirare posset amplius, jam nunc pervigili Oeconomia V. P. Domini Joannis Eichnstein ejusdem assiduis laboribus, præstantíque doctrina, caput audet erigere, pristináque vires resumere.

* Fortè Agriam.

26. Hor-

16. Hortus B. Mariæ prope Pragam. De quo ita Georgius Bartholdus Pontanus, in Succincta Bohemiæ historia, quæ apud Claudium Marnium anno 1608. prodiit: *Henricus Sextus Imperator habuit filium Joannem, cæcum nomine; quem Bohemis præfecit. Qui religione tactus, miratusque asperam Cartusianorum vitam, per quam corpora castigarent, & in potestatem suam redigerent, Cartusianos nunquam antea in Bohemia visos, Pragam, condito illis templo, & bene dotato adduxit.* Cæteram Ziska cæpit populum ann. 1406 contra Wenceslaum Regem ita concitare, ut & Monasterium Cartusiense à Joanne cæco splendidè crectum spoliarent, flammisque exurerent, & undecim ex iis viros religiosos, probos & senes fertis spineis coronarent, atque illusos in civitatis antiquæ custodiam ducerent, saltante coram illis quodam Laico Marsick nomine. Cartusianorum autem unus post preces suas singulis noctibus (licet optimè custoditus) evanuit. Porro quis, qualisve Ziseka ille fuerit, jam nunc operæ pretium est, ex Antonii Bonfinii decadibus lib. 2. Decad. 3. edition: Wechel. f. 387. commemorare. *Post Wenceslai mortem, quidam,* inquit, *Joannes Ziska emersit, haud ignobili genere, Trosnoviæ ortus, vir tenui cultu, in aula à pueritia educatus, bello impiger ac strenuus, altero captus oculo, quem per certamen amiserat: item cuferox ingenium & indomita rapinarum libido inerat. Is Hussitarum contagione infectus, coacta Sacrilegorum manu, in templa fecit impetum; comminuit Divorum simulacra, Christi optimi Max. fregit imagines, Cartusiensium Cœnobium, vetustum quidem, & mirabili opere constructum diripuit succenditque.* Hæc Bonfinius ad annum Domini M CCC. XCIX. Interim tamen reparatum quidem est, ac Cartusiensi Ordini redditum, verùm jam hoc tempore ad manus hominum secularium devolutum.

CAPUT XII.

Provincia Alemanniæ Inferioris, quæ & Franconica vulgò nuncupatur.

1. Nova Cella in Grunaw, prope Werthcim in Franconia, quinto ferme à Wirceburgo lapide, primum fundatorem circa annum Dom. 1348. recolit Illust. Comitem à Werthcim. Aucta tamen plurimum temporis progressu prædiis opimis, ac largo proventu novitiorum quorundam, qui illic Divino numini famulantes, se suásque facultates omnes loco huic in perpetuum adsignavere. Passa est ingentem revera cladem, circa annum Dom. 1550. quando plerique Lutheranorum Principes Passaviensem diætam, in isto fere regionis tractu instituere.

2. Cella Salutis, in Tuckelhausen, tribus ab Herbipoli milliaribus distans, ab Otthone, Sanctitatis opinione insigni Bambergensi Antistite, anno 1120. à fundamentis extructa, atque Ordini Præmonstratensi adsignata fuit. Verum enimverò ab iis tandem ad Cartusianos anno redempti Orbis 1351. est devoluta opera nimirum Reverendi ac Prænobilis Viri D. Eberhardi de Rider, Cathedralis Ecclesiæ Herbipolensis Decani. Porro in bello illo rustico, à Luthero ejúsque asseclis horrendum in modum excitato, prorsus incinerata, consumptaque fuit, anno nimirum Superioris ævi XXVII. Quin & in bello Margravico anno M. D. LII. miserè spoliata, atque exactionibus exhausta, adeóque attrita, ut de ea conclamatum omnino fuisset, nisi P. Nicolaus Comitius, Domo Belga, ac professione Coloniensis, vir nimirum magnæ industriæ, juxta ac constantis animi, eo circa annum Domini M. D. LXXV. Superiorum auctoritate relegatus, collapsa restaurasset ac dispersa congregasset: ita ut aliquamdiu totius Provinciæ Seminarium existens, etiamnum quam optimè audiat, insigníque pietate floreat.

3. Hortus Angelorum, haud procul à Wirceburgo, Franconiæ Metropoli, primarium habuit fundatorem Rev. ac Nobil. Virum D. Eberhardum Hirlcheim, Canonicum & Archidiaconum Ecclesiæ Herbipolensis: Quippe, cujus ope supręma manus operi imposita, qua ædificiis erigendis, quáque censibus dotandis: ita tamen ut etiam alii complures largas applicaverint manus. Cæterum & hominum incuria & temporum injuria huic loco non exigua illatà clades, adeo ut periclitari magnopere potuisset, ni duæ insignes loci hujus columnæ tantam tempestatis vim validè sustentassent; nempe P. Gerardus Agricola, ac Joannes Mulnerus: quorum hic non ita pridem magno cum Provinciæ istius luctu ac detrimento Visitator obiit. Cujus ope & industria ita hac tempestate felix ille Angelorum hortus effloreſcit, ut quàm plurimis admirationi sit, ne dum imitationi. Habet enim viros non pietate solùm, sed & eruditione celebres: è quibus ut cæteros quorum in Bibliotheca Cartus. fit mentio omittam, inprimis occurrit P. Simon Weisserus; & quem ipse olim in spiritalis vitæ palæstra erudiit D. Erhardus Winheimius, Agrippinensis auctor Sacrarii. Floruit etiam illic olim R. D. Waltherus, Diagorganensis, Episcopus 30. annis Bambergæ, & Herbipoli in Pontificalibus Vicarius, familiæ quondam Dominicanæ ex professo Monachus: qui strictiori, quietiorique sese vitæ in senio dedens, Cartusianorum illic institutum amplexus quàm pientissimè in Domino obdormivit.

4. Mons

4. Mons S Salvatoris apud Erfurdum Erfordiam, non incelebre Turinghiæ oppidum, Moguntino Archiepiſcopo ſubjectum. De cujus Cœnobii initiis ita Nicolaus Serarius Societatis Jeſu doctiſſimus Theologus librò 5. hiſtoriæ Moguntinæ, pag. 861. ubi de rebus geſtis Joannis XLIV. Archiepiſcopi pertractans; *Anno*, inquit, *M. CCC. LXXII. cæpit Erfurtenſis Cartuſia, prout in ejus notatum periſtylio. Cùm enim ad auxilii montem, de quo lib. 3. notatione 20. dixi, miraculorum quæ divinitus ibi fiebant, cauſſa, concurſus eſſet plurimus, plurimæque oblationes; barum pars tertia Sacerdoti, qui Sacra curabat, conſtituta fuit. Ille verò magnis inde auctus divitiis, amico cuidam ſuo Joanni* (alii Ortonis) *Ortinis, Dorlenſi Præpoſito, viro pio, negotium teſtamento dedit, ut in Dei honorem, animæque ſuæ ſubſidium, ac ſalutem illas iſte conferret. Bona igitur & Reverendiſſ. Archiepiſcopi, & Senatus Erfordiani venia decrevit hic Cartuſianum ad Erfordiam Cœnobium erigere. Cùmque de opportuno loco eſſet ſollicitus, architectum, qui circumſpiceret diligenter omnia, miſerat. Huic verò aſtitit juvenis, qui locum ubi Cartuſia nunc eſt, laudavit; ſimùlque ſubitò evanuit. Atque hunc ed elegantiâ & pulchritudine fuiſſe, adfirmabat architectus ille, ut alterius libenter oculi jacturam faceret, ſi eum iterato ſemel duntaxat conſpicari daretur. Fuit autem conſecratum novum hoc Sacrum ædificium Anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto.* Hactenus Serarius. Porro poſtquam Capitulo Generali zelus præfati Joannis Ortonis denunciatus fuiſſet, miſit ad eum Priores duos, qui conſtructam jam domum de manu fundatoris ſuſciperent, nempe P. Joannem Priorem Moguntinum, cum P. Henrico IV. Priore in Grunau, quibus in dotem adſignavit triginta circiter florenorum millia. Incorporata itaque fuit domus hæc Ordini, & ſpecioſo Salvatoris titulo eam ob cauſſam inſignita, quod fundator plurimam pecuniam à Plebano Eccleſiæ S. Salvatoris, uti Superius ex Serario commemoratum, teſtamento conſecutus fuiſſet. Hujus primi incolæ fuere profeſſi aliquot Cartuſiæ novæ Cellæ in Grunaw: videlicet Henricus Rochel primus loci iſtius Rector: Secundus, Gonradus de Oſlinghen Procurator: Tertius, Hermannus cognomento Statuarius. Quartus, Hermannus de Suck Vicarius. Quibus deinde & alii ſucceſſere, adeo ut etiamnum illic res monaſticæ, tam perſonarum multitudine quàm cellarum amplitudine, non mediocriter floreant, licet Lutheranorum malitia plurima ſæpe damna, ac facultatum ſuarum direptionem ſuſtinuerint.

5. Domus Sanctæ Eliſabeth, apud Iſenacum Thuringiæ oppidum, primordia ſua debet Cartuſiæ Erfordienſi; quæ licet jam ab hæreticis occupetur, habuit tamen olim viros eximiè doctos; utpote cui Prior aliquando præfuit Joannes ab Hagen de Indagine. Quo de auctor Bibliothecæ Cartuſianæ.

6. Cella B. Mariæ apud Norimbergam, Diœceſis Bambergenſis fundatorem habuit Marquardum Mendelium. Cœnobium quondam opulentum ac præclarum fuit, nunc verò Prædicantium uxorcularum ignobile domicilium. De cujus fundatione conſule lib. 6. Chronici Dorlandi capite 20.

7. Hortus Chriſti, apud Noertlingam Sueviæ oppidum, ab Illuſt. ac Generoſis Comitibus ab Oettingen fundata, liberalitérque dotata, ad peregrinorum manus devoluta, tandem Imperialis Cameræ ſententia ac decreto Patribus Cartuſianis anno M. D. XCIX. adjudicata eſt, niſi quod executioni eos oporteat inſiſtere, atque ab injuſtis poſſeſſionibus rem poſtliminio repetere.

8. Aula B. Mariæ in Buxia apud Memmingam, Sueviæ oppidum, Diœceſis Auguſtanæ, Canonicorum Regularium olim domicilium extitit, ope verò fundatoris novi, D. Henrici de Ellerbach, Canonici Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ anno reparatæ ſalutis M. CCCC. IV. Cartuſianis adſignatum, inſigni ædificiorum ſplendore, nec non & opum magnitudine etiamnum cæteris iſtius loci Cœnobiis ſupereminet. (*)

9. Pons B. Mariæ in Aſtheim Franconiæ, ſeu Franciæ Orientalis pago, tribus milliaribus Wirceburgo diſſita, fundationis ſuæ exordia jure meritò debet D. Erckingio à Swarzenburch, cujus familia nunc Comitis titulo virtutis ergo eſt inſignita. Hic vivendi finem fecit an. M. CCCC. XXXVI. Plurima quidem Monaſterium hoc bello ruſtico incommoda ſuſtinuit, verùm induſtriâ ac vigilantiâ duorum inſignium Provinciæ iſtius Viſitatorum D. Hauptii, ac D. Ludovici Hageri adeo vires recuperavit ſuas, ut tum ſtructuræ magnificentia, tum rerum neceſſariarum copia, aliis admirationi ſit. Hujus quoque loci Prior olim fuit Theodoricus Loërius, Stratanus, vir de Ordine ſuo quàm optimè meritus: qui obiit annò M. D. LV. die XXVI. Auguſti.

10. Domus Paſſionis Chriſti apud Legnitz in Sileſiæ Ducatu, fundata eſt per Illuſtriſſimum Principem Ludovicum, Ducem Legnizenſem & Brigenſem, circa annum Chriſti M. CCCC. XXX. deducta nimirum recenti Colonia ex Cartuſia Erphordiana.

11. Monaſterium B. Mariæ boni lapidis, Germanicè Guitelſtaiu, apud Vrachium, Ducatus Wirtenbergenſis, oppidum: fuit olim Præpoſitura Monachorum Benedictinorum, à Zwifaltenſi, Diœceſis Conſtantienſis Abbatia dependens. Sed Ludovicus & Udal-

(*) 1391. Henricus ab Ellerbach Cellarius Cann. Regg. ultimus Præpoſitus in Buxheim & Modernæ Carthuſiæ fundator Anno 1402. obiit 1404. Kham Hierarch. Aug. fol. 595. Sæcularium tamen Sacerdotum contubernium fuiſſe, non Regularium Canonicorum contendit Franciſcus Petri Suev. Eccleſ. p. 224.

Udalricus Wirtenbergenses anno M. CCCC. XXXIX. eo loco Cartusianos collocarunt; teste Casparo Bruschio in Chronologia Monasteriorum Germaniæ. (*)

12. Mons S. Joannis Baptistæ in Vogelsberch, quem Landgravius Hassiæ in ditione sua anno M. CCCC. XLII. construi curavit. De quo in Cartusiæ Erfordiensis Chronico hæc reperiuntur. *Sub VIII. Priore Erfordiensi Joanne Rotlas Nimburgensi, Monasterium quoddam Monialium in Hassia prodigaliter vivendo, interitui pene propinquum erat; unde cùm præfato Priori id dono oblatum esset, is magna industria ac parcimonia tantum effecit, ut rebus omnibus ad amussim compositis, pristino tamen splendori restitueretur, Cartusianóque instituto accommodaretur*, licet nunc hæreticorum rabie iisdem denuo sit ereptum.

13. Hortus B. Mariæ in Illenbach olim arx, à nobili quodam viro Balthazaro de Paer circa annum Domini M. CCCC. LIV. Ordini oblata ac tenuiter nimis dotata, jam nunc si Deus cæptis faverit, largáque bonorum Patronorum manus adjuverit, meliuscule habitura speratur. Est etenim loco accommodo, salubri, solitario, ac peramæno; quinque milliaribus Wirceburgo distans, duobus verò ab Atheimensi Cartusia.

14. Domus B. Mariæ Annunciatæ in Conrætsburch apud Padebornam Westphaliæ oppidum, in Monte S. Sixti: quæ jam ad annos aliquot habitatore caruit: tum quod loci istius Antistites novissimis hisce temporibus non usque adeo rem monasticam promoverint, tum quod Cives ab avitæ fidei sinceritate desciscentes, Lutherani plerique esse maluerint, quàm verè Catholici. Eam ob rem etiam factum, ut Ordo Cartusiensis non magnopere pro suæ recuperatione Domus hactenus laboraverit. Verum quandoquidem jam annis aliquot Padebornensi Diœcesi præfuit Reverend. D. Theodoricus à Furstenburch, vir tam generis splendore illustris, quàm Catholicæ religionis zelo insigniter flagrans: qui non modò collapsa vetustate majorum opera præclarè ibidem restituit, verum etiam extinctum prope inter suos pietatis studium restauravit, haudquaquam dubium, quin si quis ex Ordine Cartusiensi ad hanc rem idoneus, à superioribus ablegaretur, voti fieret compos, hocque insigne olim pietatis domicilium, à tam catholico benignóque Principe postliminio recuperaret.

15. Cœnobium Transfigurationis Jesu Christi in Reinschaw prope Zwickaw in Misnia, Saxoniæ Duces fundasse circa annum Domini M. CCCC. LXXVII. perhibentur. De quo tamen in annalibus Cartusiæ Erphordiensis hæc fere totidem verbis leguntur. Sub Priore XVIII. Erphordiensi D. Jodoco Kristein viro eloquentiæ singularis, magnæque industriæ novellis surculis cæptum est provideri domui Transfigurationis; abductis ex Cartusia Erphordiana quatuor religiosis. Ordini verò dicta domus, cooperante Domino Ottonio, Præposito Canonicorum Regularium, qui eam prius incoluere, accessit. Ipsius enim, & suorum pari consensu effectum est, ut per Sedem Apostolicam Ordo Cartusiensis ibidem erigeretur.

16. Domus S. Viti apud Ratisponam Bavariæ oppidum, de qua (pag. 63, & 272.) Wigulejus Hundius sua in Metropoli Salisburgensi, quæ anno 1582. Ingolst. prodiit, contestatur, fuisse aliquando Benedictinorum Patrum domicilium. Quod Gebhardus hujus nominis I. Ratisb. Antistes XIV. in fundo qui dicitur Pruel, à Monasterio S. Emmerani per legitimam permutationem recepto, anno nongentesimo nonagesimo septimo ædificavit. Quod tamen anno Dom. M. CCCC. LXXXIV. Albertus Bojariæ Dux, cognomento sapiens, ejectis ob vitæ dissolutionem Benedictinis, Cartusianæ familiæ Patribus perpetuis temporibus incolendum, adsignavit. Qui etiamnum die noctúque laudabiliter illic sub Venerabili Priore D. Georgio Veselio, Provinciæ istius Convisitatore divinis officiis insistunt. Queis cum Serenissimus, ac modis omnibus religiosissimus Princeps, Guilielmus, Senior Bavariæ Dux, ceu unus de Cartusianorum grege, per integras interdum hebdomadas, solitarius commoratur. Est namque Monasterium hoc ædificiorum splendore, ac templi ornatu, imò & altari sumptuosissimo, cumprimis celebre.

CAPUT XIII.

Provincia Rheni.

1. Monasterium S. Michaelis, apud Moguntiam, Rheno flumini imminens, haud longè à florentissimo olim S. Albani Cœnobio Benedict, fundatorem laudat Petrum LXXIX. Episcopum & XXXIX. Archiepiscopum Moguntinum; qui an. 1320. vivere desiit, lib. 5. Mogunt. Historiæ Nic. Serarius. Vide etiam Chronicon Hirsaugiense Joannis Trithemii ad annum M. CCC. XXXIV.

2. Monasterium S Albani, extra muros urbis Trevirorum, haud procul Mosella fluvio. Hujus & Confluentini Cœnobiorum fundator fuit Balduinus Archiepiscopus Treverensis. de quo fusè Dorlandus in Chron. lib. 6. cap. 24. p. 356. & Trithemius, libro superius citato ad annum M. CCC. XXXI.

(*) Vid. Sulgeri Annal. Zwifalt. P. II. pag. 41. 42.

3. Con-

3. Confluentium S. Beati Cœnobium, in Monte situm, Rhenum inter & Mosellam haud longè à Confluentia, Moguntinæ ditionis oppido, frequenti Civium ad pias stationes concursu singulis hebdomadibus frequentatur. Vide Petrum Cratepolium, in Catalogo Episcoporum Trevirensium, in Balduino Comite Lutzenburgensi, quem dicit obiisse an. M. CCCC. LXVIII.

4. Monasterium S. Barbaræ, in urbe Coloniensi, an. 1338. Walramus Archiepiscopus Coloniens. fundavit, eo fere loco, quo S. Sepherinus Episcopus cpinicium Angelorum, animam S. Martini Turonensis Antistitis è terris ad cœlos deducentium, audivit: qui fundus hodiéque S. Martini ager nuncupatur. Dotem postea auxere viri cum pil, tum opulenti: de quibus ex aliis huc facientibus, fusè agit Erhardus Winheimius in suo Sacrario Coloniæ Agrippinæ.

Coloniensis porro Cartusia multos insignes viros, optimè de Ecclesia libris etiam editis meritos protulit: in his Henricum Calcariensem, Wernerum Rolevinckium, Petrum Blomevennam, Joannem Justum Lansbergium, Theodericum Loerium Arntanum, Laurentium Surium, Jacobum Mosandrum, Zachariam Lippelojum, Theodorum Petrejum, Cornelium Grasium, Antonium Dulkenium, aliosque pietate juxta ac eruditione præstantes.

5. Mons S. Mariæ, apud Argentoratum. Quod Monasterium cum Lutherani bello Argentoratensi, circa an. Dom. M. D. XC. evertissent, Monachi in vicino tractu Molshemiensi sedem collocarunt. De hujus fundatione Dorlandus lib. 6. cap. 25. pag. 358. Colonienf. editionis.

6. Mons S. Joannis Bapt. apud Friburgum in Elvetiis.

7. Bethlehem B. Mariæ, in Ruremondensi Geldrorum urbe, ad Mosam. Quod quidem Cœnobium excitavit Gerardus III. Geldriæ Comes, qui cùm annis XXVII. præfuisset, anno 1229. obiit: Henrico Aquilio teste, in Geldriæ Chronico.

Hoc in Monasterio piissime vixit & obdormivit Dionysius Richelius, Cartusiani cognomento per orbem notissimus: de quo nos in Elogiis Belgicis, & Antonius Possevinus in apparatu Sacro, Trithemius, Dorlandus, Sutor, & alii fusissimè.

De Monachis Carthusianis, à Guilielmi Nassovii, Arausiensium Principis militibus, pro Christo occisis, vide Theatrum crudelitatum hæreticorum nostri temporis, auctore Richardo Verstegano, Antverpiæ editum. Et historiam Reverendi Domini Patris Arnoldi Havensii, Carthusiæ Gandensis Prioris dignissimi, editam Coloniæ apud Bernardum Gualtheri, anno 1608. in Octavo.

8. Domus S. Paulæ porto Montis apud Bernam Helvetiorum oppidum, à fidei sinceritate hoc tempore alienum, atque ideo à Carthusianis desertum.

9. Vallis S. Margaritæ in urbe Basileensi, quam circa annum Domini M. CCCC. VI. insigni prudentia ac pietate vir Jacobus Zyebel, in Senatu Basileensi Tribunus plebis suis sumptibus, quæ amplissimæ profectò erant, construxit, ibidémque non sine Sanctitatis opinione diem clausit extremum. In qua insuper Cartusia plurimi quoque insignes viri, qui in Basileensi Concilio vitam cum morte commutarunt, humati sunt. Visitur quidem illic integra adhuc structura, verum quæ laicorum hominum usui potius quàm religiosorum deserviat.

10. Insula Reginæ Cœli, apud Wesaliam, Diœcesis Coloniensis oppidum. Hæc Adolphum Cliviæ Ducem fundatorem habuit. Verum anno Domini 1588. solo adæquata, cultore caret: vivuntque religiosi in ipsa Wesaliensi urbe, occupantes Monasterium Patrum Dominicanorum.

11. Domus S. Sixti, in vico Putila, vulgo Pettel, in Lotharingiæ finibus, ad Mosellum apud Sierick oppidum. Quod quidem Monasterium bellis Gallicis pæne vastatum, R. P. Hector San-Vitanus, Germanicæ Visitator Provinciæ, Superioribus annis egregiè instaurandum curavit: nec non & Pater Hugo, Meerhutanus, qui eum in Prioratu immediatè præcessit.

12. Domus Compassionis B. Mariæ, fundata est circa ann. Dom. M.CCCC.LXXV. apud Juliacum, in Diœcesi Coloniensi: Cujus fundatores sunt Duces Juliæ, qui etiamnum eandem tutantur: ædificavit namque eam Guilielmus, sextus loci istius Princeps.

13. Castrum B. Mariæ, apud Dulmaniam, Monasteriensis Diœcesis oppidum. Quod fundatorem agnoscit nobilem ac generosum virum Gerardum Keppelium, qui obiit circa annum Domini 1488.

CAPUT XIV.

Provincia Saxoniæ.

1. Domus Gratiæ Dei, apud Stetinum.
2. Paradifus B. Mariæ, in Pruffia, quarto circiter lapide à Dantifco.
3. Clauftrum B. Mariæ, apud Hildeshemum, Epifcopalem Saxoniæ Urbem, quæ Domus jam Rhenanæ fubjacet Provinciæ.
4. Domus Mifericordiæ Dei, apud Francofortum, ad Oderam, quæ tamen à Cartufianis modo non habitatur.
5. Templum B. Mariæ, apud Lubecam.
6. Domus Legis B. Mariæ, apud Roftochium.
7. Corona B. Mariæ, in Pomerania.
8. Pax Dei, apud Schivelbein in nova Marchia.
9. Pax B. Mariæ, in Regno Sueciæ.

CAPUT XV.

Provincia Longobardiæ.

1. Domus Cafularum, apud Genuam Ligurum caput.
2. Vallis Pifii.
3. Mons Benedictus.
4. Stola Dei, apud Parmam, Urbem Ducatus titulo illuftrem.
5. Monafterium S. Bartholomæi, apud Genuam Liguriæ Metropolim.
6. Mons S. Petri.
7. Domus Montis Brachii.
8. Monafterium S. Ambrofii, aliàs Agni Dei, apud Mediolanum, Infubriæ Metropolim.
9. Monafterium SS. Philippi & Jacobi Apoftolorum apud Aftam urbem.
10. Monafterium S. Mariæ de Gratia, apud Ticinum five Papiam Ducatus Mediolanenfis urbem. De cujus initiis ac laudibus ita Stephanus Winandus Pighius, in Hercule fuo Prodicio, à Plantinianis excufo: *Eft inter Mediolanum & Ticinum, Cœnobium Cartufianorum pulcherrimum, atque ampliffimum. Cujus templum ex vario pretiofóque marmore à fundamentis excitatum, hiftoriarum fculpturis ac flatuis artificiofis exornatum à prima fronte ingredientibus religionem incutit, & introgreffos Majeftate quadam augufta fufpenfos tenet; dum offeruntur oculis tot picturæ, altaria & facraria auro argentóque ditiffima, ædiculæ marmoreæ, monumentis pulcherrimis decoratæ. Condidit templum ac Cœnobium Joannes Galeatius Vicecomes, primus Infubriæ Dux, atque locupletiffimè dotavit. Cujus, in æde facra, fumptuofiffimum ex marmore fepulcrum, cum ftatua & imagine ad vivum facta vifitur. Adjunctum in tabula marmorea litteris inauratis rerum ab ipfo geftarum elogium præclarum, ac lectu valde dignum. Sunt in hoc Cœnobio multa pretiofa & rara Principum donaria, Divum reliquiæ, & pulcherrima quæque templi ornamenta. Ipfius Monafterii ædificia funt fumptuofiffima, porticus milliariæ, pomaria ampliffima cum luco, nofocomium item apparatiffimum. Haud procul inde vifuntur vivarii capaciffimi fepta, murus latericius, fed magna ex parte nunc dirutus & dejectus: qui millia paffuum viginti in quadrum circumductus, concludebat arva, filvas & prata, feris enutriendis deftinata. In quibus olim apri, cervi, damæ, capreoli, lepores, & id genus animalia ad venatum continebantur. Auctor ejus operis idem Joannes Galeatius Dux fuit, qui Cœnobium condidit. In iisdem feptis caftra fua metatus erat Francifcus I. Galliarum Rex, Ticinum obfidione premens, cum à Caroli V. Imp. Ducibus, Laonio & Borbonio victus, prælio caperetur, cum Rege Navarra, & præcipuis Galliarum Principibus, anno poft Chriftum natum* 1525. Hactenus Pighius.
11. Monafterium S. Trinitatis, apud Mantuam urbem, Ducatus infignibus decoratam.
12. Domus S. Mariæ Lauretanæ, apud Saonam, ditionis Genuenfis oppidum.

CAPUT XVI.

Provincia Tufciæ.

1. Domus S. Mariæ, apud Senas, vetus Hetrufcorum oppidum.
2. Monafterium S. Hieronymi, apud Bononiam. Petrus Sutor, lib. 2. de vita

Cartusiana, Tract. 3. cap. 2. videtur indicare, Cœnobium istud fuisse exstructum à Joanne Andrea, Jureconsulto scriptis editis notissimo.

3. Monasterium S. Petri de Pontigniano, apud Senas Etruriæ urbem.

4. Monasterium S. Spiritus, apud Lucam urbem, Reipublicæ gloria ac libertate florentem.

5. Domus Belreguardi, apud Senas.

6. Monasterium S. Laurentii, apud Florentiam, Etruriæ caput.

7. Domus Montelii.

8. Vallis Gratiosa Calciensis, apud Pisas, urbem Etruriæ, Disciplinarum studiis & Academia nobilem.

9. Monasterium S. Andreæ de Littore, apud Venetias. Vide Dorlandi Chronicon, lib. 7. cap. 37.

10. Monasterium SS. Hieronymi & Bernardi, apud Patavium, sive Paduam, ditionis hodie Venetæ oppidum, studiis præsertim Medicæ artis nobilitatum.

11. Monasterium S. Christophori, apud Ferrariam, de quo in Hercule Prodicio, pag. 349. Fundatorem agnoscit Borsum, Atestinum scilicet Marchionem, & Ferrariæ Principem, qui obiit Anno M. CCCC. LXXI.

12. Domus S. Marci, Vedanensis.

CAPUT XVII.

Provincia Romana, quam Longobardiæ remotioris vocant.

1. Monasterium SS. Stephani & Brunonis, in Calabria. Id ipse B. Bruno, Rogerii, Calabriæ & Siciliæ Comitis liberalitate adjutus, excitavit, ibidémque piè in Domino Anno M. C. I. obdormivit.

Cæterùm post mortem beati Brunonis, ut in historia vitæ ejus Surius commemorat, in Cartusianæ vitæ instituto perseveravit illud Monasterium sub quinque Prioribus, qui ei successerunt, usque ad tempora venerabilis Guigonis Prioris Cartusiæ.

Inde in Gallia crescente Ordine Cartusiensi, solùm illud Calabriæ Monasterium à beati patris Brunonis fervore & Sanctitate tepescendo, degeneravit. Et petebant quidem ejus habitatores à Cartusia Visitatores & Reformatores; Sed nimia locorum intercapedo non facilè id obtinebat. Itaque ad Cistercìense institutum illi se transtulere, quod tum recens ortum, & incomparabilis viri B. Bernardi Abbatis Clarævallensis, insigni Sanctitate, multóque laborè mirificè propagatum, in magno fervore durabat. Ad illud autem tempus in Cartusianæ Religionis Professione permanserat illud Monasterium annos sexaginta. Sed Cistercìensi quoque religione, successu temporis, ibi tebescente, tandem Monasterium S. Brunonis factum est commendatitium, usque ad Sanctissimi Pontificis Leonis Decimi tempora.

Is Pontifex, eum multorum relatione de eximia B. Brunonis Sanctitate crebrò audisset, indignum arbitratus est eum, quem præpotens Deus in hac vita tot auxisset donis & charismatibus, & nunc cœlesti afficeret beatitudine, in terris non eximiâ laude & prædicatione efferri, nec debita piæ devotionis officia persolvi, cui dedisset Dominus cor ad præceptum & legem vitæ, & disciplinæ. Itaque non modò auctoritate Apostolicâ clementer annuit, sed etiam voluit, ut in singulis Monasteriis totius Ordinis Cartusiensis & earum Ecclesiis sive Sacellis, festum Sanctissimi Brunonis Confessoris annis singulis, die 6. Octobris, quo decessit è vita, solenniter colatur, & congrua debitáque devotione celebretur; ipsius etiam corpus, atque memoria, dignam in Domino laudem habeat, ac venerationem: Conveniens etiam officium in honore ipsius agatur & decantetur, nec non quotidie in divino officio de eo commemoratio fiat. Domum præterea S. Stephani, quam B. Bruno in Calabria condiderat, & in qua sacrum ejus corpus quiescit, idem Pontifex à Cistercìensibus ad Cartusianos revocavit. Anno salutis 1514. ut deinceps illic Cartusiano more & instituto vivatur; sicut & nunc vivitur. Hactenus ex Surio.

2. Monasterium S. Bartholomæi de Trisulto.

3. Domus S. Laurentii de Padula.

4. Domus S. Martini, apud Neapolim, Regni Neapolitani Metropolim. Quo de in Hercule Prodicio, pag. 349. Possidere dicitur triginta annui redditus ducatorum millia.

5. Monasterium S. Jacobi, in Insula Caprensi.

6. Monasterium S. Crucis, in Urbe Roma: quod nunc ad thermas Diocletianas translatum, S. Maria de Angelis nuncupatur.

Quod Pius I. magnificentiſſimè extruxit, addita Inſcriptione, quæ in ara Suprema viſitur:


Quod fuit idolum, nunc templum eſt Virginis, auctor
Eſt Pius ipſe Pater, dæmones aufugite.

Vide Laurentium Schraderum Halberſtadienſem lib. 2. Monumentorum Italiæ, fol. 121. editionis Halberſtadianæ, apud Jacobum Lucium Tranſylvanum, anno M. D. XCII. Eſt in hac Cartuſia etiam monumentum Antonii de Duca.

Quin & Appendix B. Platinæ in vita Pii IV. loci hujuſce meminit hiſce verbis: *Pius Papa IV. thermas Diocletianas vetuſtate corruptas, B. Mariæ Virgini, dedicatas, magnificentiſſimo Templo in Sacram ædem, & Cartuſianorum Cœnobium menſtrua quingentorum aureorum ſolutione convertit.* Cujus quidem loci etiam in Baronii Annalibus habetur mentio, anno nimirum Dom. CC. XCVIII. Num. X. XVII. & XVIII.

7. Vallis S. Nicolai Clarimontani.

Sunt & alia fortaſſis alibi hujus inſtituti Cœnobia, nobis incognita, quæ utinam Cartuſiani ipſi plenius aliquando eruant, illuſtriora tamen quæque arbitror à nobis recenſita.



INDEX.

INDEX.

ab

Theo-

FINIS.



ERRATA.

In Dedicatione.

Fol. 4. lin. 5. frequendantis. frequentandis. Ibid. lin. 9. ipsi. ipse. ibid. lin. 16. beneficio. benefico.

In ipso Opere.

Fol. 5. lin. 12. excipit. conficit. ibid. lio. 49. CLXXX. CLXX. fol. 8. lin. 10. si tam. sitam. fol. 11. lin. 26. in fame. infame. fol. 13. lin. 49. concurristi. cucurristi. fol. 19. lin. 20. pisturis. picturis. f. 26. lib. 38. in corporationem. incorporationem. fol. 37. l. 49. Gress. Greff. f. 38. lin. 4. sicut. sic ut. ib. l. 6. do. de. f. 39. l. 36. Cano. Cono. fol. 40. lin. 13. Heispo. Heippo. ib. lio. 27. Horeiva. Horewa. ib. lin. 55. Goxolt. Gozolt. f. 42. lin. 25. Pirtheloxe. Pirthelone. f. 43. lin. 61. aut. at. f. 44. l. 10. Hora. Hara. fol. 45. l. 42. venis. vexis. ib. lin. ult. post verbum Tubingensium: adde: moturum. fol. 46. l. 25. Anno. Annus. f. 46. l. 47. MDLX. MDIX. f. 48. l. 42. p. 250. p. 520. f. 49. l. 21. Patrus. Perus. ib. l. 26. qui. delcatur. f. 50. l. 16. Ettingen. Ettlingen. fol. 56. l. 10. Winemamesba. *Winemannesba*, in margine ponendum. fol. 58. lin. 18. manas. marcas. ib. lin. 22. Berlaho. Gerlaho. f. 59. l. 5. anniversius. aoniversarius. ibid. l. 24. Manas. Marcas. ib. l. 33. co hæredium. cohæredum. f. 59. l. 51. Magdaburgensis. Magadburg. & sic sæpius eod. folio. f. 60. l. 20. Egenbach. Engenbach. ib. l. 36. manis. marcis. ib. l. 59. quum. equum. f. 62. l. 12. Vieningen. Vueningen. ib. l. 15. Jokhheim. Forchheim. ib. l. 51. post verba: *in Utingen*, mox perge, *datam S. Gregorio.* f. 63. l. 7. usum. in usum. ib. l. 15. famulum. famulus. ib. l. 29. ut. &. f. 64. l. 23. partes. partem. f. 65. l. 44. marcum. marcam. fol. 66. l. 2. coheræantur. coherceantur. ib. l. 13. legati. legali. ib. l. 41. assensum. ascensum. f. 67. l. 29. Bumelbrunoeo. Buttelbrunnen. f. 69. l. 15. Stousberc. Stoufenberc. ib. l. 25. Ulra. Ura. ib. l. 27. erroribus. terroribus. ib. l. 42. hereditaris. hereditario. fol. 71. l. 7. fidelicem. felicem. ib. l. 7. suffragente. suffragante. ib. l. 27. vocaverit. vácaverit. f. 75. l. 56. lycinum. lycum. f. 76. l. 47. vitæ. vitâ. f. 78. l. 11. Wlnithberg. Winithberg. f. 82. l. 11. pervenissent. pervenisset. fol. 86. l. 22. Philonusum. Philomusum. f. 87. l. 30. præ potenti. præpotenti. f. 89. l. 55. de signatus. designatus. f. 90. l. 39. facellam. facellum. f. 91. l. 51. gaudio. gaudia. f. 92. l. ult. abne. alme. f. 97. l. 42. potententiæ. potentiæ. fol. 99. l. 3. anni. anno. fol. 69 lin. 36. post verba: *magna Boemorum* adde: multitudo in flumine Oeno periit: Multi etiam in suburbio latentes igne sublati sunt, ita ut desiderarentur in exercitu Boemorum &c. fol. 101. lin. 24. aëre. aera. f. 102. l. 25. pontificam. pontificiam. f. 103. l. 26. ædificii, ædificiis. f. 104. l. 53. quæ. qui. f. 110. l. 16. venit? venis? f. 115. l. 60. præclaribus. præclaris. f. 118. l. 3. post verbum: *Hiltgerus* adde: obiit. f. 120. l. 33. condidit. condiderit. ib. l. 49. cinis. civis. fol. 121. l. 8. absque. atque. ib. l. 9. Mortem. Martem. ib. l. 19. Istre. Istri. ib. lio. 5. post verbum *Domus.* adde: sed. ib. lin. 21. continguam. contiguam. Leviora benevolus Lector corriget.